# ENUMERATIO

# PLANTARUM VASCULARUM

# INARIMENSIUM

AUCTORE

JOANNE GUSSONE

NEAPOLI

MDCCCLV

# ENUMERATIO

# PLANTARUM VASCULARIUM

# INARIMENSIUM

Digitized by Google

# ENUMERATIO
# PLANTARUM VASCULARIUM
## IN INSULA INARIME
### SPONTE PROVENIENTIUM VEL OECONOMICO USU
### PASSIM CULTARUM

AUCTORE

**JOANNE GUSSONE**

---

INSULA INARIME




*ISOLA D' ISCHIA*

**NEAPOLI**
EX VANNI TYPOGRAPHEO
MDCCCLIV

Digitized by Google

# FERDINANDO II.

UTRIUSQUE SICILIAE REGI

PIO FELICI AUGUSTO

Insulam INARIMEM coeli solique amoenitate praeclaram, et a remotis usque temporibus aquarum medicinalium thermarumque copia celebratam, nunc pollenti TUO patrocinio, FERDINANDE REX, publicis viis, balneis aptissimis, novis thermis, portuque tutissimo instructam, et de-

Digitized by Google

nique Regio TUO suburbano exornatam, ad majorem prosperitatem revocasti. Interea, quum ob Regiae TUAE Domus munera mihi benevole commissa saepe in illa Insula moratus sim, ista arrepta occasione, alacriter animum intendi, ad illius *FLORULAM* concinnandam, eo potissi-

Digitized by Google

mum consilio, ut vegetationis inarimensis peculiares conditiones botanicis notas redderem. Quam *FLORULAM* TUIS auspiciis ortam, nemini profecto alii quem TIBI, **REX AUGUSTISSIME**, offerendam ac dicandam existimavi; et dum submisse hoc exequor, oro ac obsecro ut literarium

Digitized by Google

hocce munusculum in grati atque observantissimi animi mei argumentum benigne velis excipere.

*Neapoli, IV. Kal. Maji. MDCCCLV.*

*Humillimus et fidelissimus subditus*
JOANNES GUSSONE.

Digitized by Google

# PRAEFATIO

Insula *Inarime*, sic dicta ab Arimis illam olim incolentibus, veteribus etiam sub nomine *Pithecusae* a figulinis dolialiorum, vel *Aenariae* a statione navium Aeneae, aut a vini copia cognita fuit; nunc vero *Ischia* appellatur ob ejus formam coxendici similem, vel, ut alii putant, a robore terrarum. Ad grad. 11,40′ longitudinis orientalis meridiani parisiensis, ad grad. vero 40, 41′, 46″ latitudinis borealis, sita est: atque a proxima terra continenti Puteolana per milliaria octo geographica distat; interque ipsam et illam aliae minores insulae, Prochyta nempe et *Vivara*, interponuntur.

Oppida et pagi plures in insula sunt, inter quos incolis frequentiores *Ischia*, urbs episcopalis, ad ortum, *Forio* ad occasum (1), quorum omnium incolae 25,000 numerantur. Arx supra monticulum sita ab Insula brevi tractu sejuncta, et ubi quondam urbs inerat, nunc extat subjectae civitatis munimentum.

(1) Alii minores sunt sequentes: *Casamicciola*, *la Tresta*, *Monte della Misericordia*, *Olivieri*, *Mannella*, *Sperone*, *Pannella*, *Casamonte*, *Mezzavia*, et *Lacco*, inter aquilonem et boream: *Mandria*, *Bagno*, *Pieo*, *Casabona*, *Bosco lo Conte*, *Matarace*, *Cafo*, *La Testa*, *Cesa*, *Molara*, *Crovone*, *Fasolara*, *Campagnano*, *Monte di Campagnano*, *S. Antuono*, *Catauro*, *Casa Mazzella*, *S. Michele*, ad ortum: *Testaccio*, *Barano*, *Moropane*, *S. Giovanni*, *Ottaviello*, *Serrano*, *Noja*, *Pantano*, *Eschia*, *la Martosa*, *S. Angelo*, *Calimera*, *Fontana*, ad austrum, qui duo posteriores omnium editiores: *Soccivo*, *Panza*, *Cuotto*, *Caruso*, *Torre vecchia*, *Casapolito*, *Battaglia*, *Monticchio*, *Monterone*, *Cerriglia*, ad occasum.



Digitized by Google

Insulae forma fere pyramidalis, nam Epomeus mons (*S. Nicola*) in ipsius medio pene assurgit (1), et totius insulae primaevus habendus est. Alii depressiores aut colles illum proxime circumdant, vel ab eo parum remoti : sic ad orientem vergunt *Monte Vetta*, *Monte Trippiti*, *Monte Vezza*, *Monte di Campagnano*, quorum ultimi magis, quam alii, ab illo remoti ; inter aquilonem et orientem *Buceto*, *Rotaro*, *Montagnone*, qui duo posteriores vulcanicorum craterum formam adhuc apprime servant ; tandem ad aquilonem *Monte nuovo* et *Marecocco*. Ad hanc ipsam plagam *Monte Vico* et *Zale*; ad occasum *Punta dell'Imperatore* ; ad austrum *Punta Sant' Angelo* (ad cujus vicinia corallium piscatur), ad orientem *Punta di S. Pietro*, praecipua promontoria constituunt.

Insulae circuitus (sinubus comprehensis) per milliaria octodecim geographica extenditur ; quinque milliaria latitudinis habet ab oriente ad occasum, ac tria ab austro ad boream; denique ipsius superficies quatuordecim milliaria quadrata occupat.

Angustae planities (2) sabulo feldspatico albo lucidoque obductae litus tantum tenent, quod in reliquo majore ejus ambitu rupes ad perpendiculum fere excisas habet; eaeque fluctuum impetu frequenter percussae ac diffractae cavernas (3) formasque peculiares referunt (4).

Sinus pauci et angusti (5), qui etiam minoribus navibus portum minime fidum praebent. Campi vere pratiferi desiderantur, et inde oves capreaeque paucissimae. Valles apricae ac late patentes inter Epomeum et *Campagnano* (6);sed quae a pluvialibus aquis excavatae saepe a montis vertice ad litus protenduntur (vulgo dictae *Cave*), et istae ut plurimum angustissimae ac profundissimae sunt (7), prae-

(1) Praecipuae altitudines montium aliorumque locorum supra mare in apposita tabula ad hujus opusculi calcem referuntur.

(2) *Mandria*, *Bagno*, *Lacco*, *Forio*, *Maronti*.

(3) *Grotta di terra*, *Grotta del Lacco*.

(4) *Punta Cavallaro*, *Punta della Gnora*.

(5) *Ischia*, *Bagno*, *Casamicciola*, *Forio*, *S Angelo*, *Maronti*.

(6) *Valle del Crovone*, *Chianole del Testaccio*, *Pico*, *la Starza*, *Chiajano*, *Canniani*, *Chianole di S. Michele*, *di S. Domenico*, *e dell' Annunciata*, *Pianura fra Panza e Forio*.

(7) Inter aquilonem et boream, *Cava di Buceto*, plus inferius dicta *Cava del Carusiello*, inde *di Cerambi*; *Cava di Brusomonte*, inde inferius *dell' Arvaniello*, tandem *di Ombrasco*;*Cava dell' aequa bollente*,*e della Fontana*:ad austrum *Cava di Barano*,*Cava di*

sertim in plaga insulae australi, ex quibus in altum ascendere difficillimum periculosumque, vel prorsus impossibile est.

Fontes ac rivuli aquae potabilis pauci ac inopes (1), secus ac plures scriptores tradunt (*Martinière, Dict. geograph. vol. 6, p. 144—Rampaldi. Corogr. d'Italia, vol. 2, p. 234*); qui idcirco omnibus domesticis usibus non sufficiunt, adeo ut incolae tam urbis, quam totius insulae, aqua pluviali cisternis collecta ut plurimum utantur. Aquae vero medicae saepiusque ferventes (gr. 100 *cent.*) copiosae in omnibus insulae plagis (2); nec vaporaria naturalia, vulgo *Fumarole* (3),

*Moropane*, quae in ima parte confluunt in *Cava dell'Acquaro*; *Cava di Ballarino, Cava di Fontana, Cava di Noja, Cava di Calimera*, quae etiam in ima parte confluunt *nella Cava oscura*.

(1) In *Cava di Buceto, del Carusiello, di Cerambi, di Brusomonte, dell'Arvaniello, di Ombrasco* ad boream; *di Pellaro* ad occasum; *di Cavallaro* ad austrum; *valle sotto al Monte Vetta* ad ortum.

(2) Praecipuae aquae minerales ac thermales, quae in usum veniunt, posthabilis illis minoris momenti, et earum temperies therm. cent., haec sunt:

AQUAE THERMALES

| | Guss. | Scacchi. | Cirel. Nap. descr. | Guar. |
|---|---|---|---|---|
| *Bagno fresco* | | | 38 | 38 |
| *Capitello* | | | | 65 |
| *Cappone* | 38 | | 35 | 34 |
| *Citara* | 52 | | 50 | 50 |
| *Castiglione.* | 29 | | | 35 |
| *id. al mare* | 62 | | | 75 |
| *Fontana) al Bagno.* | 53 | | 58 | |
| *Fornello)* | 52 | | | |
| *Francesco I.* | | | 45 | 32 |
| *Gurgitello* | | | | 79 |
| *—conserva privata* | | | 70 | |
| *—del Monte* | 70 | 64 | 63 | 80 |
| *Nitroli.* | 29 | | 30 | 30 |
| *Olmitello* | | | 44 | 44 |
| *Pontano* | 28 | | 34 | |
| *Regina Isabella* | | | 48 | |
| *La Rita* | 63-68 | | 70 | 61 |
| *S. Angelo al mare ai Maronti.* | 100 | | | |
| *S. Montano* | | | 55 | |
| *S. Restituta* | | | 50 | 60 |
| *Spenna pollastri* | 85 | | | |

(3) *Del Cacciuto, del Mortito, del Castiglione, del Rotaro: del Fonnolillo e del vallone delle Petrelle* prope *S. Angelo*; *dell'Arso* prope *Ischia*; *del Fango, di Montecito,*

nec arenae calidissimae (1) in ipso litore marinis undis perfuso, desunt; quae omnia cum variis medicis usibus sint valde accommodata, sic aegrotantes magno numero aestivis mensibus Insulam petunt.

Lacus unicus piscosus, qui olim vulcanica ora, in litore boreali prope *al Bagno* situs est, ejusque undae artificialis meatus ope cum marinis mineralibusque aquis commiscebantur; nunc vero REGIS FERDINANDI II jussu beneficio ac gratia ad portum addicitur.

Aer undique saluberrimus ac siccus; temperies mitis, a proxi-

prope *Casamicciola*; *de'Frassitelli, e del Bellomo* supra *Forio*: *del Fico* prope *alle Falonghe*, quae inter omnes elatior (ped. 1550). Earum temperies therm. cent. sequens est:

VAPORARIA, THERMAE, ac ARENAE.

| | Guss. | Scacchi. | Cicel. Nap. descr. |
|---|---|---|---|
| *Arso. Fumarole* | 34 | | |
| *Bellomo F.* | 100 | | |
| *Bubù F.* | 50 | | |
| *— fango.* | | 96 | |
| *Cacciuto Stuf.* | 70 | | 71 |
| *id. fum. esteriori* | 60 | | |
| *id.* (ubi Pteris longifolia, et Cyperus polystachyus) | 26 | | |
| *Costiglione S.* | 21 | | 56 |
| *Fasano*, o *del Fango F.* | 62 | 85-91 | |
| *Fico F.* (ped. 1556) | 42 | | |
| *Frossitelli F.* | 100 | | |
| *Fonnolillo F.* | 60 | | |
| *Maronti. Arene.* | 100 | | |
| *Montecito F.* | 100 | 89 | |
| *Mortito F.* (ubi Cyperus polystachyus) | 52 | | |
| *Petrelle* | 50-80 | | |
| *Rotaro a funno d'uoglio* | 42 | | |
| *S. Lorenzo S.* | 52 | | 58 |
| *Testaccio S.* | 40 | | 94 |

Plantae vero quae ubique ad vaporaria ista proveniunt sunt: *Cyperus polystachyus*, ac *Erythraea pulchella*; at non undique occurrunt *Lotus pilosissimus*, *Linaria cirrhosa*, *Sideritis romano*, *Chrysanthemum segetum*, *Orobanche crinita*, et *pubescens*, *Briza minor*, *Imperata orundinacea*, *Digitaria gracilis*, *Cyperus aureus*, et *rotundus*, *Pteris longifolia*, *Adionthum Capillus Veneris*, *Bartramia stricta*, et *fontana* var.: at solummodo ad illa *dell' Arso Fissidens taxifolia* occurrit.

(1) *Lacco a S. Restituta* gr. *cent.* 40 Gus.
*Marina de Maronti* gr. *cent.* 100 Guss.
*Fango del Bubu* gr. *cent.* 96 (Scacch.)

maque terra vix dissimilis (1); tamen hyems mitior, nam raro nives in monte Epomeo decidunt atque perdurant, minusque frequenter imis locis terra gelu constringitur; ita ut sub diu bene vegetant plantae fere omnes Novae Hollandiae, nec non *Ficus elastica*, *Brugmansia candida*, *Musa discolor*, *Lantana*, *Pelargonium*, *Cereus*, *Opuntia*, *Mesembryanthemum* et *Aloe* species variae, *Porliera hygrometrica*, *Erytrhyna Corallodedron*, *Euphorbia caput medusae*, *Kleinia anteuphorbium*, et *ficoides*, *Russellia juncea*, *Heliotropium peruvianum* et *grandiflorum*, *Cuphea platicrista*, *Ipomaea Learii*, *Abutylon giganteum* et *striatum*, *Sparmannia africana*, *Echeverria grandifolia*, *Achania mollis*, et *Malvaviscus*, etc.

Aestas minus fervens, quandoquidem insula a ventis facile refrigeratur; tamen in nonnullis locis calidior, ubi nigerrimi vulcanici lapides insunt, vel in praeruptis australibus oris. Pluviae aestivis mensibus frequenter desiderantur; non ita rarae reliquis tempestatibus. Venti saepe magna vi perflant; inter quos Auster et Africus vernali aut aestivo tempore vitibus summopere noxii.

Insulae, cujus geologia tam a nostris quam ab exteris clarissimis viris (2) fuit optime illustrata, omnino est vulcanica origo. Rupes omnes lapidesque *trachyticae*, ac variae soliditate et colore; ita ut aliquando expoliri possint. Lapillorum, cinerumque vulcanicarum (*Pozzolana*) immania strata, saepe horizonti respondentia, vel di-

(1) Temperies media Neapolis totius anni 16, 17. therm. cent.
— media hyemalis † 8.
— med·a aestivalis † 25.
— minima hyemalis — 2.
— maxima aestivalis † 40.

(2) Auctores qui geologicam Insulae naturam descripserunt sunt:

HAMILTON. Campi phlegraei. Naples 1776.

VALENZIANI. Indice spiegativo di tutte le produzioni del Vesuvio, della Solfatara, e d'Ischia. Napoli 1783.

BREISLAK. Topografia fisica della Campania. Firenze 1798.—Voyages physiques, et lythologiques dans la Campanie. Paris 1801.

HALLER. Tableau topographique des Iles d'Ischia, de Ponza, ecc. Naples 1822.

DUFRENOY. Mémoire sur les terrains volcaniques des environs de Naples. Paris 1838.

ABICH. Geologische Beobachtumgen über dies vulckanischen Erscheinumgen und Bildungen in unter und Mittel-Italien. Braunschweig. 1841.

SCACCHI. Campi ed Isole flegree, nel secondo tomo dell'opera che ha per titolo — Napoli e sue vicinanse. Napoli 1845—Memorie geologiche sulla Campania. Napoli 1849-50.

FONSECA. Dissertazione e carta geologica dell'Isola d'Ischia. Napoli 1847.

Digitized by Google

versimode inclinata; tamen, liquefactis saxis, aut vulcanico topho congeries multae et altissimae marnae, plus minus conchis refertae, superimpositae aut substratae sunt; quae eo magis notatu dignae propter peculiares plantas quas alunt, nec non quia ad fictilia vasa lateresque effingendos a remotis usque temporibus maximo incolarum emolumento inserviunt.

Iidem vulcanico topho a sulphureis exalationibus decomposito ad Alumen conficiendum olim utebantur; nunc vero ad solam calcaream candidam terram (*Bianchetto*) parandam adhibent. Sulphuris nonnihil cum terra commixto prope *le stufe di S. Lorenzo al Lacco* invenitur, sed usu non venit: at mineralia nobilia, quae veteres aut recentiores auctores commemorant (*Jasolino Rimedii naturali d'Ischia*, et *Martinière Dict. geograph. v. 6, p. 141*) in insula minime adsunt.

Terrae ab igneis emissionibus provenientes asperae, siccae, tenues, ac aliquando macrae; non ita tamen ut aestivis mensibus vegetatio langueat; graviores vero, tenaciores ac feraciores, quae marnaceae sunt.

Montium declivitates elatiores, quin etiam colles lapidosi et sicciores fruticetis vel dumetis sempervirentibus (1), vel sylvis caeduis ex *Castanea vesca* consitis obducti sunt, de quibus fruticibus arboribusque, nec non de Vitium sarmentis materiam pro domesticis usibus ac fornacibus alendis incolae trahunt. Cerealia et Leguminosa nonnulla in editissimis praeruptisque locis, inconsulte satis, coluntur, interposita etiam in siccis ac resolutis terris sparsim, vel per ordines horizontales *Salice alba* decacuminata, cujus rami quotannis resecti ad vites alligandas inserviunt; quae arbor tamen in argillosis depressioribus humentioribusque magis luxuriat. In declivitatibus demissioribus usque ad litus undique vineas instituunt; istaeque diligenti solertique cura excultae, frequentibus fossionibus, opportunisque pampinationibus, praetereaque mace-

(1) Plantae quae fruticeta aut dumeta constituunt sequentes sunt: *Myrtus communis*, *Pistacia Lentiscus*, *Quercus Ilex* et *pubescens*, *Fraxinus Ornus*, *Phillyrea media* ac *angustifolia*, *Arbutus Unedo*, *Calycotome villosa*, *Cytisus triflorus* ac *candicans*, *Coronilla Emerus*, *Spartium junceum*, *Sarothamnus scoparius* (rarus), *Cistus affinis*, *monspeliensis*, *salvifolius*, et *villosus*, *Lonicera implexa*, *Rosa sempervirens*, *Erica arborea*, *Rhamnus Alaternus*, *Daphne Gnidium*, *Smilax mauritanica*, *Clematis Flammula*, et *Vitalba*.

Digitized by Google

riebus horizontalibus, areolis aliis aliis accumbentibus ac ad superiores proxime adjacentes gradum facientibus saepius interjectis, terram nimium solutam suffulciunt.

Diffusae atque apertae valles in elatioribus sitae (1) solo feraciori ac pinguiori donatae, arbusto aut arboribus variis fructiferis (2) addictae sunt, ibique *Quercus Cupaniana* ac *pubescens* in amplam molem excrescunt; quae vero magis ad summum veniunt (*Piano de' Muori* ped. 1312 supra mare) *Pruno Ceraso*, et *acerba* solummodo assignatae. Denique planities, quae in demissis aut litori finitimae extant, vel *Citri* speciebus variis (3) vel *Vitibus*; aut ubi solum humentius et feracius est, atque putea parum profunda effodi possunt (quamvis earum aqua jugis ac subsalsa sit), oleribus diversis conserunt (4).

In lapidosis aridisque collibus *Ceratoniam Siliquam* et frequentius *Oleam sativam* ponunt, cujus cultura quotidie extenditur, sed earum putandi ratio pessima est. In elatis marnaceis agris *Resedam luteolam*, *Viciam monanthos*, *Hordeum vulgare* ac *hexastichon*, *Triticum turgidum aestivum compositum* ac *hybernum* serunt; cujus posterioris culmi ad varia opera textilia conficienda, uti capsulas, cistellas, pileos, etc., adhibentur.

Praeterea ob incolarum numerum in dies augescentem agrorum cultura quotidie latius patet, ita ut non solum loca praerupta et sabulosa maritima subacta videas, sed in ipsa liquefacta saxa (*Lava dell'Arso, o Cremate*) ad orientem inter *Urbem* et *Bagno* sita, e terra ejecta an. 1301, quamvis adhuc nigerrima ac adustissima sint,

(1) *Canaiani, Pieo, La Starza, Chianole del Testaccio, Valle del Crovoae.*

(2) *Pyru Malus* et *communis*, *Prunus Cerasus*, *austera*, *domestica*, *insititia* ac *Armeniaca*, *Persica vulgaris*, *Morus alba*, *Sorbus domestica*, *Cydonia vulgaris*, *Juglans regia*, *etc.*

(3) *Citrus medica*, *Aurantium* et *Limon*, at praecipue istius *var. Calabra (Limoncello)*, cujus succus expressus magno incolarum emolumento ad exteros exportatur.

(4) Loca ista sunt: *Ischia alla Mandria*, *Bagno alle pezze e presso al Lago*, *Lacco presso S. Restituta*; *Forio presso al paese*, *al Purgatorio*, *ed a Citara*; plantae vero quae coluntur sequentes sunt: *Brassicae oleracae* plures varietates, *Lactuca sativa*, *Cichorium Endivia* et *Intybus*; *Capsicum pyramidale*, *annuum*, *cerasiforme* et *grossum*; *Lycopersicum esculentum*, *pyriforme*, *cerasiforme* et *macrophyllum*; *Solanum Melongena* ac *tuberosum*, *Cucumis Melo*, *sativus* et *flexuosus*, *Citrullus vulgaris*, *Cucurbita maxima*, *Pepo* et *macrocarpa*; *Lagenaria vulgaris*, *Gossypium siamense*, *Zea Mays*, *Dolichos melanophaltalmus*, *Phaseoli* species variae. Advertendum puto quod nec *Linum usitatissimum*, nec *Cannabis sativa* in Insula coluntur.

sufficiunt, et a proxima terra transvehuntur. Inter vites praeterea arbores fructiferas plerique plantant (1), quarum fructus, uti uvae, dulcissimi veniunt, indeque potentia vina, quapropter caput plerumque tentant, at nonnulla vetustatem non patiuntur. Praeterea tanta est solis radiorum vis, tamque terrae illae siccae ac solutae umbra indigent, ut etiam sub vitibus arboribusque istis plantas alias plerasque annuas (2) terrae committunt, omnesque bene proveniunt. Tandem ad rupes maritimas ( *Ischia sotto al Castello, Lacco al Monte Vico* ) *Opuntia ficus indica* nunc sponte vegetat, fructusque sapidos, tamen parvos, dat.

Agros passim maceriebus, aut sepibus ex *Agave americana*, vel *Calycotome villosa* constructis, circumdant. Ad hos vero saginandos, praecipue in quibus cerealia coluntur, semina mittunt *Lathyri tenuifolii* (*Dolecha*), *Viciae Fabae minoris* (*Favetta*), *Viciae monanthos Desf.* (*Apici*), *Lupini Thermis* (*Lupino*), minusque frequenter *Brassicae Rapae*, et *Raphani sativi*, cum seminibus *Hordei vulgaris* commixta, Augusto aut ineunte Septembri, etiamque Decembri in calidioribus, humo spargunt, indeque herbas istas adhuc teneras tempestive convergunt ac obruunt (*soversciare*), ut celeriter putrescant, et cum illa terra soluta ac arida permisceantur. Pro hortis vero et oleribus frustula *Cauliniae Oceanicae* (*Alga*) ab undis in litore rejecta colligunt, et ista una cum animalium stercore nec non cum oppidorum purgamentis variis congestis componunt, postque paucos dies vix putrefacta in hortis spargunt.

Hisce de Insulae chorographia breviter relatis, pauca alia de ipsius Flora hic addam.

Inarimensis vegetationis aspectus ab illo proximi continentis Puteolani vix differt: nam geologica indoles in utrisque similis; tamen, ob fere conformem terrarum Insulae, locorumque naturam, minus quam in continenti varia est. Siquidem plantae montium vel paludum desiderantur, paucae sylvarum propriae, numerosiores quae pendices incolere solent, aut locorum apricitate delectantur.

(1) *Ficus Carica*, *Morus alba*, *Prunus Armeniaca, domestica* ac *acerba*, *Persica vulgaris*. *Crataegus Azarolus*, *Mespilus germanica*, *Sorbus domestica*, *Cydonia vulgaris*, *Punica Granatum*.

(2) *Phaseoli* species variae, *Pisum sativum*, *Vicia Faba*, *Ervum Lens*, *Lathyrus Cicera* ac *sativus*, *Lycopersicum esculentum*, *pyriforme* et *cerasiforme*, *Solanum tuberosum*, *Reseda luteola*, *Allium Ampeloprasum*, *b. sativum* (*Aglione*).

Si interim ad distributionem plantarum hujus insulae animum intendamus, vix duas distinctas vegetationis regiones assignare possumus, scilicet *Regio Litorea*, complectens rupes, vel planities mari contiguas, saepiusque sabulo feldspatico refertas, quae per pedes circiter 200 supra mare elevatur, ac per passus circiter 1000 ad interiora loca protenditur. In regione ista *Gossypium siamense Ten.* optime vegetat, nonnullae *Persicae vulgaris* aut *Pruni Armeniacae* varietates, ac *Citri* species variae coluntur, ipsiusque limites superiores ab *Erodio Chio*, *Trigonella corniculata*, *Meliloto parviflora*, *Trifolio suffocato*, *Allio commutato*, *ciliato* et *trifoliato*, *Medicagine obscura*, *Artemisia arborescente*, *Avena neglecta*, *Arenaria procumbente*, *Centaurea Calcitrapa*, *Cypero aureo*, *Daphne Gnidio*, *Passerina hirsuta*, *Lycio europeo*, et *Valantia murali* designantur. Huic subsequitur *Regio Collina*, in cujus ambitu valles late patentes inter colles demissos et montuosa loca occurrunt; in qua regione *Pruni Cerasi*, *acerbae* ac *domesticae*, *Persicae vulgaris* ac *Pyri mali* varietates, et *Sorbus domestica*, *Mespilus germanica*, *Crataegus Azarolus* et *manogyna*, *Cydonia vulgaris*, *Fraxinus Ornus*, *Ostrya vulgaris*, *Corylus Avellana*, *Colutea arborescens*, *Ulmus suberosa*, *Acer campestre*, *Carpinus duinensis*, *Castanea vesca* coluntur, aut sponte virent et optime crescunt; ita ut hujus posterioris speciei arbores longevae nonnullae supra *Casamicciola* loco dicto *Ciolaria* adhuc vegetantes truncum diametri octopedalis habent. In hac regione insuper a praecedente ascendunt *Calycotome villosa*, *Erodium Botrys*, *Ornithopus ebracteatus*, *Imperata cylindrica*, *Linaria cirrhosa*, *Veronica cuneata*, *Vitex Agnus castus*, *Aplenium obovatum*, *Allium Chamaemoly*, *et commutatum*, *Lavandula Stoechas*, interque plantas cultas *Ceratonia Siliqua*, *Citrus Aurantium*, et *C. Limon Calabrum*. Caeterum, si cui id magis arridet, Regio ista in duas *subregiones* commode distingui potest; idest *Regio Collina inferior*, quae a pedibus 200 ad pedes 1100 ad orientem, et ad pedes 1085 ad occasum supra mare protrahitur, cujus limites superiores *Pistacia Lentiscus* in primis, *Cistus monspeliensis*, *Helianthemum fumana* et *Tuberaria*, *Malva nicaensis*, *ac parviflora*, *Biserrula Pelecinus* designant; et *Regio Collina superior* quae a ped. 1100 usque ad pedes 2407, idest ad verticem montis Epomei assurgit; ejusque limites inferiores non trascendunt *Cerastium luridum*, *Hieracium bra-*

*chiatum*, *Crepis scariosa*, *Euphorbia coralloides*, *Cephalanthera ensifolia*, *Orchis provincialis*, *Carduus nutans*, *Medicago Cupaniana*. Tamen species nonnullae tantum litus et loca finitima exacte tenent, quia arenas praediligunt (1), et ex adverso paucae editiora solummodo inhabitant, ita ut ipsa *Vitis vinifera*, *Ficus carica*, *Citrus Aurantium*, ac *Olea europaea*, quamvis ultra pedes 1662 (*Ajetola*) supra mare ad austrum, et vites ad ped. 1455 (*Trippiti*) inter aquilonem et orientem, et ad ped. 1565 (*Pietra perciata*) inter aquilonem et occasum fructus perfectos non proferat, tamen usque ad verticem montis Epomei vegetat, ubi non climatis asperitate, sed a ventorum impetu percussa fructus haud maturos dulcesque dat. Potius igitur plantarum hujus insulae distributione n a terrarum natura, aspectu aut cultura varia provenire sedula observatio demonstrat. Sic plurimae species a montis vertice ad litus descendunt (2), dum nulla habita ratione altitudinum pleraeque nonnisi in marnaceis argilloso-calcareis (3), vel in marnaceis

(1) *Medicago, marina Eryngium maritimum*, *Pancratium maritimum*, *Polygonum maritimum*, *Silene nicaensis*, *Batatas sinuata*, *Calystegia Soldanella*, *Ononis diffusa*, *Hypecoum glaucescens*, *Kachile maritima*, *Malcolmia parviflora*, *Matthiola tricuspidata* et *sinuata*, *Polycarpon alsinaefolium*, *Plantago ceratophylla* et *macrorhiza*, *Echinophora spinosa*, *Diotis candidissima*, *Orlaya maritima*, *Ambrosia maritima*, *Centaurea sphaerocephala b. caespitosa*, *Salsola Soda* et *Tragus*, *Euphorbia Paralias*, *Corynephorus articulatus*, *Triticum junceum*, *Sclerochloa maritima*, *Galilea mucronata*, *ec.*

(2) *Spartium junceum*, *Medicago litoralis*, *Brassica incana Ten.*, *Centranthus ruber*, *Helichrysum litoreum*, *Dianthus longicaulis*, *Rhamnus Alaternus*, *Quercus Ilex*, *Centaurea deusta*, *Carlina involucrata*, *Galactites tomentosa*, *Hypochaeris neapolitana*, *Thrincia tuberosa*, *Hieracium crinitum*, *Erica arborea*, *Salvia verbenaca*, *Plantago lagopus*, *Teucrium siculum*, et *flavum*, *Cerastium campanulatum*, *Ruta bracteosa*, *Trifolium Cherleri*, et *nigrescens*, *Astragalus hamosus*, *Vicia hybrida*, *lathyroides*, et *pseudo-cracca*, *Myrtus communis*, *Corrigiola litoralis*, *Sedum stellatum*, *Ferula neapolitana*, *Viburnum Tinus*, *Euphorbia pinea*, et *Characias*, *Orchis rubra* ac *pseudo-sambucina*, *Silene Armeria*, *Achillea ligustica*, *Dactylis hispanica*, *b. glaucescens*, *Cistus villosus*, *Euphragia latifolia*, *Populus alba*, *Poa bulbosa*, *Artemisia variabilis*, *Crepis glandulosa*, *Zacintha verrucosa*, *Melilotus elegans* et *rotundifolia*, *Salix caprea*, *b. inarimensis*, *Daucus setulosus*, *Linum strictum* et *angustifolium*, *Hypericum ciliatum*, *Cyperus-rotundus*, *Coronilla Emerus*, *Cytisus triflorus*, *Psoralea bituminosa*.

(3) *Ononis spinosa*, *Leontodon Rosani*, *Dipsacus sylvestris*, *Scorpiurus subvillosa*, *Coronilla scorpioides*, *Anchusa italica*, *Tussilago Farfara*, *Melilotus sulcata*, *Prunella alba*, *Diplotaxis tenuifolia*, et *viminea*.

calcareo-argillosis (1), aut in arenosis vegetant (2); aliae in rupibus (3), aliae in sylvis (4), nonnullae inter segetes tantum proveniant (5); ac denique aliae solummodo in asperis aridisque occurrant (6). Notandum quoque est quod inter Insulae plantas aliquae revera uti adventivae habendae sunt, et istae inter segetes fortuitu occurrunt (7); ita ut in nonnullis annis frustra quaeruntur, nam earum semina cum cerealium seminibus in insula transeunt.

Animadvertere interea oportet, aliquas species, quae in proximo continenti satis vulgares sunt, in hac insula desiderari (8), quam-

(1) *Barbarea praecox*, *Convolvulus italicus*, *Sinapis incana*, *Rapistrum orientale*, *Neslia paniculata*, *Ajuga Chia*.

(2) *Glaucium flavum* a litore usque ad ped. 1455 supra mare *(monte Trippiti)*, *Ononis difusa* ad pedes 309 *(monte Vico)*. *Koeleria Barrelieri*, *Corynephorus articulatus*, *Festuca stipoides*, *Malcolmia parviflora*, *Cakile maritima*, *Orlaya maritima*, *Euphorbia peplis*, et *Paralias*, *Medicago marina*, *Calystegia Soldanella*, *Batatas sinuata*, *Matthiola sinuata*, *Triticum giganteum*, *junceum* et *scirpeum*, *Sclerochloa maritima*, *Ambrosia maritima*.

(3) *Anthylis Barbajovis*, *Euphorbia dendroides*, *Ferula neapolitana*, *Brassica incana*, *Helichrysum litoreum*, *Dianthus longicaulis* ab Epomei vertice ad litus — et ad rupes mare finitimas vel incumbentes *Capparis rupestris*, *Lotus cytisoides*, *Daucus gummifer*, *Rubia Bocconi*, *Cineraria bicolor*, *Centaurea cineraria*, *Rosmarinus officinalis*, *Matthiola rupestris*, *Chrithmum maritimum*, *Passerina hirsuta*, *Prasium majus*.

(4) *Orchideae* variae, *Triodia decumbens*, *Carex olbiensis*, *sylvatica*, *gynomane* et *praecox*, *Hieracium lactaris*, ac *umbellatum*, *Lathyrus angulatus*, *Geum urbanum*, *Valeriana officinalis*, *Astragalus glyciphyllos*, *Inula salicina*, *Solidago virgaurea*, *Carlina vulgaris*, *Dianthus Armeria*, *Rumex conglomeratus*, *Trifolium Bocconi*, *ligusticum*, et *tenuiflorum*, *Iris foetidissima*, *Alliaria officinalis*, *Silene viridiflora*, *Hypericum hircinum*, *Aspidium aculeatum b. hastulatum*, *Daphne laureola*, *Stachis germanica b.*, et *S. sylvatica*, *Digitalis micrantha*.

(5) *Specularia speculum b. hirta*, et *hybrida*, *Viola gracilescens*, *Asperula arvensis*, *Scandix pecten*, *Ammi majus*, *Delphinium Ajacis*, *Vicia hirsutissima*, *Lolium maximum*, et *temulentum*, *Melilotus infesta*, *Linaria Osyris*, *Galium tricorne*, *Ranunculus arvensis*, *Neslia paniculata*.

(6) *Linaria cirrhosa*, *Aira Tenorii*, *Galium anglicum* et *murale*, *Crucianella monspeliaca*, *Lavandula Stoechas*, *Helianthemum fumana* et *Tuberaria*, *Psilurus nardoides*, *Festuca bromoides*, *Andropogon hirtum*, ac *angustifolium*.

(7) *Melilotus infesta*, *Linaria Osyris*, *Valerianella Morisonii*, *Lolium robustum*, et *temmulentum*, *Silene pendula*, *Torilis heterophylla*, etc.

(8) Species quae prope Neapolim ac Puteolos communes, at in locis ejusdem naturae hujus insulae desiderantur, sequentes sunt: *Anemone appennina* — *Adonis Cupaniana* — *Ranunculus bulbosus* — *Calepina Corvini* — *Senebiera Coronopus* — *Biscutella ciliata* — *Draba muralis* — *Cardamine graeca*, et *impatiens* — *Sinapis alba* — *Helianthemum obscurum*, et *Barrelieri* — *Silene canescens* — *Cucubalus bacciferus* — *Lychnis Cyrilli* — *Cerastium triviale* — *Malva alceoides* — *Hypericum quadrangulare* -

vis momenta cosmica fere omnia, et natura locorum similia extent; dum aliae Insulae ejusdem in illo non degant, sed remotarum regionum, aut dissitorum hujus Regni locorum indigenae sint, vel etiam in terris alienae mineralogicae indolis appareant (1). Inte-

*Anagyris neapolitana*—*Medicago arborea* — *Melilotus leucantha*—*Trifolium vesiculosum*—*Coronilla lotoides* – *Lathyrus setifolius*, et *sylvestris*— *Orobus variegatus* — *Circaea lutetiana*—*Bryonia dioica*—*Scleranthus annuus*—*Sedum neapolitanum* – *Aegopodium podagraria*—*Ammi glaucifolium*—*Conium maculatum* – *Angelica sylvestris*—*Torilis helvetica* — *Crucianella maritima*—*Valerianella olitoria*, et *carinata* — *Knautia integrifolia* — *Scabiosa Columnae*—*Conyza Tenorii* — *Inula crithmoides*— *Anacyclus valentinus*— *Artemisia vulgaris*—*Gnaphalium luteo-album* — *Cineraria maritima* — *Centaurea nigrescens*, *splendens*, et *solstitialis* —*Cirsium pungens*—*Tragopogon eriospermum*—*Crepis setosa*—*Cyclamen neapolitanum*—*Ligustrum vulgare* — *Vinca minor*—*Echium tuberculatum*—*Verbascum lychnitis*, et *floccosum*—*Veronica Buxbaumii*—*Lathrea clandestina*—*Mentha Pulegium*—*Salvia glutinosa*—*Glechoma hederacea*—*Lamium flexuosum*—*Teucrium scordioides*—*Ajuga reptans*—*Statice Smithi*, et *Cumana*—*Amaranthus morosus*—*Salsola hyssopifolia* —*Chenopodium ambrosioides*—*Beta maritima*—*Atriplex portulacoides*, et *diffusa*—*Aristolochia rotunda*, et *pallida*—*Euphorbia chamesice*, et *amygdaloides*— *Mercurialis perennis* – *Humulus Lupulus* – *Juniperus macrocarpa*—*Iris tuberosa*—*Crocus pusillus*—*Romulea ramiflora* — *Narcisus unicolor*, *praecox*, et *elatus*—*Lilium bulbiferum*—*Muscari botryoides*—*Ornithogalum nutans*—*Allium neapolitanum*, et *pendulinum*—*Hordeum maritimum*—*Bromus racemosus*—*Festuca ligustica*—*Eragrostis poaeoides* —*Chrysurus cynosuroides*—*Cynosurus cristatus*—*Setaria glauca*—*Phalaris subulata* — *Chrypsis alopecuroides*—*Alopecurus agrestis*, et *utriculatus* — *Anthoxanthum odoratum*—*Agrostis pungens*—*Ammophila arenaria*—*Melica uniflora*—*Avena parviflora*, et *condensata*—*Andropogon Ravennae*—*Aspidium filix mas*—*Athyrium filix foemina*.— Interea aliae sequentes species in hac insula pr veniunt, et prope Neapolim ac Puteolos desiderantur — *Barbarea praecox* — *Sinapis incana* — *Reseda lutea* — *Silene Armeria* — *Alsine procumbens* — *Cerastium luridum* — *Moenchia erecta* — *Linum corymbulosum* — *Lupinus pilosus* — *Ononis mollis* — *Melilotus infesta* — *Vicia disperma*, et *Lathyroides* — *Rosa canina b. collina* — *Sedum litoreum* — *Tolpis altissima* — *Crepis glandulosa* — *Linaria acutangula b. inarimensis* — *Phelipaea coerulea* —*Statice inarimensis* — *Kochia saxicola* — *Euphorbia coralloides* — *Allium Gasparrini*, *albescens*, *nigrum var.* — *Scilla maritima* — *Carex olbiensis*, et *sylvatica* — *Festuca bromoides* — *Melica ciliata*, et *pyramidalis* — *Wodwardia radicans*.

(1) *Cyperus polystachyus* ex Africa, et India orientali, ita ut solummodo ad vaporaria naturalia ( vide nota n. 11 ): *Hypecoum glaucescens* in arenosis graniticis Rhegii et Messanae: *Helianthemum Tuberaria* in calcareis prope Tarantum, aut in arenosis graniticis elatis prope praedictas urbes vegetat: *Echium calycinum*, *Ruta bracteosa*, *Conyza saxatilis*, *Allium subhirsutum* et *trifoliatum*, *Osyris alba*, *Convulvulus lineatus*, *Teucrium fruticans*, *Helianthemum fumana*, ex calcareis Caprearum et litoris Amalphitani; *Leontodon Rosani* in argillosis arvis elatis aut demissis Samnii, Lucaniae, et Hirpinorum: *Lavandula Stocchas* in calcareis *Fondi* et Capitis Palinuri; *Pteris longifolia* ex uliginosis

rim si quis rationem hujus singularis phaenomeni ad botanicam geographiam spectantis postulet, me penitus ignorare fateor, et meo judicio res est explicatu difficilis.

Silentio quoque praeterire non possum, vegetabilia propria hujus insulae paucissima esse (1), et nonnullas species angustissima ac peculiaria spatia occupare (2); ita ut si Botanicus in illis non reperiat, frustra alibi quaereret; proinde laboriosum arduumque est absolutam Floram Insulae redigere; eo magis quia obstant rupes quamplurimae praeruptae, vel ad perpendiculum excisae, ideoque inaccessae.

Species plantarum vascularium hujus Insulae adhuc cognitarum, 960 (plantis cultis comprehensis) numerantur. Forsitan dum Insulae cultura intra angustos limites coercebatur, numerus major erat; siquidem meis etiam temporibus nonnullae species, quas ibi jam collegi, amplius reperire non datur, uti *Scabiosa rutefolia*, *Arundo Phragmites*, *Euphorbia pubescens*, *Statice Limonium b.*, *Polypogon ascendens*, etc. Quod vero spectat ad numerum Familiarum, Generum, et Specierum cujusque familiae aut generis Florae ipsius inter se comparatarum, vel etiam cum Flora totius Regni, nec non aliarum nonnullarum insularum, ad hujus opusculi calcem tabulam adjiciam.

Pauca denique heic de opellae ratione te, Lector humanissime, praemoneudum censeo. Quamquis Regiae Scientiarum Academiae Neapolitanae studiis ab anno reparatae salutis 1824 tum Iuarimes

Siciliae et Cretae: *Helianthemum juniperinum* ex Hispania: *Hieracium brachiatum* ex Appenninis Liguriae: *Euphorbia pinea* ex Caprearum insula, et ex Sicilia; *Ranunculus Chius* ex Sicilia, et Graecia; *Senecio crassifolius* ex Sicilia et Sardinia, etc.

(1) *Kochia saxicola*, *Veronica cuneata*, *Linaria acutangula b. inarimensis*, *Statice inarimensis*, *Mentha ambigua*, et *inarimensis*, *Heliotropium macrocarpum*, *Allium albidum*, *Narcissus canaliculatus*, *Gladiolus inarimensis*, *Digitaria gracilis*.

(.) *Helianthemum Tuberaria*, *juniperinum* et *fumana*, *Moenchia erecta*, *Acer campestre*, *Ononis mollis* et *spinosa*, *Trifolium strictum*, *Lythrum alatum* et *hyssopifolia*, *Sedum litoreum* et *rufescens*, *Saxifraga trydactilites*, *Torilis heterophylla*, *Cornus mascula*, *Achillea Millefolium*, *Senecio crassifolius* et *lycopifolius*, *Tolpis altissima*, *Batatas sinuata*, *Convolvulus lineatus*, *Anchusa italica*, *Echium calycinum*, *Linaria Cymbalaria*, *Mentha ambigua* et *inarimensis*, *Stachys marrubiifolia*, *Teucrium fruticans et pseudo hyssopus*, *Ajuga chia*, *Kochia saxicula*, *Osyris alba*, *Euphorbia acuminata*, *Carpinus duinensis*, *Juniperus phoenicia*, *Alisma plantago*, *Epipactis microphylla*, *Allium nigrum var.*, *Schoenus nigricans b. recurvus*, *Heleocharis palustris*, *Carex sylvatica*, *Cynosurus elegans*, *Crypsis aculeata*, *Ampelodesmos tenax*, *Melica pyramidalis*, *Pteris longifolia*, *Gymnogramme Ceterach*. etc.

insulae structura, tum aquarum medicinalium natura, et vires fuerint diligentissime exploratae, tamen istius Insulae res herbaria ab eruditis illis meis sociis minime fuit pertractata; proinde hanc mihi spartam, quoad plantas vasculares solummodo spectat, exornandam suscepi, plantarum cellularium descriptionem consulto omittens, quia fuit jam ab aliis inchoata.

Genera naturali ordine familiarum disposita, ut vegetationis natura facilius cognoscatur; et quoties non *Lin.*, sed alterius auctoris nomen, sub genere signavi, tunc genus istud, uti fuit a citato auctore firmatum, recepi. Speciebus rite cognitis fere semper nulla specifica phrasis, sed brevis descriptio adjuncta: tamen auctoris nomen, qui illam primus descripsit, non praetermisi, nec non citationum nonnullorum, qui iconibus illustrarunt, adjeci. Synonyma nonnisi ea, quae necessaria putavi, relata; nam plura enumerare, uti aliquorum mos est, in hac opella supervacaneum duxi. Habitatio, florescentia, ac tempus quamdiu durant, vires medicinales vulgares, nec non nomina vernacula, quae colligere licuit, sedulo signata. Tandem locorum altitudinem in tabella peculiari ad calcem operis adjunxi.

Digitized by Google

I.

# DICOTYLEDONEAE.

## I. *THALAMIFLORAE.*

### 1. RANUNCULACEAE. *Juss.*

#### 1. CLEMATIS.

*Dec. syst. 1. p. 131.*

1. C. Flammula. *Lin. sp. pl. p. 766 — Bertol. fl. ital. 5. p. 475.*
*b.* foliolis suborbiculatis.
C. fragrans. *Ten. fl. nap. 1. p. 308.*
Ic. *Ten. 1. c. t. 48 — Reich. cent. 14. f. 4666, a.*
Ad sepes, et in fruticetis apricis passim, sola var. *b*; nec non *ai scogli di S. Anna presso Ischia.*
Julio, Augusto. ♄
Vulgo *Fuoco muorto.*
*Flores* albi, gratissime olentes: *petala* oblongo-lanceolata, obtusa, subtus margine pubescentia: *fructus* in quolibet pedunculo pauci—*Rami* teneri una cum foliis exsiccati ab asinis avide comeduntur.

2. C. Vitalba. *Lin. sp. pl. 766 — Ten. fl. nap. 1. p. 309 — Bertol. fl. ital. 5. p. 474.*
*a* foliolis integris. *Ten. l. c.*
Ic. *Reich. cent. 14. f. 4467 — Lam. ill. gen. t. 497* — Vitalba *Dod. pempt. 404.*
*b.* foliolis crenatis. *Ten. l. c.*
Ad sepes, in sylvaticis, et in fruticetis ubique.
Junio, Augusto. ♄
Vulgo *Vitaura.*
*Flores* minus olentes, quam in praecedente, et sordide albi, non candidi; *petalis* oblongis, obtusis, lineatis, utrinque tomentosis: *fructus* in quolibet pedunculo numerosiores—*Rami* teneri elixi, et oleo ac aliquando etiam aceto conditi ab incolis vescuntur.

### 2. ANEMONE.

*Dec. syst. 1. p. 188.*

1. A. HORTENSIS. *Lin. p. pl. 761 — Ten. fl. nap. 4. p. 330 —Bertol. fl. ital. 5. p. 157* — A. stellata. *Dec. pr. 1. p. 18.*
Ic. *Reich. cent. 14. f. 4649* — A. prima. *Dod. pempt. 434.*
In pascuis, et in fruticetis apricis, nec non ad muros.
Aprili, Majo. ♃
Varietas floribus albis in Insula satis rara.

### 3. RANUNCULUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 953.*

1. *Sem. levibus.*

1. R. CALTHAEFOLIUS. *Jord. obs. 6. p. 2* — R. Ficaria. *Ten. fl. nap. 1. p. 313,* quoad plantam in demissis provenientem — *Bertol. fl. ital. 5. p. 508*, ex parte—R. Ficaria, *b. calthaefolius. Guss. syn. 2. p. 4*—Ficaria calthaefolia. *Reich. fl. germ. 2. p. 718, et cent. 13. p. 9.*
R. glaberrimus, radice tuberoso fasciculata, caule subdecumbente, foliis petiolatis obiter crenatis, lobis inferiorum basilaribus incumbentibus, sepalis 3-5, petalis 8-15 oblongo cuneatis, fructibus ovatis levibus obtuse breviterque apiculatis hirsutiusculis.
Ic. *Reich. l. c. f.* 4571.
In apricis cultis humentibus, praesertim subargillosis, et in vineis.
Januario, Aprili. ♃
In hac specie *folia* integerrima et duplo latiora, quam in *R. Ficaria*, nitide virentia, saepe fusco-maculata et ampliora: *petala* nitide lutea, duplo majora, ungue ad basim angustiore. Confer pro reliquis differentiis ac characteribus *Jord. l. c.*, et pro bulbillis, qui ex axillis foliorum prodeunt, l'*Institut. 1832. n. 944. p. 38.*

2. R. NEAPOLITANUS. *Ten. ind. sem. H. nep. 1825, et fl. nap. 4. p. 349 — Bertol. fl. ital. 5. p. 556* — R. heucherifolius. *Presl fl. sic. 1. p. 15 (an. 1826) — Guss. syn. 2. p. 47.*
R. adpresse hirsuto-pubescens vel glabratus, radice tuberoso-fibrosa, caule erecto multifloro ad basim bulboso, foliis inferioribus cordato-orbiculatis tripartito-trilobis, lobis subrhombeis varie incisodentatis, superioribus subsessilibus 3-5-partitis, laciniis lanceolato-linearibus subintegris, pe-

dunculis striatis adpresse hirsutis, calyce reflexo, seminibus levibus stylo brevissimo recto utrinque convexo terminatis.

Ic. *Ten. l. c. t. 148* — R. bulbosus. *Reich. cent. 13. f. 4611*, quia folia radicalia tripartita, non vero ternata.

In sylvaticis apricis tam demissis, quam elatis; *selva dell' Ulicella presso Tripiti, selve del Rotaro, di Catreca, e del Castiglione a Pietra Vona;* nec non in argillosis humentibus; *Monte Vetta alle petrelle, Cava di Brusomonte, di Buceto, di Cerambi, del Carusiello, e dell'Arvaniello sopra Casamicciola.*

Majo, Junio. ♃

*Radicis* collum raro globosum, uti in affini *R. bulboso*, et radicis asphodeliformis fibrae magis elongatae ac crassiores: *folia* inferiora semper tripartita, nunquam ternata uti in illo, cum quo a nonnullis male confusus: *semina* glabra, fusca, convexiuscula, tenui et acuto margine circumdata: *receptaculum* setosum.

*Cl. Bertol. l. c. p. 545* nescio qua de causa ad *R. lanuginosum* citat R. neapolitanum. *Ten. fl. nap.* l. c., non vero *Syll.* — *R. heucherifolius. Presl* et *Guss. syn.* l. c. vix hujus varietas est stylo subuncinato, nam in reliquis convenit.

*2. Sem. tuberculatis, muricatisque.*

3. R. Philonotis. *Retz. obs. 6. p. 31* — *Ten. fl. nap. 4. p. 351* — *Bertol. fl. ital. 5. p. 560.*

Ic. hirsutus. *Ait. Reich. cent. 13. f. 4617* — R. 11. *Matth. comm. 1. p. 559.*

*b. parvulus. De syst. 1. p. 297* — *Ten. l. c.* var. *c.* R. parvulus. *Lin. mant. p. 79.*

Ic. R. minimus, apulus. *Column. Ecphr. 1. p. 316.*

*c. lejocarpos:* seminibus undique levibus.

In apricis herbosis siccis aut humentibus, nec non tam in collibus, quam in marittimis obvius; var. *b.* et *c.* *Chianole del Testaccio.*

Aprili, Majo. ☉

Species quoad staturam, et habitum polymorpha, uti *semina* undique levia, vel tuberculis prope marginem plus minus numerosis tecta; tamen *radix* semper annua.

4. R. arvensis. *Lin. sp. pl. 780* — *Ten. fl. nap. 4. p. 352* — *Bertol. fl. ital. 5. p. 564.*

Ic. *Reich. cent. 13. f. 3614* — *R.* sylvestris 111. *Dod. pempt. 427.*

Inter segetes, et in elatis; *seminati di Fontana, di Calimera, della Serra, del Jetto, di Monte Vetta.*

Digitized by Google

Majo, Junio. ☉

6. R. MURICATUS. *Lin. sp. pl. 780— Ten. fl. nap. 4. p. 352 — Bertol. fl. ital. 5. p. 566.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 498, f. 2 — Reich. cent. 13. fl. 4615* — R. palustris, echinatus. *Bauh. hist. 3. p. 857.*

*b. cuneifolius;* foliis basi cuneatis.

In herbosis, ad vias, et ad aggeres passim.

Martio, Majo. ☉

*Foliis* petiolisque glabris, aut sparse pilosis variat; praeterea *al Bagno nelle pezze* unicam tantum plantam varietatis *b.* inter *Zeam Mays* invenit Cl. *Gasparrini* ; in qua *folia* omnia basi cuneata , non inferiora cordata.

6. R. CHIUS. *Dec. syst. 1. p. 299* — R. incrassatus. *Gus. syn. 2. p. 50* — R. parviflorus, *c. erectus. Ten. fl. nap. 4. p. 353.*

R. molliter villosus, caulibus fistulosis decumbentibus erectisque, foliis orbiculato-cordatis, radicalibus obtuse lobato-crenatis, caulinis acute 3-5-partito-lobatis, pedunculis oppositifoliis fistulosis demum apice incrassatis, calyce demum reflexo petala aequante , seminibus compressis anguste acuteque marginatis stylo brevi apice uncinato terminatis obtuse tuberculatis, tuberculis setigeris.

Ic. *nostra tab. 1. f. 1. a. b.*

In herbosis; *Vigne di Casamicciola al Mortito, nella valle sotto le Croci, ed in quelle del Fonnino di Casa Sperone, salita del Monte della Misericordia a Casamicciola, al principio del Vallone del Bubù, via delle selve di Chiummano presso le case.*

Aprili, Majo. ☉

Pallide virens: *pedunculi* recti, 3-6-lineares , demum fere bipollicares ac arcuati, fistuloso-clavati: *sepala* virentia, margine albida, obtusiuscula, concava, sub anthesi a basi ad medium erecta, inde reflexa: *petala*, vix lin. lata, 1/2 lin. longa, luteola, ovali-lanceolata, obtusiuscula, breviter unguiculata, subtus pallida ac trinervia: *semina* matura fusca, receptaculo glabro arcte adhaerentia.

Habui pro specie diversa a *R. chio*, sed ex comparatione facta a Cl. *Boiss.* cum specimine Oliveriano in herb. *Mus. H. Paris*, et ex speciminibus graecis ab amico *Heldreich* communicatis, cum illo associandum esse cognovi.

7. R. PARVIFLORUS. *Lin. sp. pl. 780 — Ten. fl. nap. 4. p. 353, var. a — Bertol. fl. ital. 5. p. 568,* ex parte.

Ic. *Reich. cent. 13. f. 4616,* et R. hirsutus, annuus, flore minimo. *Raj syn. ed. 3. p. 248 t. 12. f. 1,* optimae.

In herbosis, praesertim humentibus; *Casamicciola all' ingresso della Cava del Bubù*, una cum praecedente, sed rarus; *e nelle vigne umide sotto la stufa del Cacciuto.*

Digitized by Google

Aprili, Majo. ⊙

Praecedente simillimus, a quo plerique non separant; sed in hoc *pubescentia* major; *pedunculi* nunquam incrassati; *semina* minus exquisite tuberculata; rostro utrinque obsolete carinato. Confer quoque *syn. 2. p. 50.*

## 4. HELLEBORUS.

*Adans. fam. 458 — Dec. pr. 1. p. 46.*

1. H. FOETIDUS. *Lin. sp. pl. 784 — Ten. fl. nap. 4. p. 354 — Bertol. fl. ital. 5. p. 592.*

Ic. *Reich. cent. 14. f. 4415.*

In umbrosis sylvaticis, et ad sepes; *selve di Casamicciola, del Lacco, di Campagnano, della cava delle Nocelle.*

Februario, Martio. ♃

## 5. NIGELLA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 935.*

1. N. DAMASCENA. *Lin. sp. pl. 753 — Ten. fl. nap. 4. p. 328 — Bertol. fl. ital. 5. p. 434.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 488. f. 2.*

Inter segetes in elatis; *seminati di Panza, della Serra, di Fontana, in quelli della Cava de' Muori ne' eiglioni erbosi degli argini, Forio presso le fumarole nella contrada del Bell' Omo.*

Majo, Junio. ⊙

## 6. DELPHINIUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 927.*

1. D. AJACIS. *Lin. sp. pl. 748 — Ten. fl. nap. 1. p. 302 — Bertol. fl. ital. 5. p. 400.*

Ic. *Reich. cent. 14. f. 4670.*

*b. longepedunculatum;* foliis in lacinias tenuiores dissectis, pedunculis elongatis 1-2-pollicaribus.

Inter segetes, ad agrorum margines passim; var. *b.* in vineis elatis; *Fontana, Calimera, Monte Vetta.*

Majo, Junio; et var. *b.* Augusto, Septembri. ⊙

Descriptio hujus speciei in *Griseb. spic. fl. Rum.* et *Byth. 1. p. 320*

quoad sepala punicea, herbam superne velutino-glandulosam, aliasque notas cum nostro non quadrat.

2. D. HALTERATUM. *Sibth. et Smith. fl. gr. pr. 1. p. 371 — Ten. fl. nap. 4. p. 324 — Bert. fl. ital. 5. p. 403*, an cum syn. omnibus?

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 507.*

In cultis, ad vias, ad agrorum margines undique obvium.

Junio, Septembri. ⊙

## 2. PAPAVERACEAE. *Dec.*

### 7. PAPAVER.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 881.*

1. P. HYBRIDUM. *Lin. sp. pl. 725 — Ten. fl. nap. 4. p. 305 — Bert. fl. ital. 5. p. 316.*

Ic. *Reich. cent. 14. f. 4476.*

In vineis, interque segetes passim.

Aprili, Majo. ⊙

Vulgo *Papagno*, uti sequentes.

*Petala* parva, sanguinea, basi macula atropurpurea notata, sat raro concoloria: *filamenta* atra, a medio ad apicem compressa, pistillum aequantia: *antherae* violaceo-cinereae, ovales, muticae: *stigma* depressum; lobis angustis, obtusis, non incumbentibus, lineis stigmatiferis 5-6, elevatis, hispidis, viridulis, aut atrocoeruleis: *capsula* oblonga, aut subglobosa, semper tamen setis rigidis flavicantibus tecta: *semina* cinerea, globoso-reniformia, excavato-reticulata.

2. P. DUBIUM. *Lin. sp. pl. 726 — Ten. fl. nap. 4. p. 306 — Bertol. fl. ital. 5. p. 322*, excl. variet.

Ic. *Reich. cent. 14. f. 4477?*, nam habitus alienus, et potius P. *laevigatum l. c. f. 4478 b.* nostrum refert.

Inter segetes, et praesertim in apricis elatis; *seminati di Fontana, di Calimera, della Serra, del Pantano, di Panza, di Campagnano, delle Chianole del Testaccio, al Bagno.*

Aprili, Majo. ⊙

*Petala* fere magnitudine praecedentis, pallide coccinea, apice undulata, basi non maculata: *filamenta* teretia, atra, pistillum aequantia: *antherae* oblongae, atrae, muticae: *stigma* peltatum, acute umbonatum; lobis obtusis, invicem incumbentibus, lineis stigmatiferis 5-8, papillosis, atropurpureis: *capsula* semper clavata, basi attenuata, 5-9 lin. longa: *semina* rufescentia, globoso-reniformia, utrinque compressiuscula, excavato-reticulata.

3. P. obtusifolium. *Desf. atl. 1. p. 407 — Guss. syn. 2. p. 7.*

Ic. P. Rubiaei. *Vig. diss. de Pap. n. 4. t. 1. f. 1.* ex *Moris*; sed inspecta icone citata, ad aliam speciem pertinere videtur, et potius P. *intermedium* refert.

Inter segetes; *Vataliere, Chianole del Testaccio.*

Aprili, Majo. ⊙

*Petala* fere sequentis: *stigmatis* lobi plani, albidi, invicem incumbentes; radiis stigmatiferis villosis, atropurpureis: *capsulae* oblongo-cuneatae, glabrae: *semina* nigra, ut in praecedente.

Cl. *Bert.* uti varietatem *P. dubii* habet, sed capsulae omnino alienae.

4. P. Rhoeas. *Lin. sp. pl. 726 — Ten. fl. nap. 4. p. 306 — Bertol. fl. ital. 5. p. 324.*

Ic. *Reich. cent. 14. f. 4470.*

In cultis passim.

Aprili, Majo. ⊙

5. P. intermedium. *Bech. in Reich. fl. germ. 2. p. 701* — P. Rhoeas, *b. Bertol. fl. ital. 5. p. 325*, ac *Ten. fl. nap. 4. p. 306*, et *Guss. syn. 2. p. 7.*

P. caule pedunculisque patenter setosis, foliis inferioribus bipinnatifidis, superioribus decursive pinnatifidis, lacinia impari elongata, omnibus lanceolatis acutis argute serrato-aristatis, calycibus setosis, capsula glabra obovato-cuneata basi acuta, stigmate 10-12 radiato.

Ic. *Reich. cent. 14. f. 4478*—P. erraticum, alterum. *Fuchs. hist. p. 516* — P. Rhoeas, minus. *Dalech. hist. 1. p. 439.*

In cultis demissis, sed frequentius in elatis; *seminati della Cava de' Muori presso le Petrelle, di Monte Vetta, del Jetto, di Fontana, della Pietra dell' acqua, di S. Nicola, di S. Montano al Lacco.*

Aprili, Majo. ⊙

*Foliorum* serraturae omnes setula terminatae, et earum lacinia impar aliquando 3— pollicaris, omnes acutae, apice hispido-ciliatae et setula etiam terminatae: *petala* coccinea, basi non maculata: *stigmatis* lobi incumbentes, uti in *P. Rhoeadi*, lineis stigmatiferis puberulis, atropurpureis: *semina* parva, fusco-cinerea, ovali-reniformia, tenue reticulato-foveolata.

Descriptio Cl. *Reich.* recedit a nostro ob petalorum colorem, qui sub-aurantius dicitur, dum in nostra planta coccineus, at ipsius icon in reliquis convenit. A *P. Rhoeadi* vero sola foliorum radicalium forma etiam primo intuitu dignoscitur, ob earum lacinias lanceolatas acutas, acuteque dentatas, non vero orbiculato-obovatas, obtusissimas: praeterea hispiditas major, ac color intensius virens, non glaucescens.

6. P. setigerum. *Dec. syst. 2. p. 81 — Ten. fl. nap. 4. p. 307 — Bertol. fl. ital. 5. p. 326.*

Digitized by Google

P. glaucum glabrum, caule paucifloro, foliis amplexicaulibus argute inciso-serratis lobatisque, serraturis setula terminatis, pedunculis adpresse vel patenter setosis, calycibus glabris, filamentis apice dilatatis, stigmatis radiis 4-6 invicem incumbentibus apice recurvis, capsulis obovato-conicis sessilibus, foraminulis apertis.

Ic. *Deless. ic. select. 2. t. 7.*

In vineis, et in cultis arenosis undique provenit, tam in demissis quam in elatis, ubi vero minus frequens.

Martio, Majo. ⊙

*Folia* in hoc ex viridi-glaucesentia, tenuia, supra glabriuscula, subtus ad costam, et ad nervos hirsutiuscula, ad margines ciliata, obovato-oblonga, inodora; lobis raro horizontalibus, saepius vero sursum versis, ad apicem uti in dentibus setigeris: *petala* parva, vix. 10—14 lin. longa, crenulato-undulata, pallide lilacina, basi atrocoeruleo-maculata: *filamenta* compressiuscula, germen aequantia, quoque atrocoerulea: *antherae* compressae, pedicellatae, in medio luteae, ad latera nigricantes: *stigmatis* radii 4-6, obtusi, rotundati, apice recurvi, ad latera invicem incumbentes, et surrecti!, ibique purpurascentes, caeterum sordide virentes; lineis stigmatiferis furfuraceo-puberulis, atropurpureis: *semina* ovalia, exquisite reticulato-fovoelata, immatura cinerea, demum fusca.

In *P. somnifero* folia magis glaucescentia, firmiuscula, oblonga, glaberrima, Opium olentia; lobis horizontalibus vel recurvis! irregulariter crenatis, crenis non setigeris!: *petala* duplo majora: *stigmatis* radii 10-12, patentes, virentes, approximati, invicem incumbentes, ad margines non surrecti; lineis stigmatiferis obsolete puberulis, virentibus, sat raro atropurpureis: *capsula* globosa, pedicellata, duplo major: *semina* ovalia, exquisite foveolato-reticulata, fusco-cinerea, demum ut in praecedente nigra —Haec adnotare volui, nam quamvis species sint probe distinctae, et cultura plurium annorum in eodem loco immutatae permanserint, tamen a nonnullis adhuc simul confusae. Confer cl. *Ten.* et *Bertol.* l. c., et ic. *Reich. cent. 14. f. 4481.*

7. P. OFFICINALE. *Gmel. fl. Bad. 2. p. 479* — P. album. *Hussenot. Cat. des pl. de la Lorrain. p. 38*—P. somniferum, c. *Lin. sp. pl. 726* —*Dec. syst. 2. p. 81, var. b.*

P. glaucum glabrum, caule elato multifloro, folis oblongi sinuato-lobatis, lobis inciso-serratis, serraturis muticis, superioribus basi cordato-amplexicaulibus, calycibus glabris (petalis amplis candidis), filamentis superne dilatatis, radiis stigmatiferis 10-12 invicem distantibus ascendentibus (crassis), capsulis globosis pedicellatis, foraminibus obliteratis (seminibus albis).

Ic. *Reich. cent. 14. f. 4482* — P. sativum, tertium. *Dod. pempt. 445. f. 2*—*Lob. ic. 772. f. 2.*

Colitur.

Aprili, Majo. ⊙

Vulgo *Papagno de lo suonno.*

Habitus *P. somniferi : petala* irregulariter crenato-plicata ; *capsulae* in hoc maximae, diametro fere 2-pollicari, aliquando apice subdepressae; septis a centro remotis, ut in icone *Reich.* optime exhibentur: *semina* semper alba, uti petala, ad hilum viridula, fere reniformi-globosa, obsolete reticulato-foveolata (non exquisite reticulato-foveolata, ut in *P. somnifero*).

Quamvis Cl. *Koch in syn. ed. 2. p. 32.*, aliique hoc varietatem esse putant *P. somniferi*; tamen cultura plurium annorum contrarium demonstrat. Occurrunt equidem, dum utraeque simul coluntur, plantae inter ipsas hybridae, sed hoc nihil in contrarium probat, cum in speciebus recte distinctis aliorum generum, et hoc quoque occurrat.

### 8. GLAUCIUM.

*Tourn. inst. 254. t. 130 — Gaertn. de fruct. 2. p. 165— Juss. gen. 236.*

1. G. FLAVUM. *Crantz austr. 2. p. 141 — Dec. pr. 1. p. 122* — G. luteum, *a. Ten. fl. nap. 4. p. 303—Bertol. fl. ital. 5. p. 312*— Chelidonium Glaucium. *Lin. sp. pl. 724.*

Ic. G. luteum. *Reich. cent. 14. f. 4468* — Papaver corniculatum, flavo flore. *Clus. hist. 2. p. 9. f. 1.*

In arenosis tam elatis, quam demissis; *da sotto S. Nicola alla marina;* sat raro in collibus subargillosis occurrit.

Aprili, Octobri. ♃, et basi fere ♄

### 9. CHELIDONIUM.

*Adans. fam. 2. p. 432—Gaert. de fruct. 2. p. 164—Juss. gen. 236.*

1. C. MAJUS. *Lin. sp. pl. 723 — Ten. fl. nap. 4. p. 303— Bertol. fl. ital. 5. p. 309.*

Ic. *Reich. cent. 14. f. 4467 — Fuchs. hist. 864, et 865.*

Ad sepes umbrosas; *siepi di Campagnano, di Pieo, delle Starsa, di Barano, ne' margini delle selve del Vataliere, e lungo la strada della Molara presso la Cava delle Nocelle.*

Aprili, Junio. ♃



Digitized by Google

### 10. HYPECOUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 228.*

1. H. GLAUCESCENS. *Guss. pl. rar. p. 79, et syn. 1. p. 204—Ten. syll. p. 78 — Bertol. fl. ital. 2. p. 219.*

H. lomentis arcuatis compressis articulatis, petalis exterioribus dorso glabris oblongis angustis obsolete trilobis, interioribus tripartitis, lacinia centrali planiuscula ciliata, foliorum glaucescentium laciniis obovato-cuneiformibus obtusis mucronulatis.

Ic. *Guss. pl. rar. t. 15.*

In arenosis maritimis; *Forio nelle arene della marina di Montevergine presso i muri a secco degli orti sotto la chiesa presso al mare.*

Aprili, Majo. ⊙

Planta in hac Insula satis rara, et in hoc unico angusto spatio a me observata.

## 3. FUMARIACEAE. *Dec.*

### 11. FUMARIA.

*Tourn. inst. p. 422. t. 237 — Gaertn. de fruct. 2. p. 162 — Endl. gen. n. 4843.*

1. F. LEUCANTHA. *Viv. fl. Cors. sp. nov. diagn. p. 12 — Guss. syn. 2. p. 240* — F. parviflora. *Ten. fl. nap. 2. p. 118, et Bertol. fl. ital. 2. p. 310,* non *Lam.*

F. glauca, caulibus erectis diffusisque ramosissimis, foliorum laciniis tenuissimis linearibus sulcatis, racemis brevibus, pedicellis erectis bractea sublongioribus, sepalis (minimis) brevissimis ovatis orbiculatisque acutis subdenticulatis corolla subaequilatis brevioribusque (floribus minutis albis apice atrosanguineis), fructibus globosis rugulosis obtusis ad apicem obsolete foveolatis.

Ic. F. minor, Foeniculi tortuosi folio, flore albo, macula rubente. *Bocc. mus. p. 144. f. 102.*

In apricis inter vineas, et in cultis praesertim subarenosis.

Martio, Majo. ⊙

*Foliorum* laciniae vix 1 lin. latae, obtusae, convexae: *racemi* saepius 6-lineares, ad summum vix pollicem longi: *pedicelli* erecti, crassi, aliquando fere obovato-conici, pilis adpressis sparsis tecti: *bracteae*

Digitized by Google

pedicellis aequilatae, illis adpressae, basi virentes, ad apicem albidae, ad carinam violaceae, oblongae, mucronulatae, et non raro 2-3-denticulatae: *sepala* facile decidua, irregulariter setaceo-serrata, raro subintegra, albida, et sparse violaceo-lineata: *calcar* saccatum, obtusum: *petalum* superius et inferius ad apicem virentia; lateralia ibi purpureo-maculata: *fructus* glaberrimi.

Flores duplo minores, quam in aliis speciebus hujus Insulae— Icones *F. parviflorae. Reich. cent. 14. f. 14451*, et *Babingt.* in *Trans. Bot. Soc. Edimb. an. 1810 p. 35*, sepalis in margine a basi ad apicem undique denticulatis, ac fructibus apice breviter apiculatis a nostra recedunt; tamen in icone *F. parviflorae Coss. et Germ. atl. fl. paris. t. 13. f. 15, et 16* sepala similiter dentata, sed fructus minus acuminati exhibentur. Haec adnotare operae praetium duxi, ut Botanici denuo characteres specierum istarum intento animo perpendant; nam uti ipse Cl. *Bertol.* alio loco monet, in plantis affinibus caute incedendum, ne una cum altera confundatur. Confer quae dixi in *syn. l. c.*

2. F. OFFICINALIS. *Lin. sp. pl. 984* — *Ten. fl. nap. 2. p. 117* — *Bertol. fl. ital. 7. p. 310*, excl. plur. syn.

In. *Reich. cent. 14. f. 4454* — *Babing. l. c. p. 33* — *Coss. et Germ. atl. fl. Paris t. 7!* — Fumaria. *Fuchs. hist. 338.*

*b. densiflora*; floribus paullo minoribus, dense approximatis.

*c. inarimensis*; floribus parvis anguste linearibus laxiuscule racemosis, foliorum superiorum laciniis angustis brevibus divaricatis.

In cultis, et in herbosis apricis ubique; sed var. *b.*, et *c.* satis rarae.

Januario, Majo. ☉

In omnibus varietatibus *fructus* semper transverse latiores, et apice bifoveolati, qui characteres solemnes in hac specie sunt, ut aliquando in sequente—In var. *b. bracteae* oblongae, virentes, margine et apice albido-roseae, mucronulatae, pedicello fructifero duplo breviores: *sepala* oblonga, acutiuscula, obsolete denticulata, corolla duplo breviora, illae aequilata, non angustiora: *petala* rosea; inferius ac superius ad apicem in medio spadicea; duo lateralia ibi atropurpureo-maculata—In var. c., quae species videtur propria, et quoad habitum sequentem refert, *bracteae* concaviusculae, apice spathulato-mucronulatae, pedunculo fructifero duplo breviores: *sepala* ovali-oblonga, basi subcordata, corollae aequilata, illa 2-3-plo breviora, apice acutiuscula, vel obtusa cum acumine, margine irregulariter dentato-lacera: *petala* rosea, ad apicem intense rubentia.

3. F. MEDIA. *Loisel. not. p. 101, et fl. gall. ed. 2. v. 2. p. 100* — *Dec. pr. 1. p. 130* — *Reich. fl. germ. 2. p. 697, et cent. 14 p. 1* — F. officinalis, *c. Bertol. fl. ital. 7. p. 302*, excl. syn. *F. Gasparrini*, et *F. Vaillantii.*

F. viridi-glaucescens, foliorum segmentis tripartito-trifidis, laciniis subdivaricatis anguste lineari-cuneatis obtusiusculis, racemis demum folia superantibus, pedicellis erecto-patentibus recurvisque bractea lineari integerrima duplo longioribus, sepalis ovatis a basi ad apicem acute dentatis corolla latioribus illa duplo brevioribus, fructibus subglobosis vel transverse latioribus obtusis retusisve utrinque foveolatis obsolete rugulosis.

Ic. *Reich. cent. 14. f. 4443*, optima—F. major, floribus dilute purpureis. *Vaill. bot. paris. t. 10 f. 4.* a *Lois.* citata, sed nostrae minime conveniens ob flores majores, et habitum.

In cultis; *Casamicciola nelle vigne*, *Lacco al Monte Vico presso alla Cassetta*.

Aprili, Junio. ⊙

*Caules* graciles, elongati: *foliorum* laciniae vix lin. latae, invicem distantes, quod minime in praecedente, ut in icone *Reich.* optime exhibentur, et uti in plantis gallicis video: *pedunculi* 2-3-pollicares in fructu, sub anthesi vix pollicem longi: *pedicelli* 2-3 lin. longi, apice crassiores, erecto-patentes, aliquando demum recurvi, *bracteis* persistentibus acutis albidis angustissimis duplo longiores: *flores* pallide rosei, tenues, uti in F. *serotina*: *sepala* albido-scariosa, cito decidua: *calcar* ad collum vix constrictum: *fructus* antecedenti fere similes; cum qua tamen a plerisque immerito associata, nec cum F. *Gasparrini Babign.* notatis characteribus confundenda; nam bracteae pedicello semper duplo breviores, et fructus alieni sunt.

14. F. CONFUSA. *Jord. pl. exsic.* — *Boiss. pugill. pl. nov. p. 6*, quoad plantam gallicam, excl. syn. *F. Petteri Guss. syn. 2. p. 239* (non *Reich*) —F. major. *Ten. (Vinc.) Bull. dell' Acc. degli Asp. nat. an. 1. p. 24*, quoad plantam prope Neapolim provenientem.

F. viridi-glaucescens, foliorum laciniis planis oblongo-cuneatis obtusiusculis, racemis laxiusculis demum folia superantibus, pedicellis erecto-patulis (non reflexis) bracteas oblongas lineares acutas subintegras duplo excedentibus, sepalis (parvis) orbiculato-ovatis a basi ad medium irregulariter denticulatis corolla subangustioribus eaque 3-4-plo brevioribus (floribus roseis apice maculatis), fructibus globosis obtusis! (non apiculatis) subrugulosis.

In *nostra t. II. f. 1. a. b. c.*

In herbosis cultis, praesertim humentibus nihil communius.

Novembri, Majo. ⊙

*Caules* in nudis diffusi, sed sub florescentia surrecti, in herbosis erecti, sat raro petiolis scandentes, 1/2-2-pedales, acute angulato-sulcati, basi saepe una cum foliis inferioribus rubentes: *petioli* supra exquisite sulcati, sub-

tus striato-angulati: *folia* bipinnatifida; segmentis obovato-cuneatis, tripartito-incisis; laciniis 1-1/2 lin. latis: *pedunculi* 2-3-pollicares, a medio ad apicem laxiuscule floriferi: *pedicelli* fere ancipites, 2-3 lin longi, reflexos non vidi: *bracteae* planiusculae, acuminatae, integrae, aut obsolete denticulatae, virentes, ad apicem demum recurvum albidae: *flores* horizontales, inter affines majores, 4-5 lin. longi: *sepala* lin. 1-1/2 longa, mucrone brevissimo terminata, dorso virentia, caeterum rosea, non uti in aliis cito decidua: *petalum* superius roseum, apice obtusiusculum, supra medium in dorso viridi-carinatum, lateribus reflexum; basi terminatum calcare concolore, rotundato compresso ad collum vix constricto, pedicello 3-plo latiore, petalis 4-plo breviore, glandulam oblongam nitide virentem scabram includente; *duo lateralia* lineari-spathulata, obtusa, apice extus carinata, ibique invicem coalita, atrosanguineo-maculata, caeterum rosea; *inferius* reliquis paullo longius, et ab illis subremotum, anguste lineare, obtusum, versus apicem viridi carinatum ac fere cochleariforme, pallide roseum: *fructus* neque apiculatus, neque foveolatus, sed aliquando apice bimaculatus.

Summa affinitas cum F. *agraria*, ita ut nisi specimina inter se conferantur, facile una cum altera commutatur: tamen, ut de reliquis sileam, in *F. agraria* pedicelli saepius strictiores, fructus grandiores, nam semel majores, immaturi apiculati, jam perfecti vero saepius obtusi. Ideo comparationis causa in ipsa nostra *tab. II. f. 2.* iconem hujus speciei tradidi, siquidem illa Cl. *Reich. cent. 14. f.*4455 mediocris est.

5. F. SEROTINA. *Guss.*—F. Petteri. *Guss.syn.2.p.239!*, non *Reich.*—F. serotina. *Gus.* in *Parlat.Giorn. bot.ital.1.p.150*, et in *Walp.rep.5. p. 30* sub F. capreolata var. c.!; nec non F. officinalis, c. *Bertol. fl. ital. 7. p.302*, quoad plantam F. *serotinae* nomine a me missam ex *Portici!* — F. Gussonii. *Boiss.pug. pl.nov. p. 6*, quoad synon. *F. Petteri* meae, quae diversa a F. *confusa Jord.*

F. caule foliorum superiorum petiolis subscandente, foliis bipinnatifidis, segmentis palmato-partitis, laciniis oblongo cuneatis obtusis, racemo laxiusculo, pedicellis fructiferis gracilibus erecto-patulis recurvatisque bracteas spathulatas acutas excedentibus, sepalis ovatis ovalibusque irregulariter serratis corolla aequilatis eaque duplo brevioribus (floribus anguste linearibus), fructibus globosis rugulosis ad apicem utrinque foveola notatis brevissime apiculatis obtusisque.

Ic. *nostra t. III.*

In cultis ubique, praecipue in herbosis.

Aprili, Augusto ⊙

*Habitus* totius plantae glaberrimus, tenerus, ac laete virens: *folia* inferiora

fere flabelliformia; caulina aliquando fere triternata; omnium laciniis planis, 1/2—2 lin. latis, integerrimis, aliquando divaricatis: *pedunculi* 2-3-pollicares, foliis longiores: *pedicelli* graciles, 2-3 lin. longi, saepe in fructu recurvi, aut erecto-patentes, aliquando apice crassiores: *bracteae* albo-scariosae, dorso virentes, concavae, subtus carinatae, interdum a medio ad apicem serrulatae: *sepala* concava, acuminata, sat raro usque ad apicem serrata, dorso virentia, caeterum alba, nec cito decidua: *racemi* fructiferi folia excedentes: *flores* albidi vel pallide rosei, laxiuscule racemosi, ita angusti, ut fere dimidium illorum sequentis aequant: *petala* apice conniventia; inferius, quod longius, et superius ad apicem virentia; duo lateralia breviora, ad apicem vero viridi aut nigro-maculata: *calcar* obtusum, vix saccatum, ejus collo constricto curvo ac subelongato: *fructus* glaberrimus.

6. F. FLABELLATA. *Gasparr. in Rendic. dell' Acc. delle sc. di Nap. v. 1. p. 51—Bertol. fl. ital. 7. p. 308*, et F. capreolata, *b. Walp. rep. 5. p. 30*, excl. ab utrisque syn. F. alexandrinae.

F. caule petiolis cirrhescentibus scandente, foliis subbipinnatifidis, segmentis obovatis cuneatis multifido-partitis flabellatis, laciniis oblongo-linearibus cuneatis acutis, racemo densiusculo demum laxo, pedicellis fructiferis (gracilibus) recurvatis bractaea (tunc) duplo longioribus, sepalis ovalibus dentato-serratis corollae aequilatis eaque duplo brevioribus, calcare parabolico, fructibus globosis rugulosis ad apicem utrinque foveola notatis obtusis.

Ic. F. capreolata. *Babing. in trans. Bot. Soc. Edim. 1840 p. 34*, quoad sepala et calcar.

*b.* floribus albido-roseis.

Ad sepes, et in sylvaticis herbosis, vel in cultis pinguibus: *Bagno, Casamicciola, Lacco, Forio*: var. *b. Bagno.*

Octobri, Majo. ⊙

*Pedunculi* demum arcuato-reflexi, glabri, bracteis longiores: *bracteae* oblongae, virentes, ad latera et apicem albidae, acutae, aliquando ad apicem irregulariter 2-3-denticulatae: *sepala* corolla parum angustiora, eaque 2-4-plo breviora, aliquando altero latere integra, vel basi tantum 1-dentata; altero latere a basi ad medium paucidentata, denticulis basim versus longioribus: *petala* candida; inferius lineari-spathulatum, a reliquis remotum, ad apicem viridulum; superius, et duo lateralia apice atrosanguinea, vel nigricantia: *calcar* ad collum non constrictum, ut in praecedente, obtusum: *fructus* rugulosi, quo praesertim charactere a sequente discriminatur, semper obtusi, nec apiculati.

7. F. CAPREOLATA. *Lin. sp. pl. 984 — Ten. fl. nap. 2. p. 117—Bertol. fl. ital. 7. p. 306.*

F. caule petiolis cirrhescentibus scandente, foliorum segmentis obovatis inciso-palmatis, laciniis oblongis ovalibusque cuneatis obtusisque, racemo denso evoluto laxiusculo, pedicellis fructiferis recurvis bractea subduplo longioribus, sepalis ovato-orbiculatis breviter acuminatis integris vel basi subdentato-serratis corolla subduplo brevioribus eaque latioribus, calcare brevi ampliato subgloboso, fructibus levibus globosis obtusis ad apicem foveola utrinque notatis.

Ic. *Dec. ic. pl. Gall. rar t. 34, et Reich. cent. 14. f. 4456,* sed fructus omnes erecti in utrisque—*Cass., et Germ. atl. fl. paris. t. 3. f. 11, 12.*

Ad sepes herbosas, in fruticetis apricis, et in cultis pinguibus.

Januario, Majo. ⊙

*Sepala* ovato-orbiculata, corolla fere latiora, integra aut basi subdentata: *petala* candida; inferius apice virescens; superius et lateralia apice atrosanguinea: *fructus* non rugulosi — Pedicelli fructiferi in hac et in praecedente semper recurvi.

## 4. CRUCIFERAE. *Juss.*

### 12. RAPHANUS.

*Lin. gen. plen. ed. Schereb. n. 1098.*

1. R. FUGAX. *Presl. fl. sic. 1. p. 109 — Ten. fl. nap. 5. p 46.*

R. fructibus longitudinaliter 1-locularibus sub-articulatis obsolete striatis 2-6-spermis, articulis non secedentibus, stylo articulo ultimo longiore, calycibus glabriusculis, foliis hispidulis simpliciter lyratis, caulinis supremis lanceolatis.

Ic. Raphanistrum Brassicae sylvestris foliis minoribus, flore candido. *Bon. t. 12.*

In cultis; *nelle vigne sul piano del monte Tripiti pressa alla Casetta.*

Aprili, Majo. ⊙

2. R. SATIVUS. *Lin. sp. pl. p. 935.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 566* — Raphanus, sive radicula sativa. *Dod. pempt. 676.*

Colitur, et nunc in nonnullis locis fere spontaneus.

Martio, Majo. ⊙

Vulgo *Rafaniella.*

Sequentes varietates coluntur:

1. Radice subrotunda, vel ovato-oblonga in caudam attenuata.

*a.* rubra.

*Rafanielli tondi rossi.*

*b*. alba.

*Rafanielli tondi bianchi.*

2. Radice longa cylindracea.

*a*. rubra.

*Rafanielli lunghi rossi.*

*b*. alba.

*Rafanielli lunghi bianchi.*

3. *Napiformis*. *Gasp.*; radice globoso-conica, magna, alba.

*Rapesta.*

3. R. Landra. *Moretti* in *Dec. syst. 2. p. 668 — Ten. fl. nap. 5. p. 46 — Bertol. fl. ital. 7. p. 179.*

*b*. floribus luteis.

Ic. *Deless.ic. select. 2. t.94 — Poll. fl. ver. 3 t.4 — Reich. cent. 12. fol. 4173.*

In vineis, et inter segetes passim.

Februario ad Julium. ⊙, et ♂

Vulgo *Radice selvaggia*, et inter olera locum habet.

*Flores* omnino lutei: *fructus* ut plurimum bilocellati; articulis strangula-subglobosis,et nonnisi bene exsiccatis substriatis; *stylo* semper elongato. —Non est certe varietas *R. sativi* uti cl. *Koch* in *syn.ed. 2. p. 1019* suspicatur. Confer quae dixi in *syn. 2. p. 140.*

## 13. CAKILE.

*Tourn. inst. p. 49 — Gaert. de fruct. 2. p. 281.*

1. C. maritima. *Scop. carn. ed. 2. vol. 2. p. 35 — Ten. fl. nap. 2. p. 70 — Bertol. fl. ital. 6. p. 603* — Bunias Cakile. *Lin. sp.pl. 236.*

Ic. *Reich.cent. 12. f. 4188* — Cakile quibusdam. *Bauh. hist. 2. p. 867.*

*b. sinuatifolia*; foliis non pinnatis, sed subsinuatis indivisisque crenatis. C. latifolia. *Bertol. fl. ital. 6. p. 615.*

Ic. C. sive Eruca marina. *Bauh. hist. 2. p. 868.*

In arenosis maritimis ubique; var. *b. marina di S. Angelo*, *Forio a Citara.*

Martio, Junio. ⊙

Varietatem *b*. a specie dirimere non ausus sum, siquidem in loco natali ab una ad alteram transitus observatur.

## 14. BUNIAS.

*Brown. in H. Kew. ed. 2. v. 4. p. 75.*

1. B. Erucago. *Lin. sp. pl. 935 — Ten. fl. nap. 2. p. 68 — Bertol. fl. ital. 6. p. 617*, excl. nonn. syn.
Ic. *Reich. cent. 12. f. 4159.*
In apricis asperis, vel in herbosis obvia.
Martio, Majo. ⊙
2. B. aspera. *Retz. obs. 2. p. 21 — Ten. fl. nap. 2. p. 69.*
*b. cristata. Dec. syst. nat. 2. p. 672.*
Ic. *Reich. cent. 12. f. 4160.*
Inter segetes in elatis; *seminati da Fontana al monte Vetta, ed al Jetto.*
Aprili, Majo. ⊙
Praecedenti proxima, ac ad illam relata a Cl. *Bertol. in fl. ital. 6. p. 617*, a qua non tam foliorum incisura, quae equidem variabilis est, quam siliculàrum cristis latioribus ac incisis diversa.

## 15. RAPISTRUM.

*Dec. syst. nat. 2. p. 430, et pr. 1. p. 227.*

1. R. orientale. *Dec. syst. 2. p. 433 — Ten. fl. nap. 5. p. 45 — Bertol. fl. ital. 6. p. 606.*
Ic. *Sibth. fl. gr. t. 612.*
In cultis argillosis ab elatis ad demissa; *seminati di Monte Vetta, del Jetto, di Fontana, della piana de' Muori, Cava di Buceto, Casamicciola nel vollone de' Bagni, Bagno nella strada presso al Lago.*
Majo, Septembri. ⊙, et ♂

## 16. NESLIA.

*Desv. journ. bot. 3. p. 162, et 163 — Dec. syst. nat. 2. p. 519, et pr. 1. p. 202.*

1. N. paniculata. *Desv. Journ. de Bot. 3. p. 163 — Bertol. fl. ital. 6. p. 592* — Rapistrum paniculatum. *Ten. fl. nap. 2. p. 68* — Myagrum paniculatum. *Lin. sp. pl. 894.*
Ic. *Reich. cent. 12. f. 4291*—Myagro similis, siliqua rotunda. *Bauh. pr. p. 51.*

Inter segetes in campis elatis marnaceis ; *seminati da Fontana a Monte Vetta al Jetto, ed in quelli di Monte Vezza.*
Aprili, Majo. ⊙

### 17. CAPSELLA.

*Medikus in Dec. syst. nat. 2. p. 383.*

**1. C.** BURSAPASTORIS. *Dec.syst. nat. 2. p. 383—Bertol.fl.ital.6. p. 533* — Thlaspi Bursapastoris. *Lin. sp. pl. 903 — Ten. fl. nap. 5. p. 54.*
Ic. *Reich. cent. 12. f. 4229* — Bursa-pastoris. *Matth. com 1. p. 521.*
b. *brachycarpa* ; siliculis abbreviatis obcordato-cuneatis, diametro transversali longitudinalem subaequante, floribus viridulis.
In cultis, et ad vias ubique; var. *b.* magis rara.
Martio, Octobri. ⊙
In var. *b. siliculae* duplo breviores, basi breviter non longe cuneatae, ut in *a*, et flores minores.

### 18. LEPIDIUM.

*Brown. in H. Kew. ed. 2. v. 4. p. 85.*

**1. L.** GRAMINIFOLIUM. *Lin. sp. pl. 900 — Ten. fl. nap. 5. p. 51 — Bertol. fl. ital. 6. p. 582.*
Ic. *Reich. cent. 12. f. 4218* — Iberis. *Bauh. hist. 2. p. 918.*
In ruderatis, et ad vias passim.
Martio, Octobri. ⊙, et basi fere ♄
*Sepala* concava, virentia, obtusissima, ad apicem atropurpurea: *petala* candida, obovato-cuneata, obtusissima, parva, calycem parum excedentia, stamina sex aequilonga aequantia: *filamenta* candida; *anteris* luteis: *ovarium* virescens, oblongum, inde fere conicum; *stigmate* sessili, plano, in apice depresso, inde fere capitato: *silicula* ovata, acutiuscula, utrinque turgidula, subcordata, stylo brevissimo terminata : *semina* ovalia rufescentia.

### 19. DRABA.

*Spr. s. veg. 2. p. 847.*

**1. D.** VERNA. *Lin. sp. pl. 896.*
*b. praecox* ; siliculis brevibus orbiculato-ellipticis, pedicellnm subaequantibus. *Bertol. fl. ital. 5. p. 470*—D. praecox. *Ten. fl. nap. 4. in syll. p. 90* — Erophila praecox. *Dec. syst. nat. 2. p. 357.*

Ic. *Reich. cent. 12. f. 4233*— Paronychia vulgaris. *Dod. pempt. 112.*
In apricis herbosis passim; *Chiajano, da S.Nicola all' Arso verso la sommità del cratere;* et ad muros. *Bagno, Campagnano.*
Februario, Martio. ⊙

### 20. KONIGA.

*Brown. in Clapp. narr. 214. Endl. gen. n. 4870.*

1. K. MARITIMA. *Smith. fl. gr. 7. p. 19—Bertol. fl. ital. 6. p. 481*—Lobularia maritima. *Desv. journ. de Bot. 3. p. 162* — Alyssum maritimum. *Ten. fl. nap. 2. p. 71* — Clypeola maritima. *Lin. sp. pl. 910.*
Ic. *Reich. cent. 12. f. 4266* — Thlaspi Leucoji folio aucuminato. *Bocc. mus. t. 130.*
In apricis pascuis, ad muros, ad rupes, ac in tectis ubique.
Floret per totum annum. ♄
*Flores* albi, mellem olentes.

### 21. CARDAMINE.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1088.*

1. C. HIRSUTA.*Lin. sp.pl.915—Bertol. fl. ital. 7.p.23—Ten. fl. nap. 2. p. 83, b. minor.*
Ic. *Reich. cent. 12.f. 4304.*—C. sylvestris, minor, italica. *Barr.ic.455.*
In humentibus umbrosis, ad muros, ad rupes, ad sepes in muscosis passim.
Februario, Aprili. ⊙

### 22. ARABIS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1094.*

1. A. HIRSUTA. *Scop. carn. ed. 2. v. 2. p. 30 — Ten. fl. nap. 5. p. 69 — Bertol. fl. ital. 7. p. 124*— Turritis hirsuta. *Lin. sp. pl. 930.*
Ic. *Reich. cent. 12. f. 4343* — Turritis minor. *Zannich. hist. t. 170.*
In sylvaticis, et ad muros in umbrosis; *Campagnano, Pico, Barano, Fontana, Serrano, Calimera, Panza, alle Falanghe, alla Pera, a Catreca, Casamicciola, Lacco superiore.*
Aprili, Majo, ♂ et ♃.
*Flores* parvi albi.
2. A. TURRITA. *Lin. sp. pl. 930 — Ten. fl. nap. 5. p. 70 — Bertol. fl. ital. 7. p. 133.*

Ic. *Reich. cent. 12. f. 4345.* — Turritis major Plateau. *Clus. hist. 2. p. 126* — Brassica sylvestris, albido flore, nutante siliqua. *Barr. ic. 353.*

In sylvaticis, ad sepes, et ad rupes umbrosas; ***Monte Vezza, Campagnana, selve del Testaccio, Pica, Barana, Fantana, Calimera, Falanghe, al Fasano, a Catreca, Casamicciola, Panza.***

Martio, Majo. ♂, vel ♃

*Flores* parvi, luteoli.

Vulgo *Zecchetella.*

### 23. MATTHIOLA.

*Brown. in H. Kew. ed. 2. v. 4. p. 119. (non Lin.)*

1. M. RUPESTRIS. *Dec. syst. nat. 2. s. p. 74.—Ten. fl. nap. 5. p. 65—Bertol. fl. ital. 7. p. 100*—Hesperis rupestris. *Raf. spec. delle sc. n. 2. p. 46.*

M. siliquis subcylindricis tomentosis eglandulosis, valvis nervo elevato notatis, stigmatibus obtusis incrassatis (dorso saepe breviter cornigeris), foliis lanceolatis utrinque acutiusculis subintegris incano-virentibus cauleque erecto ramoso basi suffruticoso subtomentosis.

Ic. Leucojum sylvestre, incanum, flore in purpureo coeruleo. *Cup. panph. 2. t. 6.*

Ad rupes maritimas passim, nec non ***ai scogli di S. Anna presso Ischia.***

Februario, Aprili. ♄

Vulgo *Viola marina.*

*Folia* in planta inarimensi magis canescentia, et infima obtusiora quam in plantis siculis.

2. M. INCANA. *Dec. syst. nat. 2. p. 168 — Bertol. fl. pl. 7. p. 98* — Cheiranthus incanus. *Lin. sp. ph. 924.*

Ic. *Reich. cent. 12. f. 4354* — Viola alba, et purpurea. *Lob. ic. 329.*

Ad muros prope oppidos; ***Casamicciola, Lacca***; ubi varietas floribus albis quoque occurrit; sed videtur ex hortis egressa.

Februario, Aprili. ♄

Summa cum praecedente affinitas, a qua foliis glabrioribus, et siliquarum valvis nervo elevato destitutis potissimum diversa.

3. M. SINUATA. *Dec. syst. nat. 2. p. 267 — Ten. fl. nap. 5. p. 65, b. glabrata—Bertol. fl. ital. 7. p. 101*— Cheiranthus sinuatus. *Lin. sp. pl. 926.*

Ic. *Reich. cent. 12. f. 4350* — Leucojum maritimum, minus. *Clus hist. 1. p. 298.*

In arenosis maritimis; *arene dell'Arso, marinella del Bagno, Forio alla marina di Montevergine e di Citara, Lacca alla marina di S. Montana, marina di S. Angelo,* sed satis rara.

Junio, Augusto. ♄

4. M. TRICUSPIDATA. *Dec. syst. nat. 2. p. 173 — Ten. fl. nap. 5. p. 66 — Bertol. fl. ital. 7. p. 102*—Cheiranthus tricuspidatus. *Lin. sp. pl. 926.*
Ic. *Sibth. fl. gr. t. 639* — Leucojum crucigerum. *Camer. hort. t. 24.*
In arenosis maritimis; *marinella del Bagno, marina da Sucellaro a S. Angelo, in quella di Citara e di Montevergine a Forlo, e di S. Montano al Laceo.*
Martio, Junio. ⊙
In arenosis maritimis calidioribus, uti a *S. Angelo*, caules ad basim fere fruticulosi aliquando evadunt.

24. BARBAREA.

*Brown. in H. Kew. ed. 2. v. 4. p. 109.*

1. B. PRAECOX. *Brown. in Dec. syst. nat. 2. p. 205—Ten. fl. nap. 5. p. 63. —Bertol. fl. ital 7. p. 79*—Erysimum praecox. *Willd. sp. pl. 3. p. 510.*
Ic. *Reich. cent. 12. f. 4358* — B. foemina. *Tabern. ic. 452.*
b. *inarimensis*; floribus minoribus pallidioribus, pedicellis siliqua angustioribus.
In humentibus calcareo-argillosis elatis; *Barano, Serrano, Cavone delle Rose in alto, Valle di Canniani, Pietra Sparaina, da Fontana a Monte Vetta ed a S. Nicola, ne'siti aperti delle selve dell' Ulicella, di Catreca, delle Falanghe, e del Fasano.*
Aprili, Majo. ⊙
*Flores* parvi, lutei, senescendo pallidiores; petalis arrectis, integris, non facile ut in aliis decidui: *siliquae* jam perfectae 2 vel 2 1/2 pollices longae, crassae, strictae, rectissimae. Differt ab icone a *Reich.* citata siliquis magis arrectis, pedicellis siliqua angustioribus, non illa aequalibus; stylo parum breviore.

25. ALLIARIA.

*Adans. fam. nat. 2. p. 418 — Dec. syst. nat. 2. p. 488.*

1. A. OFFICINALIS. *Dec. syst. nat. 2. p. 489* — Erysimum Alliaria. *Lin. sp. pl. 922 — Ten. fl. nap. 5. p. 62—Bertol. fl. ital.. 7. p. 90.*
Ic. *Reich. cent. 12. f. 4379* — Alliaria. *Fuchs. hist. p. 104.*
In sylvis, et ad sepes; *Chiajano, Fontana, Barano, Campagnano a Catauro, selve delle Falanghe, del Fasano, di Catreca, e delle Pera sopra Casamicciola, e presso questo paese nelle vigne sotto le Croci.*
Martio, Aprili. ⊙

Digitized by Google

## 26. MALCOLMIA.

*Brown. in. H. Kew. ed. 2. v. 4. p. 121.*

1. M. PARVIFLORA. *Dec. syst. nat. 2. p. 442 — Ten. fl. nap. 5. p. 66 — Bertol. fl. ital. 7. p. 111.*
   Ic. Hesperis parviflora. *Dec. pl. gall. rar. p. 11. t. 35.—Loisel. fl. gall. ed. 2. v. 2. t. 11.*
   In arenosis maritimis; *Ischia nelle arene dell' Arso sotto alla Chiesa del Purgatorio, marinella del Bagno, e di S. Angelo.*
   Martio, Aprili. ⊙

## 27. SISYMBRIUM.

*All. ped. 1. p. 274 — Dec. pr. 1. p. 190.*

1. S. OFFICINALE. *Dec. syst. nat. 2. p. 459 — Ten. fl. nap. 5. p. 60 — Bertol. fl. ital. 7. p. 54* — Erysimum officinale. *Lin. sp. pl. 922.*
   Ic. *Reich. cent. 12. f. 4401* — Erysimum primum. *Tabern. ic. 448.*
   *b. lejocarpum*, siliquis glabris.
   In ruderatis, ad vias, et ad muros, ubique utraeque varietates, sed var. *b.* magis rara.
   Martio, Junio. ♂
2. S. POLYCERATION. *Lin. sp. pl. 918 — Ten. fl. nap. 5. p. 60 — Bertol. fl. ital. 7. p. 53.*
   Ic. *Reich. cent. 12. f. 4403* — Irio alter. *Matth. comm. 1. p. 524.*
   Ad muros, et in ruderatis.
   Junio, Julio. ⊙
3. S. THALIANUM. *Gay.* et *Monn. ann. des scienc. nat. prem. ser. v. 7. p. 383—Bertol. fl. ital. 1. 7. p. 48*—Arabis Thaliana. *Lin. sp. pl. 929 — Ten. fl. nap. 3. p. 70.*
   Ic. Conringia Thaliana. *Reich. cent. 12. f. 4380* — Draba angustifolia, minima et media. *Barr. ic. 269.*
   In sylvaticis apricis, in asperis, et ad muros passim.
   Martio, Majo. ⊙

## 28. DIPLOTAXIS.

*Dec. syst. nat. 2. p. 628, et pr. 1. p. 221.*

1. D. TENUIFOLIA. *Dec. syst. nat. 2. p. 632*, excl. syn. *Lag.—Ten. fl. nap.*

Digitized by Google

5. *p. 73* — *Bertol. fl. ital. 7. p.76,* excl. var. *c.* — Sisymbrium tenuifolium. *Lin. sp. pl. 917.*

Ic. *Reich. cent. 12. f. 4420* — Eruca sativa. *Fuchs. hist. p. 262.*

Ad muros, et in argilloso-calcareis; *Fontana, Forio, Lacco, Casamicciola, Bagno, Costa di S. Pancrazio, e del Pignatiello, di Campagnano, fra S. Angelo e Soccivo.*

Floret per totum annum. ♄

Vulgo *Arucola di Montagna*, et inter acetaria locum habet.

2. D. VIMINEA. *Dec. l. c. p. 635* — *Ten. fl. nap. 5. p. 72* — *Bertol. fl. ital. 7. p. 74* — Sisymbrium vimineum. *Lin. sp. pl. 919.*

Ic. *Reich. cent. 12. f. 4416* — Eruca sicula, Bursae pastoris folio. *Bocc. sic. p. 19. t. 10.*

In cultis argilloso-calcareis; *Chianole dal Testaccio, Monte Vetta alle petrelle.*

Septembri, Octobri. ⊙

## 29. BRASSICA.

*Dec. syst. nat. 2. p. 582.*

1. B. FRUTICULOSA. *Cyr. pl. rar. neap. fasc. 2. p. 7* — *Ten. fl. nap. 5. p. 74* — *Bertol. fl. ital. 7. p. 160* — Sinapis radicata. *Desf. atl. 2. p. 98.*

Ic. *Cyr l. c. t. 1* — *Desf. l. c. t. 167.*

In apricis, ad muros, vel ad maceries ubique.

Floret per totum annum. ♃, et basi fere ♄

Vulgo *Rapiciolla*, et oleo cocta, ac saepe leguminum seminibus mixta passim comeditur et expetitur.

2. B. INCANA. *Ten. fl. nap. 5. p. 74* — *Bertol. fl. ital. 7. p. 150.*

B. frutescens, caule basi suffruticoso, foliis subtus dense villoso-incanis supra villosis, radicalibus lyratis, lobo terminali sinuato-dentato, caulinis sinuato-erosis auriculatis utrinque glabratis, siliquis semipatentibus compresso-teretibus (3-4-pollicaribus) glabris, stylo crassiusculo sub conico acuto subaspermo terminatis.

Ic. *Ten. l. c. t. 165.*

*b. inarimensis*; foliis crassioribus magis glaucis, subtus fere glabratis, floribus majoribus.

In rupibus maritimis, vel elatis: var. *a. Ischia sotto al castello, negli scogli di S. Anna presso la Città, Campagnano, Lacco al Monte Vico, Barano:* var. *b. sotto S. Nicola al S. ed al N.; e nelle rupi delle Falanghe, ed in quelle sopra Panza.*

Martio, Majo. ♄

Vulgo *Cavolo o Vruoccolo selvaggio.*

*Caules* glabrati, firmi, basi caespitosi; floriferi 3-5-pedales, erecti: *racemorum* axis glaberrimus, uti *pedunculi*, qui filiformes, sparsi, erecto-patentes, 6. lineares: *sepala* lineari-oblonga, concava, basi carinata, sub apice obtuso fornicato externe obtuse calcarata, *petalis* luteis subundulatis obtusissimis duplo breviora: *filamenta* teretia, albida: *stylus* albidus, apice virescens; *stigmate* globoso: *siliquarum* rostrum 4-3-lineare, subsulcatum; valvis exquisite nervosis, nervis anastomosantibus: *semina* globosa, levia, ex albido-rufescentia.

Var. *b.* quoad habitum *B. rupestris Raf.* similis, sed siliquae omnino diversae — In hujus Insulae rupibus caules basi caespitosi et lignosi per plures annos durant, quamvis biennes in plantis prope Neapolim provenientibus notet Cl. *Ten. l. c.*—*Folia* cocta hyemali tempestate suibus dari solent.

3. B. OLERACEA. *Lin. sp. pl. 932.*

Ic. B. sylvestris. *Dod. pemp. 626.*

Colitur.

Martio, Aprili. ♄

Sequentes varietates coluntur:

1. *Acephala*; caule elongato, racemis paniculatis, foliis expansis, lobo terminali amplissimo planiusculo. *Gasp.*

*Broccolo nero.*

*a.* floribus albescentibus.

*Broccolo bianco.*

*b.* floribus luteis.

*Broccolo del Vomero.*

*c. lingulata*; foliis parvis pinnatifido-sinuatis, lobo terminali oblongo-lanceolato. *Gasp.*

*Broccolo a spadella.*

2: *Bullata*; caule abbreviato; foliis junioribus subcapitatis bullatis vel crispatis, racemis paniculatis. *Gasp.*

*Cavolo verzo.*

3. *Capitata*; caule abbreviato, foliis concavis non bullatis in capitulum congestis, racemis paniculatis —Variat capitulo sphaerico vel depresso, foliis exterioribus viridibus, interioribus pallidis vel albis. *Gasp.*

*Cavolo cappuccio.*

4. *Caulo-rapa*; caule ad foliorum insertionem tumido subgloboso, carnoso. *Gasp.*

*a.* foliis planiusculis.

*Torzelle piane.*

*b.* foliis fimbriato-crispis.

*Torzelle ricce.*

3. *Botrytis;* racemis pedunculisque carnosis abbreviatis congestis corymbosis, floribus plerumque abortivis. *Gasp.*

*a. alba.*

*Cavolo fiore bianco.*

Varietas violacea raro in insula colitur.

4. B. RAPA. *Lin. sp. pl. 931.*

Ic. *Mart. fl. rust. t. 45-50.*

Colitur.

Martio, Aprili. ⊙

Vulgo *Rapa.*

Sequentes varietates coluntur.

1. Radice tumida, carnosa, globoso-depressa, interdum ex basi ovata suboblonga. *Gasp.*

*a. alba.*

*Rapa bianca.*

*b.* rubra.

*Rapa rossa.*

5. B. NAPUS. *Lin. sp. pl. 931.*

Ic. *Schrank. H. mon. 3. t. 218, ex Dec.*

*b.* radice exili fibrosa. *Gasp.*

Passim colitur.

Februario, Aprili. ⊙

Vulgo *Broccoli di rapa.*

## 30. ERUCA.

*Tourn. inst. p. 227 — Dec. syst. nat. 2. p. 636.*

1. E. SATIVA. *Lam. fl. fr. 2. p. 426* — Brassica Eruca. *Lin. sp. pl. 932.*

Ic. *Reich. cent. 12. f. 4421* — Sinapi alterum genus. *Fuchs. hist. 539.*

Passim colitur tam culinario usu, quam pro agris saginandis.

Februario, Aprili. ⊙

Vulgo *Arucola.*

## 31. SINAPIS.

*Lin. Gen. pl. ed. Schreb. n. 1097.*

1. S. NIGRA. *Lin. sp. pl. 933 — Ten. fl. nap. 3. p. 73 — Bertol. fl. ital. 7. p. 166.*

Ic. *Reich. cent. 12. f. 4427* — S. sativum, prius. *Dod. pempt. 706.*

In cultis ad agrorum margines passim.

Februario, Martio. ⊙, raro ♂

Vulgo *Senacoli*, et usu oeconomico ac culinario colitur.

2. S. INCANA. *Lin. sp. pl. 934—Ten. fl. nap. 5. p. 75 — Bertol. fl. ital. 7. p. 166.*

Ic. *Reich. cent. 12. f. 4493*—Erysimum foliis subincanis, siliquis brevissimis. *Herm. Par. Bat. p. 155. t. 39.*

*b. heterophylla*; foliorum lobis acutioribus—S. heterophylla. *Guss. pr. fl. sic. 2. p. 293 — Ten. fl. nap. 5. p. 76.*

Ic. *nulla.*

In cultis subargillosis; *ne'campi coltivati dal M. Vetta a S. Nicola, di Fontana, di Calimera, e della Bocca della Serra, marina de'Maronti, Forio a Citara, ed alle fumarole nella Contrada del Bellomo*; var. *b.* in elatis *dal Monte vetta a S. Nicola* magis obvia.

Aprili Julio. ⊙, et ♂

Quamplurimis vivis speciminibus inspectis in loco natali certus factus sum varietatem *b.* ab *a.* uti speciem non esse disjungendam. Confer quoque cl. *Ten. l. c.*

## 5. CAPPARIDEAE.

### 32. CAPPARIS.

*Lin. Gen. pl. ed. Schreb. n. 876.*

1. C. RUPESTRIS. *Sibth. et Smith. fl. gr. pr. 1 p. 355 — Ten. fl. nap. 4. p. 302 — Bertol. fl. ital. 5. p. 302.*

Ic. *Reich. cent. 14. f. 4488.*

In rupibus maritimis, vel mari proximis; *Ischia sotto al Castello, Bagno sopra i muri, Pieo, Campagnano, Lacco al Monte Vico, Forio a S. Francesco, ed a Zale, Punta di S. Angelo*, ec.

Majo, Septembri. ♄

Vulgo *Chiappariello*; et non frequenter alabastra colligunt sale et aceto condienda pro obsoniis.

Etiam in hac insula, uti in Sicilia, aliquando trunci fere 2-pedales, diametro 2-pollicari.

Digitized by Google

## 6. RESEDACEAE.

### 33. RESEDA.

*Endl. gen. n. 5011.*

1. R. CRISPATA. *Link. en. alt. 2. p. 8—Ten. fl. nap. 4. p. 256—Bertol. fl. ital. 5. p. 26.*

R. glaberrima, caule erecto simplici vel ramoso, foliis lanceolato-linearibus repando-undulatis integris basi tenue biglandulosis, petalo superiore calycem 3-plo excedente, capsulis transverse verrucosis, dentibus tribus introflexis incrassatis obtusis.

Ic. *nulla.*

In aridis; *strada sulla costa meridionale del Cratere del Vataliere, e dal Vataliere al Testaccio presso al trivio; discesa dal monte Vezza al sud verso la costa di Succellaro, Monte Trippiti presso la casetta, Monte Vetta alle petrelle.*

Aprili, Majo. ⊙

*Folia* intensius virentia, et crassiora quam in sequente, margine undulata, una cum bracteis ad basim utrinque glandula nitida conica acuta dentiformi glaberrima instructa: *bracteae* pedunculis triplo longiores, anguste lineares, acutae: *calycis* laciniae oblongo-lineares, convexae, obtusiusculae; *petala* albida, duo lateralia tripartita; laciniis omnibus cuneatis, obtusis: superius duplo latius, obovato-cuneatum, varie incisum: *semina* ovalia, nitidissima, nigra.

2. R. LUTEOLA. *Lin. sp. pl. 643—Ten. fl. nap. 5. p. 256—Bertol. fl. ital. 5. p. 24.*

Ic. *Reich. cent. 12. f. 4442* — Lutum herba. *Dod. pempt. 80.*

In arenoso-marnaceis campis elatis nunc spontanea, sed ex cultis egressa; *fra Fontana e S. Nicola.*

Aprili, Majo. ⊙

Vulgo appellatur *Erva tenta;* et usu oeconomico colitur.

*Folia* non undulata, basi utrinque vel altero latere 1-dentata, denticulo fere setaceo: *calycis* laciniae duae superiores majores: *petalum* superius 4-5-lineari laciniatum; lateralia 1-3-fida, omnibus albidis: *capsula* obovata, truncata, depressa, trimucronata: *semina* globosa, non nitida, fusca.

3. R. LUTEA. *Lin. pl. 645 — Ten. fl. nap. 4. p. 236 — Bertol. fl. ital. 5. p. 26,* excl. syn. *R. mucronulatae.*

Ic. *Reich. cent. 12. f. 4446 — Dalcth. hist. 1199.*

*b.* foliorum laciniis angustis crispulis et magis denticulatis.

Ic. *nulla.*

In aridis rupestribus apricis meridiem spectantibus sola var. *b.* ; *Campagnano a Malavia, e nella costa del Pignatiello, e di S.Pancrazio.*

Majo, Julio. ♃, et basi fere ♄

In *b. caules* angulati, verrucis albidis scabri: *calycis* 6-partiti laciniae lineari-spathulatae, obtusiusculae: *petala* straminea, vel albida, obovato-unguiculata, varie incisa aut laciniata, unico indiviso; laciniis inaequalibus, majoribus obtusis, fere obovato-cuneatis, calycem immutatum aequantibus: *antherae* luteae: *capsula* oblongo-elliptica, truncata, verrucis albidis scabra.

Cave ne varietatem *b.* cum *R. mucronulata* Tin., aut cum *R. gracili Ten.* confundas; a quibus aliena.

4. R. HOOKERI. *Guss.*—R. fruticulosa. *b. Guss. syn. 1. p. 530*— R. fruticulosa. *Hook.* in herb. *Lin.* — R. undata. *Ten. fl. nap. 4. p. 527,* ex descriptione!

R. pallide virens glaberrima, caule basi suffruticoso, foliis pinnatis, foliolis decurrentibus undulatis subfalcatis approximatis, in radicalibus alterne minoribus, impari reliquis breviore aut vix excedente, calycibus patentibus 5-partitis, capsulis oblongo-ellipticis 4-dentatis.

Ic. R. suffruticulosa. *Reich. cent. 12. f. 4449*—R. minor, incisis foliis. *Bar. ic. 583?*

Inde herbosis rara; *Laceo, Punta S. Angelo.*

Aprili, Octobri. ♃

*Caules* basi vere frutescentes firmi, elati, longis et densis racemis terminati: *foliola* subcanaliculata, subserrulata: *flores* albi: *capsulae*, ut in sequente, angulatae, leves, 5-6 lin. longae, dentibus erectis; *semina* globoso-reniformia, fusca, levia.

5. R. ALBA. *Lin. sp. pl. 648* — R. fruticulosa *c. Guss. syn. 1. p. 530.* R. suffruticulosa. *Ten. fl. nap. 4. p. 257,* ex foliorum descriptione.

R. viridi-glaucescens glaberrima, foliis pinnatis, foliolis anguste linearibus planis vix decurrentibus approximatis subundulatis impari reliquis aequali aut breviore, calycibus 5-partitis, capsulis oblongo ellipticis 4-dentatis.

Ic. *Reich. cent. 12. f. 4448.* R. minor alba, dentatis foliis. *Barr. ic. 588.*

In apricis herbosis passim.

Aprili, Octobri. ♃ et basi ♄

*Semina* nigra, globoso-reniformia, minutissime tuberculata.

Post sedulam inspectionem plurium annorum has duas species inter se differre cognovi, nec unam in alteram transire, et characteres habitus nec non foliorum constantes esse. Interim Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 5. p. 29.* has in unicam speciem immerito associat.

Una cum praecedente ab incolis appellatur *Malaparone*, et priusquam caulis altitudinem pedalem acquirat, herba a rusticis elixata ac oleo et sale condita inter olera ab illis expetita usum habet.

## 7. CISTINEAE.

### 34. CISTUS.

*Tourn. inst. 259—Gaertn. de fruct. 1. p. 370—Dec. fl. fr. 4. p. 811.*

1. C. villosus. *Lin. syst. veg. 412—Ten. fl. nap. 4. p. 310*—C. incanus. *Lin. sp. pl. 737* ex *Bertol.* in *fl. ital. 5. p. 341.*
   Ic. *Reich. cent. 13. f. 4567.*
   *b. virescens*; pubescentia in caule et pedunculis breviore ac magis adpressa, foliis minus rugosis viridioribus superioribus oblongo-ovalibus, sepalis magis acuminatis minusque villosis. — *Dec. pr. 1. p. 264.*— C. incanus *b. Bertol. l. c.*
   In aridis apricis: *rupi di Succellaro, costa del Pignatiello e della Scarupata, Punta dell'imperatore alla sommità, e verso Citara, rupi di Zale e di Monte Vico, delle Falanghe, Panza alla Guardiola di S. Gennaro, e nella collina di Campotese:* var. b. *rupi di Campagnano al N. E.*
   Aprili, Majo. ♄
   Haec, et sequentes species complexo nomine *Rosolania* appellantur.
2. C. salvifolius. *Lin. sp. pl. 738 — Ten. fl. nap. 1. p. 294 — Bertol. fl. ital. 5. p. 346*, excl. syn. C. corbariensis *Reich.*
   Ic. *Reich. cent. 13. f. 4559* — C. foemina. *Clus. hist. 1. p. 70.*
   In collibus, et in fruticetis apricis passim.
   Aprili, Majo. ♄
   *Folia* rugosa, stellato-hirta: *pedunculi* elongati, superne articulati: *petala* candida, emarginata: *sepala* duo exteriora late cordato-ovata acutiuscula: *capsula* ovata, subangulata, apice depressa, pubescens.
3. C. affinis. *Guss. syn. 2. p. 13 — Ten. fl. nap. 4. p. 34.*
   C. foliis lanceolato-linearibus sessilibus trinerviis supra glabris, subtus reticulatis villosis, subviscosis, racemis terminalibus simplicibus subsecundis, sepalis exterioribus cordato-ovatis (latis) bracteaeformibus villosissimis interiora excedentibus.
   Ic. C. foemina, folio vario, erectus. *Cup. panph. 1. t. 2.*
   In aridissimis asperis; *costa di Succellaro, alla Scarupata, Bagno a S. Alessandro ed a S. Pietro, Lava dell' Arso presso S. Michele.*
   Aprili, Majo. ♄
   *Frutex* obscure virescens, et ingrati odoris: *racemi* ebracteati, 2-4-pollicares: *pedicelli* erecto-patentes, 3-5-lineares, approximati: *sepala* laete virentia, acuta: *petala* candida, retuso-deltoidea.

4. C. monspeliensis. *Lin. sp. pl. 737—Ten. fl. nap. 1. p. 294—Bertol. fl. ital. 5. p. 339,* excl. syn. *C. affinis*—Stephanocarpos monspeliensis. *Spach.* in *Griseb. spic. fl. Byth. 1. p. 131.*

C. foliis lanceolato-linearibus sessilibus trinerviis supra glabriusculis, subtus pulverulento-glaucis lacunoso-reticulatis glutinosis, racemis terminalibus simplicibus subsecundis, sepalis exterioribus ovato-lanceolatis villosissimis interiora aequantibus.

Ic. *Reich. cent. 12. f. 4561* — Ledon V. *Clus. hist. 1. p. 79.*

In collibus maritimis, praesertim in fruticetis; *Casamicciola al Castiglione, Forio alla Guardiola di Zale, ed alla punta dell'imperatore, Guardiola del Testaccio, Monte di Vico, ed a Marecoc sul Lacco.*

Aprili, Majo. ♄

A praecedente non separat Cl. *Bertol.* l.c.; sed confer quae dixi in *syn. l. c.*

## 35. HELIANTHEMUM.

*Tourn. inst. p. 248—Gaert. de fruct. 1. p. 371.—Dec. fl. fr. 4. p. 815.*

1. H. tuberaria. *Mill. dict. n. 10 — Ten. fl. nap. 4. p. 311.—Bertol. fl. ital. 5. p. 365* — Cistus Tuberaria. *Lin. sp. pl. 741.*

Ic. *Reich. cent. 13. f. 4528* — Cistus tuberaria. *Cav. ic. 1. t. 97* — *Buxb. cent. 3. t. 63.*

In aridis apricis submontosis; *nelle falde orientali del Rotaro dirimpetto al Montagnone presso la via che discende alla Cereola.*

Aprili, Majo. ♄

*Sepala* glaberrima; duo exteriora anguste lanceolata, adpressa; tria interiora duplo longiora, late lanceolata, acuta, in fructu semipatentia, subtrinervia: *petala* pallide sulphurea, basi intensius colorata, integerrima, 5-7-lin. longa: *antherae* globoso-ovatae, non emarginatae, una cum filamentis et germine petalis concolores: *stigma* albidum, globosum, sessile, tuberculatum: *capsula* ovalis, tenue pubescens, sepalis exterioribus aequilonga: *semina* subglobosa, fusca, minute obtuseque tuberculata.

Planta ista, quae in collibus calcareis Japygiae, nec non in montosis graniticis Calabriae supra Rhegium et Siciliae supra Messanam copiose provenit, in hac insula in angustissimo notato spatio occurrit.

2. H. guttatum. *Mill. dict. n. 18 — Ten. fl. nap. 1. p. 297,* var. *a.* — *Bertol. fl. ital. 5. p. 566,* excl. syn. H. Viviani. *Poll.* — Cistus guttatus. *Lin. sp. pl. 741.*

Ic. Cistus serratus. *Cav. ic. 2. p. 57. f. 191,* optima, sed petala serrata.

*b. plantagineum*; foliis latis oblongo-ellipticis, pedunculis a basi ad apicem patenter pilosis, pubescentia copiosiore—H. plantagineum. *Pers. syn. 2. p. 77 — Dec. pr. 1. p. 270*

Ic. *Taurin. 20. 1. 45 ex Moris.*

In herbosis apricis; var. *a. alla sommità del Cratere dell'arso sopra Chiajano:* var. *b.* passim obvia.

Martio, Aprili var. *a.*: et Aprili, Majo var. *b.* ⊙

In var. *a. folia* omnia saepe exstipulata!: *pedunculi* graciles, fere capillares, pilis glandulosis tecti, in fructu deflexi!: *sepala* duo exteriora lineari-lanceolata, margine revoluta, tria interiora ovata, concava, obtusiuscula, dorso glandulis nigris ad basin conspersa: *petala* integra, vel denticulata!, lutea, et basi macula atropurpurea notata — In *b. sepala* exteriora oblonga, obtusiuscula, subconvexa, subadpressa, eglandulosa; interiora duplo longiora, glandulis nigris a basi ad medium conspersa, raro usque ad apicem. Scrius quam var. *a* floret, imo caulis profert ista dum illa fructus maturat! proinde species videntur diversae, nec varietates.

3. H. JUNIPERINUM. *Lag.* in *Dec. pr. 1. p. 275!* ex ejusdem specimine!

H. suffruticosum, caule erecto vel ascendente ramosissimo, ramis pedunculis calycibusque puberulis, foliis oppositis superioribus alternis anguste linearibus margine revolutis subfasciculatis recurvis (lacte virentibus) glabratis vel puderulis pedicellis basi bractea suffultis erectiusculis demum patentibus saepiusque recurvis.

Ic. H. viride. *Reich. cent. 13. f. 4542,* quae ic. potius hoc quam *H. viride Ten.* refert ob folia falcata, et ideo haud exactam dixi in *syn. 2. p. 16.*

In aridissimis declivitatibus meridiem spectantibus; *Succellaro alla costa della Scarupata fra i frutici* poco *distante dal mare nel sito sottoposto e corrispondente a Monte Vezza,* e *dirimpetto S. Pancrazio.*

Aprili, Majo. ♄

*Caules* dense caespitosi, non erecti, sed potius diffusi, et inde surrecti: *folia* obtusiuscula, 4-6 lin. longa, vix 1/2 1. lin. lata: lacte virentia, erecto-patentia, vel patentissima, ad basim ramorum approximata, ibique in axillis fasciculata, supra plana, sulco notata, subtus ad carinam tenue bisulcata, ad margines revoluta, et sparse tenueque ciliata, sub lente punctis minutis albis tecta videntur; suprema breviora ac parum latiora, et una cum pedunculis pedicellis, bracteis calycibusque pilis brevibus eglandulosis tecta: *stipulae* foliis similia, sed angustiores, breviores, et setula terminatae: *racemi* 2-5-pollicares, in apice ramorum ut in affinibus; laxiflori; *pedicellis* gracilibus sub anthesi erectis, in fructu horizontaliter patentibus, 4-5 lin. longis: *sepala* duo exteriora vix lin. longa, anguste linearia, patentia, obtusa; tria interiora ovata, duplo longiora, nervis tribus viridibus notata, inter istos albida, persistentia, et in fructu una cum capsularum valvis, quibus adhaerent, patentia: *petala* lutea, parva, subemarginata, concoloria: *capsulae* ovatae, glabrae, leves; valvis

tenuibus; *semina* pallide rufescentia, fere triquetra, levia, lineolis minutis elevatis sub lente notata videntur, capsularum valvis annexa.

Differt a proximo *H. viride Ten.* foliis recurvis, caulium directione, et habitu, praeter characteres notatos.

4. H. FUMANA. *Mill. dict. n. 6.—Bertol. fl. ital. 5. p. 355.* excl. nonn. syn. *b. minus. Dec. pr. 1. p. 275—Ten. fl. nap. 4. p. 312.*

Ic. *Reich. cent. 13. f. 4531* (pro var. *a.*)—Cistus minor, brevi vermiculatoque folio, hispanicus. *Barr. ic. 286, et 446* optimae.

In rupestribus aridissimis; *nelle falde aridissime del Montagnone esposte al S. E. presso alla via che mena all' interno del cratere.*

Aprili, Majo. ♄

*Caules* irregulariter ramosi, procumbentes; ramis floriferis surrectis: *folia* exstipulata, intense virentia, anguste linearia, obtusa, tenuissime puberula aut glabra, uti rami juniores ac pedunculi: ad margines ciliata, in ramis floriferis erecta, in reliquis patula ac breviora: *pedunculi* supraxillares, 1-flori, demum patentes ac arcuati, ideoque calycibus fructiferis pendulis: *sepala* duo exteriora oblonga-elliptica, semipatentia, obtusa, ciliata; tria interiora duplo longiora, 3-4 duplo latiora, ovata, ad nervos, virentes aut rubentes hispidula, inter illos albido-scariosa ac glabra; nervis duobus prominulis, tertio obliterato: *petala* lutea, concoloria, obtusa, calyce duplo longiora: *stamina* rufescentia: *antherae* apice basique emarginatae: *stylus* elongatus, inclinatus *capsula* glaberrima, virescens: *semina* fusca, levia.

## 8. VIOLARIEAE. Dec.

### 26. VIOLA.

*Tourn. Inst. p. 419—Dec. pr. 1. p. 291.*

1. V. ODORATA, *Lin. sp. pl. 1324—Ten. fl. nap. 1. p. 102— Bertol. fl. ital. 2. p. 698*, an cum syn.?

Ic. *Reich. cent. 13. f. 4498.—Dod. pempt. 156.*

In fruticetis humentibus, et ad sepes in umbrosis herbosis.

Januario, Martio. ♃

Vulgo *Viola* cum sequentibus.

*Stipulae* ciliato-dentatae; ciliis stipulae latitudinem non aequantibus: *flores* hebetati non solum ad radicis collum, sed etiam ex foliorum axillis in stolonibus proveniunt; et in istis *pedunculi* graciles, albi, 2-pollicares, ad medium bracteolis instructi: *sepala* ut in floribus fertilibus: *capsulae* pubescentes, subtrigono-globosae!, lineolis purpureis no-

latae, fere sub terra absconditae: *semina* glabra, pyriformia, albida, levia, apice appendiculata—Flores hebetati usque ad Majum nascere perdurant.

2. V. DEHNHARDTII. *Ten. fl. nap. 5. p. 332.*

V. acaulis stolonifera pubescens, foliis cordatis ovatis orbiculatisve grosse dentatis, sepalis obtusis, petalis late obovato-orbiculatis obtusis integris, inferiore latiore cordato-emarginato, calcare acutiusculo subuncinato.

Ic. *Ten. l. c. t. 219. f. 2* — V. hirta, var. lactiflora. *Reich. cent. 13. f. 4493?*

Ad maceries umbrosas, ad sepes, et in sylvaticis.

Januario, Aprili. ♃

*Stolones* hinc inde excurrentes: *stipulae* laciniatae, laciniis stipulao latitudinemsuperantibus: *pubescentia* in petiolis deflexa!: *folia* cordato-ovata, sinu clauso; in stolonibus ovata, aut reniformia, late cordata, idest sinu late patente: *pedunculi* late canaliculati, bracteis ad ipsorum medium insertis, et una cum stipulis piloso-ciliatis: *sepala* oblonga, utrinque obtusa ac puberulo-ciliata, integra, fusco-virentia: *calcar* acutiusculum, vix uncinatum, corollae concolor, vel pallidius: *capsula* ovata, obtusa, subtrigona, pubescens: *semina* albida, nitidiuscula, levia, apice appendiculata.

Variat petiolis foliisque pubescentibus; floribus concoloribus, laete coeruleis, et coeruleo-lilacinis, vel albidis. Praeterea flores in praecedente violacei! et odori, *petalis* anguste obovato-oblongis, fere cuneatis: in hac, et in sequente *petala* late obovata, basi non cuneata; *flores* fere inodori, ut in V. *hirta*, in qua sunt intense coerulei, dum in V. *Denhardtii* a coeruleo ad albidum vergentibus. Quoad florum odorem, et foliorum characteres pro typo *Violae* floribus plenis in hortis cultae haberi non potest, uti Cl. *Ten.* l. c. suspicatur, et potius planta culta pro varietate V. *suavis* habenda mihi videtur.

3. V. HIRTA. *Lin. sp. pl. 1324 — Ten. fl. nap. 1. p. 106 — Bertol. fl. ital. 2. p. 628,* excl. syn. V. Dehnhardtii *Ten.*

Ic. *Reich. cent. 13. f. 4493.*

In fruticetis, et ad sepes; *Campagnano, Schiapparo, Pieo.*

Januario, Aprili. ♃

*Semina* pyriformia, albida, glabra, levia, apice appendiculata.

4. V. SILVESTRIS. *Lam. fl. fr. ed. 1. v. 2. p. 680 — Ten. fl. nap. 3. p. 205.*

Ic. *Reich. cent. 13. f. 4503.*

Martio, Aprili. ♃

*Petalum* superius, basi interne striatum; duo lateralia barbata: *calcar* concolor, obtusum, apice fere oblique truncatum, calycinas appendices superans: *capsula* exquisite trigona, glaberrima.

A V. *canina* non separat *Cl. Bertol. fl. ital. 2. p. 701*; tam cum illa,

quam cum V. *Riviniana* associat Cl. *Webb. in phyt. can. v. 3. pars. 2. sect. 1. p. 30*; sed confer optimas icones *Reich.*

5. V. GRACILESCENS. *Jord. obs. 2. p. 20*—V. tricolor, *b. bicolor. Ten. fl. nap. 1. p. 108.*

V. glabriuscula, caule erecto, ramis prostratis erectisque, foliis inferioribus suborbiculatis, reliquis ovalibus, omnibus crenulatis, stipulis profunde laciniatis, laciniis (numerosis) subfalcatis, lobo extimo lato ovali-lanceolato, sepalis acutis ciliatis petala (bicoloria) breviter unguiculata integra aequantibus, calcare brevissimo obtuso sepalis aequilongo, capsula globoso-ovali.

Ic. *Jord. l. c. t. 2. f. B.*

In arenosis inter segetes; *Campagnano, Pieo, Barano, Testaccio, Chiajano, da S. Angelo a Soccivo, Forio, monte di Vico sopra al Lacco.* Aprili, Majo. ⊙

*Sepala* lanceolata, duo inferiora parum breviora: trium sepalorum superiorum appendices oblongae, latiores, longiores, obtusae, latere exteriore 1-lobatae, oblique truncatae; duorum sepalorum minorum breviores, concavae, orbiculatae, obsolete 1-lobatae: *flores* parvi: *petala* duo superiora coerulea; tria inferiora albida, vel etiam coerulea, basi luteo-maculata, et venis paucis coerulescentibus notata; quorum duo lateralia basi longe barbata, intermedium vero obsolete barbatum aut glabriusculum, omnia integerrima: *calcar* brevissimum, atrocoeruleum, sepala vix excedens: *flores* effoeti fere omnino albido-luteoli evadunt: *semina* nitide-spadicea, pyriformia, levissima — Floribus aliquando fere omnino luteis variat.

## 9. CARYOPHYLLEAE. *Juss.*

### 37. DIANTHUS.

*Lin. Gen. pl. ed. Schreb. n. 770.*

1. D. PROLIFER. *Lin. sp. pl. 587—Ten. fl. nap. 1. p. 222 — Bertol. fl. ital. 4. p. 549.*

Ic. Koklreuschia prolifera. *Reich. cent. 16. f. 5009*—Armeria prolifera. *Lobel. ic. 449.*

In apricis collibus rarus.

Majo, Junio. ⊙

2. D. VELUTINUS. *Guss. pl. rar. p. 166 — Bertol. fl. ital. 4. p. 551*—D. prolifer, *b. minor. Ten. syll. p. 207.*

Ic. *Guss. l. c. t. 32*—Koklreuschia velutina. *Reich cent. 16. f. 5010.*

In collibus, ad vias, et in arvis arenosis ubique.

Martio, Majo. ☉

Sat raro variat caule ramoso, semper tamen basi puberulo-velutino, quod minime in praecedente.

Cl. *Webb.* in *Phyt. can. vol. 3. pars. 2. sect. 1. p. 155*, denuo speciem hanc cum antecedenti associat, sed habitus, florendi tempus, et semina diversa sunt!

3. D. LONGICAULIS. *Ten. fl. nap. 4. p. 208—Dec. prodr. 1. p. 350 — Reich. fl. germ. 2. p. 811.*

D. glaber caespitosus, caulibus annotinis elongatis corymboso-paniculatis multifloris, foliis anguste lineari-lanceolatis elongatis subrecurvis glaucescentibus laxiusculis, floribus solitariis, squamis calycinis sex brevissimis adpressis subrhombeis in apicem triangularem mucronulatum abrupte terminatis, petalorum laminis roseis imberbibus serratis contiguis.

Ic. *Ten. l. 1. t. 138—Reich. cent. 16. f. 5052*, optima.

*b. albiflorus.*

In rupibus, et in saxosis elatis vel demisssis ubique; var. *b. Punta di S. Angelo.*

Majo, Octobri. ♄

Vulgo *Garofalo salvaggio.*

*Caules* basi suffruticosi, dense caespitosi, brevissimi; annotini vero 1-3-pedales, erectiusculi, vel decumbentes, ad nodos valde incrassati: *folia* radicalia numerosa, nunquam erecta, et ita brevia ac canaliculata nec margine serrata, ut in *D. Caryophyllo*, sed vix basi tenue serulata, saepius subrecurva, 3-4-pollices longa: *squamae* calycinae 3-4-lin. longae, ad apicem triangularem nervosae; nervis in mucrouem virentem decurrentibus, interiores latiores, et apice magis dilatatae: *calycis* tubus a basi ad apicem! exquisite nervosus (quod non in *D. Caryophyllo*); dentibus erectis, triangularibus, albidis, ac non scariosis: *petalorum* laminae irregulariter serratae — Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 552* a *D. Caryophyllo* non separat; sed characteres superius notati cultura non mutantur.

4. D. ARMERIA. *Lin. sp. pl. 586 — Ten. fl. nap. 1. p. 228—Bertol. fl. ital. 4. p. 547.*

Ic. *Reich. cent. 16. f. 5011*—Armeria sylvestris, altera. *Lobel. ic. 448.*

In sylvis herbosis; *selve di Chiummano, del Vataliere, e dello Schiapparo*; magis rarus in illis *del Pozzuolo*, e *del piano di Pedauro.*

Junio, Julio. ♃, et ♂

*Petalorum* laminae fere obovata-ellipticae, planae, obtusiusculae, a medio ad apicem dentatae, basi tantum contiguae, roseae, et annulo undulato purpureo prope basim ac punctis albidis notatae, trilineatae.

### 38. SAPONARIA.

*Endl. gen. n. 5246.*

1. S. officinalis. *Lin. sp. pl. 584—Ten. fl. nap. 1. p. 224—Bertol. fl. ital. 4. p. 533.*
Ic. *Reich. cent. 16. f. 4995*—Saponaria. *Dod. pempt. 179.*
In sylvaticis humentibus, et ad sepes; *Cavone del Crovone e delle Nocelle, Campagnano, Chianole del Testaccio, Valle di Canniani, presso la sorgente di Buceto, Fontana, da Serrano a Panza, alle Falanghe, ec.*
Junio ad Octobrem. ♃

### 39. SILENE.

*Endl. gen. n. 5248.*

§ 1. *Eusilene. Godr.*

*Cal.* sub anthesi non inflatus, aequaliter 10-nervius. *Pet.* aestivatione contorta.
*a. Flor.* in racemo secundo aut distiche, simplici, spiciformi, solitario aut geminato dispositi.

1. *Calyx basi non umbilicatus.*

1. S. Giraldii. *Guss.* — S. cerastoides, *b.* tota glabra. *Bertol. fl. ital. 4. p. 574,* ex loco!
S. glaberrima laete virens, caule erecto, floribus (diurnis) secundis distichisque in racemo solitario vel basi geminato, ad ipsius apicem confertis, calycibus fructiferis ovatis apice subcontractis, inferioribus erecto-patulis (non deflexis), dentibus lanceolatis erectis! capsulam sessilem aequantibus, filamentis glabris!, seminibus reniformibus tenue transverse striato-tuberculatis utraque facie curvato-canaliculatis dorso planis.
Ic. *nostra tab. 1. f. 2. c. d.*
In vineis, et ad maceries herbosas; *Bagno sotto S. Alessandro nelle vigne,* et copiose in eodem loco *sul ciglione de' muri a secco della Schiappa; vigne di Casamicciola superiore,* et sat raro *nella selva detta di Cardata presso al Vataliere, presso la strada nel discendere nelle selve di detto Cratere, e nelle vigne vicine*; provenit quoque prope Neapolim *alla Torre del Greco nelle vigne fra i Camaldoli ed il mare; isola di Capri (Giraldi* ex *Bertol.* l. c.)
Aprili, Majo. ⊙

Digitized by Google

*Caules* 6-14-pollicares, ad nodos rubentes, saepius basi, quam superne ramosi; ramis ascendentibus: *folia* inferiora obovato-spathulata, obtusissima, in petiolum attenuata; caulina sessilia, basi subconnata, oblongo-spathulata; suprema lanceolata, acutiuscula: *pedunculi* in anthesi vix lin. longi, erecti, inferiores vero in fructu 3-10-lineares, aliquando patentes, nunquam deflexi, superiores semper erecti: *calyces* glaberrimi, inter nervos fere albido-scariosi, sub anthesi cylindracei, in fructu ovati, raro ovales, 10-nervosi; nervis quinque usque ad apicem dentium rubentium protractis; aliis quinque minoribus ad sinus dentibus interpositos pervenientibus: *petalorum* lamina intense vel pallide rosea, subtus intensius colorata, 1-2 lin. lata, obovata, obliqua, concaviuscula, varie crenulata aut integra, sat raro emarginata; *coronae* laminis bipartitis, laciniis acutis: *antherae* exertae, olivaceae: *stigmata* candida, puberula: *capsula* sessilis, raro ovalis, saepius ovata ac glabra: *semina* parva, rufescentia.

Habitus omnino sequentis; a qua filamentis glabris, ac summa glabritie omnium partium tam ab illa, quam ab affinibus recedit.

2. S. Candollii. *Jord.* ex ejusdem plantis exsiccatis — S. lusitanica. *Dec. herb.* non *Lin.* ex *Jord.* — S. gallica. *Ten. fl. nap. 1. p. 208*, et *Sebast. et Maur. fl. Rom. pr. p. 151*, non *Lin.* — S. gallica. *Guss. syn. 1. p. 481*, non *Lin.*

S. hirsutiuscula, caule erecto vel ascendente, floribus (diurnis) in racemo solitario vel saepe basi geminato dispositis ad ipsius apicem confertis, calycibus fructiferis ovoideis sub apice contractis, inferioribus erecto-patulis (non deflexis), dentibus calycinis herbaceis lanceolatis apice patulis capsulam sessilem subexcedentibus, coronae laminis obtuse bipartitis, filamentis basi villosis!, seminibus reniformibus transverse striato-tuberculatis, utraque facie curvato-canaliculatis, dorso planiusculis.

Ic. S. gallica. *Reich. cent. 16. f. 1054*, hanc exacte refert, sed semina in icone in dorso canaliculata — Lychnis sylvestris, hirsuta, annua, flore minore carneo. *Vaill. bot. paris. t. 16. f. 12*, ad S. gallicam citata potius ad hanc spectat.

In vineis, inter segetes, in apricis, et etiam ad vias ubique.

Martio, Majo. ⊙

*Caules* et *folia* ut in praecedente, ac in affinibus hujus sectionis, et setis albidis patulis sparsis hirsuti, pube brevi inter setas intermixta: *pedunculi* fructiferi superiores semper erecti, inferiores ut in praecedente erecto-patentes, non deflexi: *calyces* ad nervos pilis longis albis eglandulosis hirsuti, sat raro versus apicem aliis brevibus glandulosis intermixtis; nervis dentibusque virentibus, aut saepius rubentibus: *dentes* calycini anguste lanceolati, non lineari-setacei, ut in S. *gallica* ex *Godr.* et *Willem.* *Sil. del Alg. p. 12*: *petalorum* laminae 2-3 lin. latae ac longae, roseae, vel pallidae, obliquae, obovatae, integrae aut irregulariter

crenulatae, saepe emarginatae: *filamenta* usque ad medium hirsuta: *stigmata* intus barbata: *semina* nigricantia.

*S. gallica* differt ab hac habitu; caule ramosiore, fere dichotome-divaricato: racemis brevibus; calycibus fructiferis longius pedunculatis, brevioribus, et magis ad figuram ovatam accedentibus; in ista oblongioribus— Icon, Viscago hirsuta, lusitanica, stellato flore. *Dill. elth. t. 34 f. 401.* ad S. lusitanicam citata, hanc non male refert; uti alia icon, Viscago hirta gallica, flore parvo carneo, petalis integris. *Dill. elth. t. 310. f. 999*, ad *S. gallicam* jam citata, cum S. gallicae specimine a *Jor.* misso bene quadrat—Denique Cl. *Webb. in Phyt. canar. v. 3. pars.* 2. *sect. 1. p. 138 S. gallicam*, *S. anglicam*, S. *lusitanicam*, et S. *quinquevulneram* in unicam speciem associat, quod certe nimis.

3. S. LITORALIS. *Jord.* ex pl. exsicc. — S. glandulosa. *Bertol. fl. ital. 4. p. 626?*—S. micropetala. *Ten. fl. nap. 5. p. 344* ex loco!, non *Dec.*

S. villoso-hispida, caule divaricate-ramoso, floribus (albis diurnis) in racemo solitario laxe irregulariterque dispositis, calycibus fructiferis ovatis sub apice contractis, inferioribus patentibus, dentibus calycinis herbaceis demum recurvis capsulam subsessilem aequantibus, coronae laminis acute bipartitis!, filamentis basi villosis, seminibus sub-reniformibus transverse striato-tuberculatis utraque facie curvato-canaliculatis dorso planiusculis.

Ic. *nulla.*

*b.* floribus roseis.

*c.* floribus atrosanguineis.

*d. nana;* caule 1-3-pollicari, floribus minutissimis.

In vineis passim, sed praecedente rarior: var. *a Castiglione nelle vigne presso* al *Bagnitiello*; var. *b. Bagno, Lacco, Testaccio, al Vataliere, Castiglione nel sito indicato*, ubi quoque var. *c.* rara: var. *d. Bagno, Chiajano* ad viarum margines, et ad herbosa murorum supercilia.

Junio, Julio. ⨀

*Caules* saepe humiles, basi erecti, at statim divaricato-ramosi, sat raro erecti ac simplices: *folia* infima spathulata, obtusa; reliqua lanceolato-oblonga, acutiuscula: *pedunculi* brevissimi, inferiores ad summum 5-lineares, et isti in fructu patentes: *calyces* sub anthesi cylindracei, oblongi, demum ovati, ad nervos virentes setis longis albidis hirsuti, pilis glandulosis, aliis brevissimis intermixtis!, inter nervos albidi ac glabriusculi: *petala* vix explicata; siquidem eorum lamina surrecta, anguste linearis, obtusa, obliqua!, concaviuscula, integra aut vix emarginata, vel varie crenulata, vix lin. longa!, coronae laminis brevissimis: *stamina* exerta; *antheris* fuscis: *semina* cinereo-nigricantia—*Hirsuties* totius plantae ex pilis longis patentibus saepe glandulosis, aliis brevioribus intermixtis.

Descriptio S. *glandulosae Bertol. l. c.* fere in omnibus cum nostra convenit, uti quoque icon *S. anglicae Reich. cent. 16. f. 5056* (quam ad suam speciem citat Cl. *Bertol.*), quoad habitum et calycis formam; tamen in icone hirsuties minor, calyces omnes erecti, et semina dorso late canaliculata: praeterea in plantis gallicis hirsuties major, et confertior quam in nostra est.

4. S. ANGLICA. *Lin. sp. pl. 591*—S. cerastoides. *Ten. fl. nap. 1. p. 235?*

S. patenter piloso-hirsuta, caule erecto ramoso, floribus (diurnis) in racemo solitario saepe geminato inferne laxissimo secundis distichisque, calycibus fructiferis ovatis (brevibus) apice apertis ad nervos hirsutissimis, superioribus semipatentibus, infimis in pedunculo elongato deflexis, dentibus calycinis herbaceis lanceolatis demum recurvis capsulam sessilem parum excedentibus, petalorum lamina anguste cuneata emarginata integraque, filamentis basi villosis, seminibus subreniformibus tenuissime striato-tuberculatis utraque facie curvato-canaliculatis dorso planis.

Ic. *Reich. cent. 16. f. 5056?*, sed pedunculi fructiferi vix patentes, qui tamen reflexi ex ipsius descriptione in *fl. germ. 2. p. 813*, et semina dorso canaliculata—Viscago Cerastii foliis, vasculis pendulis *Dill. elth. t. 309. f. 398!*, nam fructus deflexi.

In vineis, in cultis, et in collibus aridis passim.

Aprili, Majo. ⊙

*Caules* in hac a basi saepius ramosi: *pedunculi* fructiferi superiores semipatentes, non axi adpressi, ut in affinibus; inferiores vero semper deflexi: *calyces* inter nervos albidi, ac praeter setas pilis brevioribus glandulosis intermixtis tecti: *flores* saepius carnei: *petalorum* lamina concolor, aut purpureo-maculata, saepius obliqua; *coronae* laminis acute bidentatis: *semina* nigricantia.

Nostra cum speciminibus anglicis bene convenit, et discrepat solummodo caule ramosiore, calycibus hirsutioribus. Confer *Bertol. in fl. ital. 4. p. 574.*

5. S. NEGLECTA. *Ten. fl. nap. 4. p. 216—Willem. et Godr. Sil. de l'Alger. p. 19* — S. nocturna, *b. Bertol. fl. ital. 4. p. 576.*

S. semipatenter piloso-hirsuta, caule erecto diffusoque, floribus (albis diurnis) secundis in racemo solitario vel saepius geminato dispositis ad ipsius apicem approximatis, calycibus fructiferis oblongis apice apertis superioribus axi adpressis, infimis in pedunculo demum elongato erecto patulis, dentibus calycinis triangularibus erectis omnino herbaceis acutis capsulam subsessilem aequantibus, petalis late emarginato-bilobis, filamentis inferne villosis, seminibus subreniformibus tenue striato-tuberculatis utraque facie curvato-canaliculatis dorso canaliculatis.

*b. rubriflora*; floribus rubris.

Ic. *Ten. l. c. t. 230. f. 1.*

*bb. viscosa;* caule pedunculis calycibusque viscosis.

In collibus apricis, et in campis aridis; var. *a.marina di S. Angelo:* var. *b.* passim in Insula: var. *bb. marina de Maronti*, quae tamen uti var. *a* satis rara.

Januario, Junio. ⊙

*Caules* saepe rubentes, erecti, vel in aridis aliquando diffusi, ramis floriferis tunc surrectis, inferioribus ascendentibus: *folia* ut in praecedentibus, sed in arenosis crassiuscula: *peduncul* superiores breves, axi approximati; inferiores in fructu elongati, fere pollicares: *flores* per totam diem explicati: *petalorum* lamina obovato-cuneata, nunquam obliqua, basi constricta, ideoque laminae ad basim inter se distantes, non incumbentes: *coronae* laminis connatis, bipartitis; laciniis obtusiusculis: *capsula* glabra: *semina* fusco-cinerea.

6. S. NOCTURNA. *Lin. sp. pl. 595* — *Ten. fl. nap. 1. p. 234*, var. *a* — *Bertol. fl. ital. 5. p. 575*, excl. syn. S. neglectae *Ten.* — *Will. et Godr. Sil. de l' Alger. p. 19.*

S. caule erecto diffusoque calycibusque pube brevissima adpressa tenue canescentibus, floribus (nocturnis!) secundis in racemo solitario vel geminato inferne laxissimo dispositis, calycibus fructiferis cylindraceo-oblongis apice apertis, superioribus axi adpressis, infimis in pedunculo elongato erecto-patulis, dentibus calycinis erectis triangularibus acutis margine scariosis capsulam subsessilem parum excedentibus !, petalis bipartitis coronatis, filamentis glabris!, seminibus subreniformibus tenuissime striato-tuberculatis utraque facie curvato-canaliculatis dorso leviter canaliculatis!

Ic. *Ten. l. c. t. f. 230. 3*—*Reich. cent. 16. f. 5099*, optima—*Jord. obs. 5. p. 32. t. 1. f. B* — Viscago hirta, noctiflora, floribus obsolete spicatis. *Dill. elth. t. 310. f. 400*, mediocris.

Ad vias, ad muros, in ruderatis, vel in lapidosis passim.

Martio, Majo. ⊙

*Habitus* praecedentis, sed pubescentia omnino aliena, siquidem in ista facta ex pube brevissima adpressa, non vero ut in illa ex pilis vel setis longis fere patulis: *calyces* inter nervos virentes, non albido-scariosi, versus apicem aliquando reticulati, ad nervos non patenter sed adpresse hirsuti, nec in fructu reflexi: *flores* a vespere ad summum mane tantum explicati, inde clausi : *petalorum* lamina supra candida, vel pallidissime rosea, subtus intensius colorata!, basi constricta, ideoque laminae ad basim distantes, obovato-cuneatae; lobis angustis: *coronae* laminae bipartitae, laciniis acutis: *capsula* glabra: *semina* rufescentia (non plumbea uti dixi in *syn. 1. p. 482.*)

2. *Calycibus basi umbilicatis.*

7. S. PENDULA. *Lin. sp. pl. 599—Ten. fl. nap. 1. p. 236 — Bertol. fl. ital. 4. p. 582.*

S. molliter pubescens decumbens vel erecta, floribus secundis in racemo solitario aut saepe geminato laxe dispositis, calycibus fructiferis pendulis ovoideo-inflatis et obverse pyramidatis apice apertis, dentibus triangularibus brevissimis erectis capsulam subglobosam abrupte apice conico-attenuatam aequantibus, petalorum lamina obcordata profunde biloba, filamentis glabris!, seminibus globoso-reniformibus non compressis undique sulcatis acute tuberculatis.

Ic. *Reich. cent. 16. f. 5070*, et Viscago hirta, sicula, Lychnidis aquaticae facie, supina. *Dill. elth. t. 312. f. 402*, optimae.

In cultis ad agrorum margines in herbosis; *Pieo, ed alla Stursa*, sed satis rara.

Aprili, Majo. ☉

*Caules* in sterilibus decumbentes, aut ascendentes, in herbosis erecti: *folia* inferiora oblongo-spathulata, obtusa, superiora lanceolata: *flores* in anthesi erecto-patuli, calyce tunc tubuloso-campanulato, ad nervos prominentes rubentes glanduloso-hirsuto, inter illos albo-scarioso ac glabrato; dentibus obtusis, virentibus: *corollae* amoene roseae, inter omnes alias hujus sectionis duplo fere majores (diametro 5-6-lineari), laminis invicem basi incumbentibus; *coronae* laminis obtuse bifidis: *capsula* glaberrima, brevis: *semina* cinereo-rufescentia, fere globosa, ideoque utraque facie non excavata, sed convexa!

*b. Flores* in racemo composito subsecundo subirregulari dispositi.

8. S. NICAENSIS. *All. ped. 2. p. 81 — Ten. fl. nap. 4. p. 210 — Bertol. fl. ital. 4. p. 624 —Willem.* et *Godr. Sil. de l' Alger. p. 29* — S. viscosissima. *Ten. fl. nap. pr. p. 24.*

S. hirsuto-viscosa, pilis articulatis glandulosis, caule erecto basi ramoso, foliis crassiusculis spathulato-oblongis obtusis, superioribus lanceolato-linearis, floribus in racemo subspicatis sparsisque, calycibus fructiferis clavatis umbilicatis erectis capsulam ovatam pedicellatam subaequantibus, petalorum laminis bipartitis coronatis longe unguiculatis, seminibus tenue striatis utraque facie plano-compressis dorso canaliculatis.

Ic. *All. l. c. t. 44. f. 2 — Reich. cent. 16. f. 5065* — Lychnis hirsuta, crasso folio. *Bocc. mus. p. 170. t. 118.*

In arenosis maritimis; *arene dell' Arso, Bagno alla marinella del Lago, Lacco a S. Montano, Forio alla marina di Montevergine e di Citara.*



Digitized by Google

Maio, Julio. ⊙

*Caules* solitarii vel a basi ramosi, et uti reliquae partes ob viscositatem arenulis conspurcati: *folia* intense virentia, superiora aliquando apice recurva: *bracteae* anguste lineares, pedunculis breviores: *pedunculi* videntur plures ex eadem bracteae axilla irregulariter elongati, sed revera pedunculus solitarius in divisione magis elongatur, et qui videntur breviores ac non adhuc explicati, est racemi ramus bracteis oppositis instructus, inde dividendus ut in affinibus, ideoque flores in racemo paniculato alternatim fasciculati videntur: *calyces* non reticulati, ad nervos simplices virentes et hirsutiusculi, inter illos albidi ac glabrati; dentibus triangularibus, obtusiusculis, margine albis: *flores* erecti vel inclinati, ab hora quinta post meridiem usque ad primum mane explicati; *petalorum laminis* supra candidis, subtus plumbeis; earumque lobis obtusis, anguste linearibus, divaricatis; unguibus a calyce exertis; *coronae* laminae bifidae, laciniis obtusiusculis: *capsula* ovata, pedicellum suum subaequans, valvis demum recurvis: *semina* minutissima, rufescentia.

c. *Inflorescentia* corymboso-paniculata, cum pedunculo alari in dichotomia.

9. S. Armeria. *Lin. sp. pl. 601 — Ten. fl. nap. 1. p. 242 — Bertol. fl. ital. 4. p. 590.*

S. glaberrima glauco-virens, caule erecto, articulis superioribus viscosis, foliis ovalibus oblongisque acutiusculis, caulinis sessilibus subconnatis, paniculis terminalibus trichotomis corymboso-fasciculatis, calycibus fructiferis umbilicatis longe clavatis nervosis capsulam pedicellatam ovatam subexcedentibus, petalorum laminis oblongo-cuneatis emarginatis subintegrisve coronatis, seminibus tenue granulatis utraque facie concaviusculis dorso anguste canaliculatis.

Ic. *Reich. cent. 16. f. 5079*—Lychnis sylvestris 1. *Clus. hist. 1. f. 288.*
In arenosis campis et in vineis, tam elatis quam demissis.
Majo, Octobri. ⊙

*Folia* ima obtusa: *bracteae* exiguae, lineares: *pedunculi* graciles, intermedius reliquis duplo longior: *calycis* obscure rosei dentes obtusi, brevissimi, triangulares, ad apicem fusco-membranacei: *corollae* parvae, roseae, uti aliquando ipsi calyces: *petalorum unguibus* inclusis; *coronae* laminae bipartitae, laciniis acutis: *capsula* pedicellum suum subaequans, valvis demum recurvis: *semina* rufescentia, minuta, nec striata nec utraque facie curvato-canaliculata, sed plana, vel concaviuscula.

*d. Inflorescentia* paniculata; ramis omnibus opposite brachiatis, cum unico flore terminali.

10. S. VIRIDIFLORA. *Lin. sp. pl. 537 — Ten. fl. nap. 1. p. 239—Bertol. fl. ital. 4 p. 595.*

S. pubescens superne glanduloso-viscosa, caule stricto basi simplici, foliis obscure virentibus utrinque acutis ovali-lanceolatis, inferioribus subspathulatis, paniculae laxae pauciflorae ramis elongatis, floribus nutantibus, calycibus fructiferis erectis ventricoso-ovalibus nervosis non umbilicatis capsulam subsessilem aequantibus, petalis (viridulis!) coronatis longe unguiculatis, lamina anguste bifida, seminibus dorso canaliculatis utraque facie planis minute tuberculatis.

Ic. *Reich. cent. 16. f. 5104*—Lychnis Ocymastri folio, flore viridi. *Herm. parad. bat. p. 199.*

In sylvis umbrosis tam in elatis, quam in demissis passim.

Junio, Julio. ♃

*Caules* 1-3-pedales: *panicula* brachiato-divergens, ramis irregularibus: *calyces* maturi ad nervos virentes hirsuti, inter ipsos glabrati ac albo-scariosi, acute 5-dentati; dentibus margine membranaceis: *flores* in hac tantum inter nostras viriduli!; laminarum lobis angustis; unguibus calycem superantibus; coronae laminis bipartitis, laciniis oblongis: *semina* fusco-cinerea.

11. S. ITALICA. *Pers. syn. 1. p. 108 — Ten. fl. nap. 1. p. 240 — Bertol. fl. ital. 4. p. 599*, excl. nonn. synon. — Cucubalus italicus. *Lin. sp. pl. 593.*

S. canescenti-pubescens, caulibus annotinis erectis ascendentibusque superne pedunculisque hinc inde glutinoso-viscosis, foliis radicalibus petiolatis ovali-spathulatis lanceolatisve, superioribus sessilibus anguste-lanceolatis, paniculae erectae brachiatae subcorymbosae ramis trichotomis, calycibus fructiferis longe clavatis umbilicatis nervosis non reticulatis capsulam ovatam longe pedicellatam aequantibus, petalorum lamina bipartita basi subauriculata, unguibus ad medium ciliatis, corona obliterata, seminibus dorso planis utraque facie concavis.

Ic. *Reich. cent. 16. f. 5110.*

Ad maceries, ad rupes, et in saxosis ubique ab elatis ad demissa.

Majo, Junio. ♃ et basi ♄

Molliter pubescens: *caules* basi cespitosi, et fere decumbentes; annotini vero erecti aut ascendentes, 1-1-1/2-pedales, superne inter paniculae ramos glutinoso-viscosi: *calyces* ad nervos virentes hirsutiusculi, inter illos glabrati et albidi; dentibus erectis, triangularibus, acutiusculis, margine albo-membranaceis: *flores* albi, vix odori, diametro fere polli-

cari : *petalorum lamina* bipartita, supra candida, subtus venis rubentibus aut viridulis notata; *ungues* calycem per lin. 2 excedentes, vix auriculatae, ab apice ad medium margine pellucidae, ibique retrorsum ciliatae, ut a Cl. *Willem.* et *Godr. Sil. de l'Alg. p. 47, et 48* optime notatur : *capsula* parum exerta, pedicello clavato ipsa aequilongo vel breviore suffulta.

S. mellifera, *Boiss.* et *Reut.* ab hac nostra penitus diversa est, panicula laxa pauciflora, calyce fructifero duplo fere breviori ac fisso, et vix nervoso. Confer *Willem. et Godr. l. c.*

§ 2. *Conomorpha. Otto.*

*Calyx* inflato-ventricosus, conicus, 30-nervius. *Petala* aestivatione contorta.

**12.** S. conica. *Lin. sp. pl. 598 — Ten. fl. nap. 1. p. 240 — Bertol. fl. ital. 4. p. 607.*

S. molliter velutino-pubescens, caule erecto simplici aut ramoso, foliis lineari-lanceolatis sessilibus in panicula dichotoma subcorymbosa dispositis, calyce fructifero erecto conico 30-nervio umbilicato non reticulato capsulam conicam sessilem non acuminatam aequante, petalorum limbo parvo obovato emarginato-bilobo coronato, seminibus utrinque planis dorso vix canaliculatis transverse striato-tuberculatis.

Ic. S. conoidea. *Reich. cent. 16. f. 5061,* non *Lin.*, sed certe nominis error in tabula — Lychnis sylvestris 11 Clusii. *Barr. ic. 1027. f. 2* — L. sylvestris, angustifolia, calyculis turgidis. *Zannic. hist. p. 175. t. 118.*

In apricis herbosis ; *Ischia all'Arso.*

Aprili, Majo. ⊙

*Calyces* exacte ovato-conici, non globosi et longe acuminato-conici, ut in affini *S. conoidea*, ad nervos virentes glanduloso-pubescentes, inter istos albo-scariosi: *flores* rosei, parvi, semper erecti ; *petalorum unguibus* coalitis ; *coronae* laminis bipartitis, laciniis rotundatis : *semina* cinerea.

§ 3. *Behen. Moench.*

*Calyx* sub anthesi vesiculoso-inflatus, 20-nervius. *Petala* aestivatione imbricata.

**13.** S. Tenoreana. *Colla herb. ped. p. 328 — Willem. et Godr. Sil. de l'Alger. p. 7* — Cucubalus angustifolius. *Ten. fl. nap. 1. p. 233* — S. inflata *b. angustifolia. Bertol. fl. ital. 4. p. 630 — Moris fl. sard. 1. p. 246!* — S. angustifolia. *Guss. pr. 1. p. 500, non Marsch.*

S. glaucescens glaberrima, caulibus erectis basi ramosis, foliis sessilibus oblongis vel lanceolato-linearibus, floribus cernuis in racemo dichotomo dispositis, ramis inaequalibus, bracteis scariosis, calyce vesiculoso nervoso-reticulato umbilicato capsulam ovatam apice contractam acuminatam breviter stipitatam superante, petalorum laminis bipartitis fauce bigibbosis, stylis apice non incrassatis, seminibus globoso-reniformibus acute tuberculatis undique concentrico-striatis vix depressis dorso non canaliculatis.

Ic. *Ten. l. c. t. 37.*

In saxosis, ad rupes, in sylvaticis, nec non in campis apricis passim. Aprili, Octobri. ♃, et saepe basi ♄

*Folia* plana, margine ciliato-serrulata: *calyces* in fructu sub apice parum constricti, non clausi, sed praesertim sub anthesi aperti, ex albido-virentes, et venis viridibus intensioribus reticulati; dentibus triangularibus, acutis, semper erectis: *flores* candidi, raro rosei apud nos: *petalorum* laminae bipartitae, basi auriculatae; lobis obtusis, saepe angustis ac crenulatis: *capsula* levis, glaberrima, tecaphoro sub ipsa statim constricto ac strangulato suffulta: *semina* cinereo-rufescentia, utrisque faciebus concavinscula.

Species ista, uti recte notat *Cl. Colla, Villem.* et *God.* l. c. non foliorum latitudine a *S. inflata Dec.* recedit, nam character iste satis variabilis est, sed stylis apice aequalibus, non vero incrassatis, et capsula ovoidea non globosa. Cum S. angustifolia *Marsch.* alia species sit, ideo hujus nostrae nomen erat mutandum.

---

De nonnullis speciebus hujus generis Italiae indigenis sequentia adnotanda puto.

I. S. CERASTOIDES. *Lin. sp. pl. 596.*

*Cl. Bertol. in fl. ital. 4. p. 574* optime describit *S. cerastoidem*, quae prope *Regio* in Calabria collegi, et quam illi communicavi, quae cum planta herb. *Lin.* exacte quadrat; sed ad ipsius descriptionem, ex inspectione plurium speciminum, haec alia adjungere oportet.

*Planta* piloso-viscida, pilis glandulosis, et quoad habitum S. gallicae (*Jord.*) similis: *caules* 5-14-pollicares: *folia* aliquando obovato-spathulata: *pedunculi* inferiores in plantis magis explicatis in fructu horizontaliter patentes (sat raro divaricati), capsulam perfectam fere acquantes, aut parum superantes: *flores* in apice racemorum saepe distichi: *calyces* sub apice constricti, tamen uti in icone *Reich. cent. 16. f. 5057* non reticulati (reticulati ex *Willem. et Godr. l. c.*): ejus dentes lanceolati, acuti, demum re-

curvi, capsulam globoso-ovatam intra calycem subsessilem semper excedentes: *filamenta* in nostra a basi ad medium ciliato-hirsuta (etiam in *S. Sardoa* culta, quae ad *S. cerastoidem* citatur), non glabra uti ex *Willem. et Godr. Sil. de l'Alg. p. 14*: *semina* reniformia, nigrescenti-plumbea, utraque facie vix curvato-canaliculata, dorso non sulcata (sulcata ex icone *Reich.*, et ex *Willem.* et *Godr.* l.c.), minute aculeque tuberculata. Icon *Reich.* l.c. quoad habitum et folia convenit, sed calyces omnes sessiles, eorum dentes erecti, et semina dorso excavata; at *Willem.* et *Godr. l. c. p. 15.* iconem istam nulla adjecta observatione ad *S. cerastoidem* citant. In icone *Dill. elth. t. 309 f. 307 caules* erecti, pauciramosi: *flores* fere sessiles: *calyces* fructiferi semper erecti, nec deflexi nec patentes, ideoque quoad habitum icone *Reich.* similes, sed hirsuties insignis, quae in icone *Reich.* fere nulla.

II. S. VESPERTINA. *Retz.*

Cl. *Willem.* et *Godr. l. c. p. 76 S. bipartitam* Desf. a *S. vespertina* optime distinguunt, quae a me et ab aliis relata sub *S. sericea*. All. (*Bertol. fl. ital. 4. p. 580, Moris fl. sard. 1. p. 253,* vel sub *S. vespertina Webb. iter. hisp. p. 63, Koch syn. ed. 2. p. 109*): sed ipsi auctores sub *S. bipartita* uti var. *d. S. canescentem Ten.* adducunt, tamen ista nec cum *S. bipartita* nec cum *S. vespertina* est confundenda. Ideo inspectione speciminum aut plantarum viventium, nec non observationibus nonnullorum innixus, species istas affines, earumque synonyma sic disponenda mihi videntur.

S. VESPERTINA. *Retz. observ. bot. 3. p. 31— Willd. sp. pl. 2. p. 699 — Poir. dict. enc. 7. p. 172 — Griseb. spicil. fl. Rum. et Bythin. 1. p. 177,* uti videtur ex descriptione.

In hac, ex specimine hispanico a Cl. *Boiss.* accepto, *caules* et *folia* non hirta, uti ex *Retz.*, sed pilis brevibus mollibus tecta: *racemi* simplices, pauciflori: *bracteae* lanceolato-acuminatae: *pedunculi* inferiores illas aequantes, 2-3 lin. longi: *calyces* cylindraceo-clavati, apice non ita dilatati uti in sequente, vix umbilicati, undique pilis albis mollibus approximatis patentibus tecti, nervis virentibus, inter istos albidi; dentibus obtusiusculis, apice parum recurvis: *coronae* laminae connatae: *petalorum* ungues longe exertae; *laminae* vero cuneatae, bifidae, parvae: *semina* deficiunt, quae ex *Retz.* minuta.

III. S. PUBESCENS. *Loisel. fl. gall. ed. 1. p. 227, et ed. 2. v. 1. p. 314 — Dec. pr. 1. p. 380 — Reich. cent. 16. f. 5067. b.*

In specimine a *Requ.* misso ex Corsica, et ex icone *Reich.* habitus *S. sericeae*, petala vero *S. canescentis*: *caules* ascendentes, alterne ramosissimi: *pedunculi* breves, 2-5 lineares: *flores* in apice ramorum solitarii: *calyces* fructiferi a medio ad apicem valde dilatato-clavati, undique virentes, et uti reliquae partes pube longiuscula molli patente obducti;

dentibus obtusiusculis, triangularibus, rectis, capsula brevioribus; nervis latis: *petalorum* lamina bipartita; unguibus exertis: *capsula* globoso-ovalis, pedicello suo multo brevior!: *semina* in specimine meo deficiunt; sed ex icone *Reich.* dorso canaliculata, utraque facie curvato-canaliculata, margine undulata non cincta, uti in *S. bipartita*.

IV. S. SERICEA. *All. ped. 2. p. 81. t. 79. f. 3*, mala — *Willd. sp. pl. 2. p. 692 — Dec. pr. 1. p. 580 — Loisel. fl. gall. ed. 1. v. 1. p. 314 — Moris fl. sard. 1. p. 253*, excl. plurim. synon.— *Reich. fl. germ. 2. p. 814, et cent. 16. f. 5065*, sed quoad habitum, et pedunculos mala.

*b. angustifolia. Moris. l. c. t. 17. f. 1.*

*c. crassifolia. Moris. l. c. t. 17. f. 2.*

In specimine corsico a Cl. *Boiss.* misso *folia* fere lanceolata, canescenti-subsericea: *flores* uti in praecedente saepius in apice ramorum solitarii: *pedunculi* 2-4-lineares, non fere pollicares, uti in icone *Reich.*, erecti et non fere divaricati : *calyces* fructiferi a medio ad apicem parum dilatato-clavati, basi non umbilicati, adpresse canescentes (non villosi!), nervis viridulis, inter illos albidi; dentibus brevibus, triangularibus, acutis, capsulam maturam aequantibus: *petalorum* ungues longe exerti (per lin. 2-3); lamina bifida, parva: *capsula* ovalis, pedicellum suum subaequans! : *semina* non vidi, ista vero ex *Willem.* et *Godr.*, et ex icone *Reich.* utrinque curvato-canaliculata, dorso late sulcata; ala non undulata.

V. S. CANESCENS. *Ten. fl. nap. 1. 236. t. 39 — Dec. pr. 1. p. 373 — Reich. fl. germ. 2. p. 814, excl.* syn. *Biv.*, *et cent. 16. f. 5067*, quae quoad petala mala.

In hac specie tota planta pube tenui canescens: *caules* ramosissimi, decumbentes, floriferi ascendentes : *pedunculi* 2-4 lin. longi: *flores* in racemo simplici sat raro geminato, cum pedunculo in dichotomia plus minus elongato dispositi: *calyces* umbilicati; fructiferi clavati, a medio ad apicem fere dilatato-campanulati, uti in *S. pubescente*, et in sequente, ad nervos latos virentes aut purpurascentes, inter illos albidi; dentibus triangularibus, obtusis, capsula brevioribus: *petalorum* laminae basi non constrictae !, ideoque nullo sinu inter illas remanente !, et minus profunde partitae quam in sequente ; eorum lobis planis, a se invicem non divaricatis, uti in illa, cui semina quoque similia, tamen in margine ala plana non undulata cincta!

VI. S. BIPARTITA. *Desf. atl. 1. p. 352. t. 100— Willem. et Godr. l. c. p. 26*, exclusa var. *d.*—S. vespertina. *Dec. pr. 1. p. 374*, non *Retz.*— *Reich. fl. germ. 2. p. 814, et cent. 16. f. 5068*, non *Retz.*, sed ala seminum male depicta, quia plana non vero undulata, uti in natura—S. colorata. *Poir. dict. enc. 7. p. 761*, non *Schous.*, nec *Dec.* — S. sericea, *a. Guss. syn. 1. p. 483*, et *Sebast. et Maur. fl. rom. pr. p. 151*, non *All.*

Digitized by Google

*b. decumbens*; caule decumbente, foliis virentibus obovatis. — S. sericea, *d. Guss.* l. c. — S. decumbens. *Biv. cent. 1. p. 75. t. 6.* — S. bipartita, *d.* decumbens. *Willem. et Godr. l. c. p. 27*, excl. syn. *Moris.*

*c. crassifolia*; caule decumbente, foliis suborbiculatis spathulatisque crassiusculis hirsutis, calycibus tenue canescenti-puberulis.—S.sericea, *c. Guss. l. c.* excl. syn. *Moris*, cujus icon vero quoad habitum et folia hanc varietatem exacte refert, sed non quoad petala, quae emarginato-biloba, et non bipartita.

*cc.* omnia ut in *c.*, sed folia hirsutiora, flores solitarii in apice ramorum, et calyces patenter villoso-pilosi; quae forma quoad calyces *var. b. lasiocalycem Willem. et Gord. l. c.* referre videtur.

*d. angustifolia*; caule erectiusculo, foliis lineari-spathulatis calycibusque canescentibus —S. sericea, *d. Guss.* l. c.; quae forma ad *S. sericeam* maxime accedit.

*e. glabrata*; caulibus gracilibus, foliisque glabratis, petalis in folia conversis.— S. sericea, *e. Guss. l. c.*— S. Mandralisci. *Parlat.* et *Bertol. l. c.*

Omnes enumeratae varietates, quae in Sicilia proveniunt, excepta var. *a*, quae in Apulia prope *Barletta* invenit *Bruni*, differunt a *S. vespertina Retz.*pubescentia adpressa ac tenui (excl. var. *c.* et *cc.*); florum inferiorum *pedunculis* 3-5-plo longioribus ( fere pollicaribus ): *florescentia* diurna; *petalis* bipartitis, non bifidis; *seminibus* majusculis, non minutis—A *S. canescente* vero, cum qua calycis et capsulae forma convenit, *petalorum* laminis basi valde constrictis, ideoque sinu lato inter illas remanente!; earum lobis angustis, concavis, interque se remotis !, qui characteres in iconibus citatis optime exhibentur. —*Semina* fere orbiculata, utraque facie plano-depressa, dorso canaliculato, marginibus a-la lata crispato-undulata instructis quae plana in *S. canescenti!*

VII. Denique *Cl. Willem. et Godr. l. c. p. 37. S. rubellam Lin.* a mea *S. turbinata* non separant, uti jam fecit Cl. *Moris* in *fl. sard. 1. p.246*; tamen uti monet Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 588, et 589* inter se egregie differunt. Innumera specimina *S. rubellae*, quae in Apulia in vineis prope *Barletta* collegit *Bruni*, cum illis aegyptiacis a Cl. *Kralichio* missis, et cum icone *Delil. descr. de l'Egypt. t. 29. f. 3.* ex asse quadrant, nec unquam in *S. turbinatam* transeunt; atque haec ab illa prima facie dignoscitur; *caule* erecto, stricto !, basi simplicissimo, superne tantum in paniculae ramos diviso!: *foliis* caulinis inferioribus superioribusque lanceolatis, acutis!: *floribus* laxe paniculatis, pedunculis in dichotomia usque bipollicaribus; *calycibus* exquisite viridi-nervosis, in fructu apice dilatatis, ut fere turbinato-campanulati dici possunt; *capsula* globosa-ovata; *tecaphoro* magis incrassato, vix lin. longo—In *S.rubella*

vero; *caules* ab ipsa basi ramosi, ramis infimis ascendentibus; *folia* caulina inferiora et media oblongo-spatbulata, obtusissima, et ipsa folia suprema nunquam acuta ut in illa; *flores* coadunato-fasciculati, *pedunculis* in dichotomia (dum adsunt) vix pollicaribus; *calyces* obsolete viriduli-nervosi, etiam in fructu oblongo-clavati! ob figuram ovoideam capsulae; *tecaphorum* magis tenue, 2 lin. longum; *semina* in utrisque similia, tamen in S. *turbinata* ad figuram globosam magis accedunt.

Icon Viscago hirsuta, flore rubello vix conspicuo. *Dill. elth. t. 314. f. 406* quoad habitum magis *S. turbinatam*, quam *S. rubellam* refert.

### 40. LYCHNIS.

*Tourn. inst. t. 175 — Endl. gen. n. 5250.*

1. L. DIOICA. *Lin. sp. pl. 626*, var. *b. — Ten. fl. nap. 4. p. 241 — Bertol. fl. ital. 4. p. 740* — L. vespertina. *Sibth. fl. oxon. p. 145.*

Ic. *Reich. cent. 16. f. 5125.*

Majo, Octobri. ♃

*Flores* candidi, vespere aperti et odori: *capsula* oblongo-pyramidata, versus medium constricta: *semina* cinerea, reniformia, tuberculata, dorso convexa, nec canaliculata.

### 41. SAGINA.

*Wimmer in Koch syn. ed. 2. p. 117.*

1. S. MARITIMA. *Don. Hort. Britt. p. 155 — Bertol. fl. ital. 3. p. 612* — S. stricta. *Fries nov. fl. Suec. ed. 2. v. 1. p. 58*, var. *b — Jord. obs. fas. 3. p. 48* — S. apetala. *Ten. fl. nap. 3. p. 170*, ex parte, et quoad plantam prope Neapolim provenientem.

S. caule a basi ramoso, ramis patulis ascendentibusque, foliis anguste linearibus obtusiusculis exaristatis glabris non ciliatis, pedunculis defloratis semper erectis, sepalis obtusis semipatentibus, floribus apetalis, seminibus opacis levibus ovatis nigris.

Ic. *Jord. l. c. t. 3. f. A. 1-12 — Reich. cent. 15. f. 4960.*

Ad vias, ad muros, et in herbosis arenosis umbrosis passim.

Martio, Majo. ⊙

*Folia* in hac specie omnino glabra, nec ciliata!, nec apice arista terminata!: *sepala* omnia obtusa: *flores* apetali. — In *S. apetala* folia ciliata sunt, et sepala duo exteriora brevissime mucronata; in utrisquo vero pedunculi deflorati semper erecti, qui apice incurvi in *S. procumbente*. Aliunde *sepala* in fructu horizontaliter patentia, in *S. apetala* et in *S. procumbente*; dum in *S. maritima* semipatentia sunt.

Confer *Jord. obs. l.* c., et in *fasc. 1. p. 26.* et *27* quoad *S. apetalam.*

2. S. PATULA. *Jord. obs. fasc. 1. p. 25.*

S. caule basi ramoso, ramis gracilibus numerosis patulis ascendentibusque, foliis glabris non ciliatis anguste linearibus acutis aristatis, pedunculis capillaribus superne calycibusque tenue piloso-glandulosis, sepalis margine scariosis ovali-oblongis obtusis demum semipatentibus capsulam maturam subaequantibus, petalis minimis obovato-emarginatis.

Ic. *Jord. l. c. t. 3, f. A. 1-7.*

In apricis herbosis; *Ischia all'Arso, presso il muro nella discesa dalla Cercola al Bagno, ed al Castiglione, Casamicciola, Lacco.*

Martio, Majo ⊙

Praecedenti et *S. apetalae* affinis, sed habitu graciliore, foliis apice arista terminatis, pedunculis brevissime piloso-glandulosis, et sepalis ab utrisque diversa.

## 42. SPERGULA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 798.*

1. S. ARVENSIS. *Lin. sp. pl. 630* — *Ten. fl. nap. 4. p. 236* — *Reich. fl. germ. 2. p. 567* — S. sativa. *Bouningh. fl. monst. pr. n. 568*; et *Bertol. fl. ital. 4. p. 774* — S. arvensis, *a. sativa. Koch syn. ed. 2. p. 120.*

S. laete virens glabrescens, foliis filiformibus tenuibus, seminibus tumidis lenticulari-subglobosis elevato-punctatis margine angusto carinato circumdatis.

Ic. *Reich. cent. 6. f. 704* — *Lam. ill. gen. t. 392. f. 1?*

In arenosis campis cultis vel incultis, et in vineis ubique.

Octobri, ad Majum. ⊙

*Pedunculi* fructiferi refracti: *flores* albi: *semina* atra, pilis albis brevibus conspersa—Uti recte monet Cl. *Reich. l. c.* sequentis gracilior, et omnibus partibus glabrior: praeterea folia tenuiora. Confer quoque Cl. *Bertol.* l. c.

2. S. VULGARIS. *Bonningh. l. c. n. 569*—*Reich. l. c.*— S. arvensis, *b. vulgaris. Koch l. c.* — S. arvensis. *Bertol. fl. ital. 4. p. 772.*

S. opaca viscidula piloso-glandulosa, foliis filiformibus crassiusculis, seminibus lenticularibus angustissime marginatis papillis clavatis albidis demum brunneis obsessis.

Ic. *Reich. cent. 6. f. 705.*

In vineis arenosis; *Lacco al Monte Vico.*

Aprili, Majo. ⊙.

*Caules* firmiores, minus divisi: *folia* crassiora saepius incurva: *capsulae* paullo majores.

## 43. LEPIGONUM.

*Wohlberg fl. gothob. p. 45 — Koch syn. ed. 2. p. 120.*

1. L. HETEROSPERMUM. *Guss.* — Arenaria heterosperma. *Guss. syn. 1. p. 501*, excl. syn. *Bauh.* — A. marina, *b. Bertol. fl. ital. 4. p. 685*, ad quam varietatem nostra spectat, non vero ad var. *a.* — A. rubra, *c. Ten. fl. nap. 4. p. 219*, quoad iconem *Column.*, sed vix quoad descriptionem, quae potius ad sequentem spectat — L. salinum. *Fries nov. ed. 2. mant. p. 34 ?*, ex quo L. medium *Wahl. Goth. p. 46 ?*, sed in nostra folia semiteretia sunt.

L. caulibus diffusis ascendentibusque ramosis, foliis anguste linearibus crassiusculis semiteretibus glabris, stipulis scariosis ovato-orbiculatis obtusiusculis, pedunculis defloratis deflexis, sepalis basi utrinque glandula nigra nitida notatis ! glanduloso-pilosis capsula ovata-brevioribus, seminibus obovatis compressis margine tumido cinctis, aliis ( paucis ) margine lato albido circumdatis.

Ic. Alsine maritima, neapolitana, ac terrestris, altera. *Column. Ecphr. 2. t. 71*, ex habitu et pedunculorum descriptione.

In arenosis maritimis; *Bagno alle sponde del Lago* (rara), *marina di Forio nelle arene presso i muri a secco.*

Aprili, Majo. ⊙, ac aliquando ♃, et tunc Januario etiam florere incipit.

Habitus *L. marginati* et *L. macrorhizi*, sed etiam in planta perennanti radices tenues et fibrosae sunt, non vero sublignosae ut in isto, et semina diversa. — Cl. *Webb.* in *Phyt. can. tom. 3. pars. 2. sec. 1. p. 147* sub Arenaria marina *Wahlenb.* tam *A. macrorhizam*, quam hanc nostram, et *A. mediam Lin.*, nec non A. rubram *b. marinam* refert, sed confer quae dixi in *syn. l. c.* — Icon Spergula marina nostras. *Bauh. hist. 3. p. 723*, quam ad hanc speciem citavi, ob radicem crassam potius ad *L. macrorhizum* spectare videtur.

2. L. MEDIUM. *Wahl. fl. gothob. p. 45, et Koch syn. ed. 2. p. 120* — Arenaria rubra, *b. marina. Lin. sp. pl. 608, ex Koch*; sed ex *Fries nov. fl. suec. 3. p. 83* ad hanc spectat potius A. media *Lin. sp. pl. 606* — Alsine marina. *Reich. fl. germ. 2. p. 566* ex ipsius specimine, sed semina in hoc deficiunt — A rubra. *Guss. syn. 1. p. 300*, excl. nonn. synon. — *Bertol. fl. ital. 4. p. 683* ex parte.

L. caulibus diffusis ascendentibusque ramosissimis, foliis lineari-filiformibus semiteretibus (teretiusculis *Koch*) crassiusculis submuticis, stipulis scariosis ovatis acutis aristatisve, pedunculis calycem parum superantibus fructiferis rectangule patentibus effoetis erectis !, sepalis lanceolatis obtusis concavis margine membranaceis basi utrinque glandula pellu-

cida nigra notatis capsulam subaequantibus, seminibus obovatis compressiusculis obsolete rugulosis omnibus apteris margine tumidiusculo cinctis.

Ic. *Engl. bot. t. 958*, ex *Koch.*

In maritimis herbosis humentibus aut siccis, et secus muros aut ruderata, nec non ad vias passim.

Aprili, Junio. ☉

*Planta* laete virens, superne glanduloso-pubescens, et inde arenulis plus minus conspurcata: *folia* semiteretia!, internodiis subaequalia: *stipulae* late ovatae, breves: *sepala* concava, obtusa, margine vix scariosa, glabra vel glanduloso-pubescentia, *petala* ovalia coerulescentia obtusiuscula aequantia: *stamina* saepius 3, sed etiam 5-8: *capsula* glabra, vix calycem excedens: *semina* omnia pyriformia? — Variat floribus pallide vel intense coeruleis, raro albis.

Species hujus generis extricatu difficiles, proinde pauca tantum synonyma retuli. Confer *Koch, Fries, Walr., sch. crit. p.201* ad *206* et *Webb. l. c.*

## 44. ALSINE.

*Wahlenb. fl. lapp. p. 129 — Koch syn. ed. 2. p. 122.*

1. A. procumbens. *Webb. it. hisp. p. 62*, et *phyt. canar. tom. 3. pars. 2. sect. 1. p. 149* — Arenaria procumbens. *Vahl symb. 2. p. 5. — Ten. fl. nap. 4. p. 222. — Bertol. fl. ital. 4. p. 665* — A. herniariaefolia. *Desf. atl. 1. p. 358, et 2. p. 450* — A. geniculata. *Poir. dict. enc. 6. p. 165.*—A. Bartolotti. *Tin. pug. p. 10.*, var. fl. albis — A. rosea. *Presl fl. sic. 1. p. 165* ex *Webb.*

Ic. *Vahl. l. c. 33*— A. maritima, longius radicata, Herniariae foliis. *Bocc. sic. t. 10.*

In maritimis arenosis, et ad vias; *Ischia nelle arene dell' Arso presso al mare sopra al Mollno, Forio nelle arene di Montevergine, e sulla strada che conduce al Lacco presso al Purgatorio, ed in quella che conduce a Mannella.*

Majo, Octobri. ♃.

*Radix* caespitosa, in arenis alte descendens: *caules* et folia (vix 2. lin. lata ac virentia) patenter breviterque piloso-pubescentes, sed aliquando glabrati: *pedunculi* elongati, post anthesim recurvi: *sepala* virentia, ad margines tenue albo-scariosa: *petala* ovata, obtusa, rosea, calycem fere duplo superantia, ungue in disci subepigyni glandulis carnosulis nitide virentibus bilobis inserta: *capsula* calyce brevior, ovata, ad medium usque dehiscens: *semina* subreniformi-globosa, minutissime ruguloso-punctulata.

Digitized by Google

2. A. TENUIFOLIA. *Wahl. helv. p. 87* — Arenaria tenuifolia. *Lin. sp. pl. 607* — *Ten. fl. nap. 4. p. 228* — *Bertol. fl. ital. 4. p. 674.*

Ic. Subulina tenuifolia. *Reich. cent. 16. p. 4916* — A. tenuifolia. *Vaill. bot. paris. t. 3. f. 1.*

Ad muros non satis obvia. *Chiajano*, *Pico*.

Aprili, Majo. ⊙

## 45. MOEHRINGIA.

*Endl. gen. n. 5235* — *Koch syn. ed. 2. p. 126.*

1. M. TRINERVIA. *Koch syn. l. c. p. 127* — Arenaria trinervia. *Lin. sp. pl. 605* — *Ten. fl. nap. 4. p. 221* — *Bertol. fl. ital. 4. p. 658.*

Ic. *Reich. cent. 15. f. 4943* — Alsine Plantaginis folio. *Bauh. hist. 3. p. 364.*

*b. glaberrima*; foliis margine non ciliatis — M. pentandra. *Gay*, et Arenaria trinervia, *b. divaricata. Salzm. in Bertol. l. c.*

Ad muros, et ad rupes in umbrosis ubique; sed var. *a.* magis rara, *Valle del Crovone.*

Aprili, Majo. ⊙

*Caules* uti pedunculi, qui demum deflexi, adpresse pilis reversis albidis puberuli: *folia* uti petioli ad margines ciliata: *sepala* lanceolata, acuta, concava, subenervia, ad carinam ciliata, margine lato albo-scarioso circumdata: *petala* candida, elliptica, integerrima, calyce breviora, saepius nulla: *stamina* ut plurimum 5; antheris globosis, una cum stigmatibus revolutis candida: *capsularum* valvae sex, scariosae, demum apice revolutae: *semina* nitide-nigra, globoso-reniformia, compressiuscula, levissima — Var. *b.* differt *foliis* glaberrimis; *sepalis* tribus exterioribus omnino glabris (non ciliatis), minus acuminatis, non trinerviis, sed exquisite carinatis, *capsulam* fere globosam ac depressam aequantibus.

## 46. ARENARIA.

*Endl. gen. n. 5234* — *Koch syn. ed. 2. p. 127.*

1. A. LEPTOCLADOS. *Guss. syn. 2. p. 824* — A. serpyllifolia, *b. leptoclados. Reich. cent. 15. p. 32* — A. serpyllifolia. *Ten. fl. nap. 4. p. 221*, non *Lin.* — *Bertol. fl. ital. 4 p. 659*, ex parte.

A. tenue pubescenti-virescens, caulibus ramosissimis decumbentibus erectisque (gracilibus), foliis sessilibus ovatis acutis tuberculato-scabris obsolete 3-nerviis, pedunculis tenuibus folio longioribus fructiferis horizontaliter patentibus, sepalis lanceolatis acutis 3-nerviis hirsutis corolla triplo longioribus, capsulis ovalibus! calycem subexcedentibus!

Ic. *Reich. l. c. 4941. b.*

Ad muros, et ad vias in apricis ubique obvia.

Aprili, Junio. ⊙

*Caules* 3-8-pollicares: *folia* margine ciliata, et raro uti caules et pedunculi glabrata: *pedunculi* fructiferi 4-7 lin. longi, filiformes: *sepala* concava, non carinata; tria exteriora concoloria; duo interiora ad margines albo-scariosa: *petala* alba, oblonga, integra: *capsula* nunquam globoso-ovata!, ut in vera A. *serpyllifolia: semina* fusca, globoso-reniformia, concentrice tuberculato-striata, ad dorsum obsolete canaliculata.

Variat floribus pentandris, et pubescentia aliquando viscidula.

## 47. STELLARIA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 773.*

1. S. MEDIA. *Vill. delph. 3. p. 615 — Ten. fl. nap. 4. p. 217 — Bertol. fl. ital. 4. p. 645* — Alsine media. *Lin. sp. pl. 389.*

*a. grandiflora*; petalis calycem aequantibus, vel parum excedentibus, floribus decandris *Ten. l. c.* — S. media, *b. major. Koch syn. ed. 2. p. 130* — S. neglecta. *Veiche*, et S. umbrosa *Opiz* in *Koch l. c.*

Ic. S. neglecta. *Reich. cent. 15. p. 4905!* — Alsine major. *Dod. pempt. 29. f. 1.*

*b. intermedia*; petalis calyce duplo brevioribus usque ad basim bipartitis, laciniis angustis oblongo-ellipticis a se invicem remotis, linea pilorum per caulem decurrente obliterata.

Ic. *Reich. cent. 15. f. 4904* — Alsine minor. *Dod. pempt. 29. f. 2.*

*c. apetala*; caule ut in praecedente, petalis abortivis.

In cultis pinguibus, et humentibus, nec non ad vias ubique omnes enumeratae varietates; at var. *a.* in pinguioribus, et in apricis frequentior.

A Februario ad Junium. ⊙

Vulgo *Morviglina-Flores* albi.

## 48. MOENCHIA.

*Ehrh. Beitr. 2. p. 277 — Koch syn. ed. 2. p. 131.*

1. M. ERECTA. *Smith fl. britt. 1. p. 241 — Bertol. fl. ital. 2. p. 245* — M. quaternella. *Ten. fl. nap. 3. p. 170* — Sagina erecta. *Lin. sp. pl. 185.*

Ic. *Reich. cent. 15. f. 4953* — Alsine verna, glabra. *Vaill. bot. paris. t. 3. f. 2.*

In herbosis humentibus apricis; *verso la metà della strada del Pennino di Campagnano, salendo a dritta*, sed satis rara.

Aprili, Majo. ☉

Erecta, glaucescens, glaberrima: *pedunculi* uniflori, axillares et terminales: *petala* candida, parva, calyce triplo breviora: *stamina* quatuor. Confer *M. octandra* in *Reich. pl. rar.*

### 49. CERASTIUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 797.*

1. C. GLOMERATUM. *Thuil. fl. paris. p. 226* — C. ovale. *Pers. syn. 1. p. 521* — C. vulgatum. *Lin. sp. pl. 627* — *Ten. fl. nap. 4. p. 229* — *Bertol. fl. ital. 4. p. 746,* excl. var. *b.* — C. viscosum. *Fries nov. ed. 2. p. 128.*

*a. eglandulosum*; pilis omnibus eglandulosis. *Koch syn. ed. 2. p. p. 132.*

Ic. *Reich. cent. 3. f. 385, ae 386,* et *cent. 15. f. 4970*—Myosotis arvensis, hirsuta, parvo flore. *Vaill. bot. paris. t. 30. f. 3.*

*b. glandulosum* ; sepalis apice purpureo-coloratis , pilisque glanduliferis tectis.

Ic. *Coss. et Germ. atl. fl. Paris. t. 4. 3, 5* — C. rotundifolium. *Reich. cent. 3. f. 381?*

Ad muros, ad vias, ac in cultis herbosis obvium.

Januario, Martio. ☉

*Paniculae* rami sub anthesi semper glomerati, et nonnisi in fructu denique diffusi, nec *pedunculi* unquam elongati vel reflexi: *sepala* virentia, vix albo-marginata, ac a pilis suis superata: *petala* candida, fere linearia , basi ciliata, bipartita, vel bifida ; laciniis acutis, calycem vix superantibus: *stamina* 10: *capsula* lineari-oblonga, incurva, calycem et pedunculum superans: *semina* leviuscula.

2. C. SEMIDECANDRUM. *Lin. sp. pl. 627* — *Ten. fl. nap. 4. p. 231* — C. arenarium, *b. dubium. syn. Guss. 1. p. 507.*

C. pallide-virens subglandulosum pentandrum!, foliis oblongis ovalibusque inferioribus in petiolum attenuatis superioribus sessilibus, paniculae corymbosae ramis approximatis inde divaricatis, bracteis omnibus sepalisque late semiscariosis apice glabris, pedunculis fructiferis deflexis ac elongatis, petalis acute bifidis calyce subbrevioribus, capsulis oblongis curvatis illum duplo superantibus.

Ic. *Reich. cent. 2. f. 315, et 316.* ( quas icones in *syn. 1. p. 505* cum dubio sub *C. arenario* citavi) , et *cent. 15. f. 4968* multo melior — C. varians, *var. pellucidum. Coss. et Germ. atl. fl. Paris t. 5. f. 7,8,9*— C. hirsutum, minus. *Raj syn. p. 348 t. 15. f. 1.*

In herbosis , ad viarum margines , et in arenosis tam maritimis, quam a mare remotis.

Digitized by Google

Martio, Junio. ☉

Variat *colore* plus minus intense virente : *pubescentia* in paniculae ramis pedunculisque eglandulosa vel glandulifera: *caulibus* erectis, simplicibus 1-2-pollicaribus, vel diffusis, ramosis 1-8-pollicaribus, internodiis elongatis, paniculae ramis tunc repetito dichotomis: at constantes characteres sunt *bracteae* et *sepala* fere a medio ad apicem late albo scariosae : *petala* candida, semper acute bifida, sepalis aequalia vel breviora: *stamina* 5, sterilibus nullis intermixtis: *pedunculi* deflexi, 5-8 lin. longi, ideoque calycem longe excedentes: *capsulae* incurvae, calyce fere duplo longiores — Specimina Svecica, Anglica, ac Gallica cum nostris ex asse quadrant.

3. C. OBSCURUM. *Chaub. in St. Am. fl. agen. p. 181* — C. glutinosum, c. *pallens. Koch syn. ed. 2. p. 133.*

C. pallide virens superne glanduloso-viscosum pentandrum!, foliis oblongis ovalibusque in petiolum attenuatis superioribus sessilibus, paniculae ramis approximatis inde divaricatis, bracteis inferioribus herbaceis, superioribus sepalisque acutis integris margine scarioso angustissimo terminatis, pedunculis fructiferis deflexis ac elongatis, petalis exacte bifidis sepala subexcedentibus, capsulis oblongis vix curvatis calyce duplo longioribus.

Ic. C. varians, var. obscurum, *b. parviflorum. Coss. et Germ. atl. fl. Paris t. 5. f. 6.*

In apricis herbosis siccis ; *Ischia all'Arso*, sed satis rarum.

Aprili, Majo. ☉

*Planta* superne subglanduloso-viscosa, ideoque saepius arenulis conspurcata: *habitus* omnino praecedentis, a quo praecipue bractearum et sepalorum charactere diversum.

4. C. LURIDUM. *Guss. syn. 1. p. 510.*

C. patenter ac conferte piloso-hirsutum eglandulosum ac sordide obscureque virescens pentandrum!, caulis erectiusculis pedunculis fructiferis inclinatis refractisque, inferioribus longioribus, bracteis omnibus herbaceis, floribus laxiuscule dichotomo-paniculatis, sepalis acutis pilis viscido-glandulosis tectis, omnibus ad apicem margine scariosis petala bipartita superantibus, capsulis cernuis calyce parum longioribus.

Ic. *nulla.*

In herbosis montosis; *presso S. Nicola, alle Falanghe, ed al Fasano.*

Aprili, Majo. ☉

*Habitus* sequentis, cum quo male confusum a *Reich.* in *cent. 15. p. 38.* sed magis cespitosum ; *pedunculi* duplo seu breviores ; *flores* confertiores, et habitus alienus ; praeterea in eodem loco simul proveniunt nec unum in alterum transit, characteresque immutatos servant. *Semina* rufescentia fere ovalia, compressa dorso granulata ut in sequenti.

5. C. BRACHYPETALUM. *Desport.* in *Pers. syn. 1. p. 520— Ten. fl. nap. 4. p, 753,* excl. syn. C. alsinoidis *Guss.* — C. strigosum. *Fries. nov. ed. 2. p. 131.*

C. hirsutum pallide virens subcanescens decandrum non viscosum eglandulosum, caulibus erectis ascendentibusque dichotomis, pedunculis inferioribus elongatis (8-14 lin.) refractis inclinatisve, bracteis omnibus herbaceis calycibusque apice barbatis, floribus laxe dichotomo-paniculatis, sepalis acutis interioribus margine membranaceis petala bipartita basi ciliata subduplo superantibus, capsulis cernuis calyce parum longioribus.

Ic. *Reich. cent. 3. f. 338,* et *15. f. 4971 — Coss. et Germ. atl. fl. paris. t. 4. f. 6, 7, 8 — Dec. pl. Gall. rar. t. 44.*

In sylvaticis umbrosis; *selve delle Falanghe, del Fasano, di Catreca, e della Pera, Valle del Crovone, Cavone delle Nocelle.*

Aprili, Junio. ⊙

6. C. CAMPANULATUM. *Viv. ann. bot. 1. p. 171 — Ten. fl. nap. 4. p. 234 — Bertol. fl. ital. 4. p. 755.*

Ic. *Reich. cent. 15. f. 4979 — Sebast. et Maur. fl. rom. fasc. 2. t. 3. f. 1* — C. praecox. *Ten. l. c. t. 140. f. 1.*

In campis aridis, in apricis herbosis, in arenosis maritimis, et ad vias ubique.

Januario, Majo. ⊙

*Flores* candidi, *petalis* calyce duplo longioribus; ideoque primo vere campi nive obtecti videntur.

## 10. LINEAE. *Dec.*

### 50. LINUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 528.*

1. L. GALLICUM. *Lin. sp. pl. 401 — Ten. fl. nap. 3. p. 358 — Bertol. fl. ital. 3. p. 555.*

Ic. *Reich. cent. 16. f. 5168 — Gerard. prov. t. 16. f. 1.*

In collibus aridis apricis elatis, aut demissis.

Aprili, Majo. ⊙

*Folia* margine scabriuscula: *paniculae* laxae ramuli glaberrimi: *pedunculi* calycem subaequantes: *flores* lutei, parvi, sparsi.

2. L. CORYMBULOSUM. *Reich. fl. germ. 2. p. 834.*

L. caule erecto, foliis alternis anguste lineari-lanceolatis margine subtusque scabris!, floribus in ramulorum apice subglomeratis corymboso-paniculatis, sepalis ex ovata basi acuminatissimis a medio ad apicem scabris capsula duplo longioribus, pedunculis fructiferis calycem aequantibus.

Ic. *Reich. cent. 16. f. 5169.*

In aridis apricis elatis, aut demissis ; *Monte Vetta alle Petrelle , Pietra dell'acqua sotto S. Nicola , salita da Barano a Moropane , Testaccio alla discesa de'Maronti, costa di Succellaro alla Scarupata, di S.Pancrazio, del Pignatiello , Guardiola del Testaccio, Lacco al monte Vico, coste della Cava del Carusiello , e di Cerambi sopra Casamicciola .*

Aprili, Majo. ⊙

*Caules* aliquando usque bipedales(*Monte Vetta alle Petrelle*), saepius basi simplices: *folia* apice valde attenuata: *flores* lutei, parvi—*Habitus* praecedentis, sed flores glomerati in apice ramorum, in illo sparsi : quoad vero foliorum scabritiem sequenti valde affine.

3. L. SPICATUM. *Lam. dict. enc. 3. p. 523*—L.strictum, c.*spicatum. Ten. fl. nap. 3. p. 359* — L. strictum. *Bertol. fl. ital. 3. p. 551* ex parte, et excl. syn. L. corymbulosi. *Reich.*

*b. sessiliflorum ;* floribus axillaribus spicatis, sepalis inaequalibus. *Reich. fl. germ. 2. p. 835* — L. inaequale. *Presl del. prag. p. 58*— L. spicatum, *b. alternum. Ten.* non aliorum, quoad ic. *Reich.*

Ic. *Reich. cent. 16. f. 5170, c.*

In aridis apricis passim.

Aprili, Majo. ⊙

Differt a *L. stricto* sepalis inaequalibus foliisque margine scaberrimis, vix aliquando ad basim glanduloso-ciliatis : *flores* lutei, parvi.

4. L. ANGUSTIFOLIUM. *Huds. angl. 134—Ten. fl. nap. 3. p. 356—Bertol. fl. ital. 3. p. 537.*

Ic. *Reich. cent. 16. f. 5158.*

In collibus apricis, et in herbosis maritimis passim.

Aprili, Majo. ⊙

*Flores* pallide coerulei ; *petalis* calyce duplo fere longioribus.

L. *usitatissimum* in Insula pro usu oeconomico non colitur.

## 11. MALVACEAE. *Brown.*

### 51. MALVA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1134.*

1. M. SYLVESTRIS. *Lin. sp. pl. 969 — Ten. fl. nap. 2. p. 108 — Bertol. fl. ital. 7. p. 258,* excl. plurim. syn., et var. *b.*

Ic. *Bull. herb. t. 223,* mediocris — M. sylvestris, elatior. *Fuchs. hist. p. 569.*

In sylvis; *selve del Rotaro, di Casamicciola, e del Castiglione, ed al Bagno nel R. Boschetto.*

Majo, Junio. ♄

*Caules*, *pedunculi*, et *petioli* tuberculis scabri: *sepala* exteriora oblongo-lanceolata : *petala* violacea, profunde biloba, sinu lato inter lobos remanente, ad ungues dense barbata, striis saturatioribus violaceis notata: *pedunculi* fructiferi erecto-patentes : *capsulae* villosae, rugulosae.

2. M. VULGARIS. *Ten. fl. nap. 5. p. 86*, et *4. in syll. p. 96*, non *Fries.*—*M.* sylvestris, *b. Ten. l. c. 2. p. 108* ex ipso — M. sylvestris, *b. glabra. Bertol. fl. ital. 7. p. 289.*

M. caule erecto glabriusculo, ramis deflexis, foliis glabratis inferioribus leviter lobatis, superioribus profunde 5-lobatis, lobis omnium crenulatis obtusis, sepalis exterioribus oblongo-ellipticis obtusis, petalis obtuse bilobis, capsulis glabratis levinsculis.

Ic. *nulla.*

In campis, et ad vias ubique.

Aprili, Junio. ⊙, et ♃

*Flores*, quam in praecedente, pallidiores: *petalorum* sinus obtusus!: *sepala* exteriora basi coalita : *pedunculi* fructiferi erecti: *herba* magis virescens ac glabrata.— Differt a descriptione *M. sylvestris. Koch syn. ed. 2. p. 142*, petalis emarginato-bilobis; *capsulis* levissimis, non scrobiculato-rugosis nec marginatis; caeterum *sepala* exteriora oblongo-elliptica , obtusa; *pedunculi* fructiferi erecti, isti et petioli hirsuti: *petala* ad unguem dense barbata. Confer pro aliis differentiis *Ten. l. c. 4. p. 96.*

3. M. NICAENSIS. *All. ped. 2. p. 40* — *Bertol. fl. ital. 7. p. 257* — M. rotundifolia. *Ten. fl. nap. 2. p. 107*, ex ipso in *fl. nap. 5. p. 86.*

Ic. *Cav. diss. 2. t. 25. f. 1. i.* — *Reich. cent. 15. f. 4838*, sed habitus alienus.

In cultis, ad vias, et in ruderatis magis quam praecedens obvia.

Aprili, Junio. ⊙

*Flores* coerulescentes, duplo triploque praecedentis minores.

4. M. PARVIFLORA. *Lin. sp. pl. 969* — *Ten. fl. nap. 2. p. 107* — *Bertol. fl. ital. 7. p. 256.*

Ic. *Cav. diss. 2. t. 26, f. 1*, sed capsulae male depictae.

b. *eriocarpa* ; capsulis villosis. *Guss. syn. 2. p. 222.*

Ad vias, et ad ruderata in herbosis apricis utraeque varietates.

Aprili, Majo. ⊙

*Flores* albi, petalis vix calycem excedentibus.

Omnes enumeratae species unico nomine vulgari *Malva* appellantur , et promiscue in usum medicum veniunt.

Digitized by Google

## 82 LAVATERA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1133.*

1. L. ARBOREA. *Lin. sp. pl. 972 — Ten. fl. nap. 2. p. 111 — Bert. fl. ital. 7. p. 269.*
   Ic. *Rech. cent. 13. f. 4857*—Malva arborea, veneta dicta. *Moris. hist. 2. s. 5. t, 17. f. 16*, mala.
   Ad rupes maritimas; *Ischia nelle rupi sotto al Castello, ai Maronti, Punta di S. Angelo, rupi della marina di Casamicciola, Lacco al monte Vico, Forio alla Punta dell' Imperatore.*
   Februario, Martio. ♄
   *Petala* violacea, calycem duplo excedentia, striis saturatioribus notata: *capsulae* pilis stellatis hirsutae: tota planta molliter pubescens.
2. L. SYLVESTRIS. *Brot. fl. lusit. 1. p. 277 — Bertol. fl. ital. 7. p. 276* — L. neapolitana. *Ten. fl. nap. 3. p. 113.*
   Ic. *Ten. l. c. t. 65.*
   In collibus herbosis, et in ruderatis; *Ischia al Castello, Bagno, Guardiola del Testaccio, Lacco al Monte Vico, Forio a S. Francesco, ed a Citara.*
   Aprili, Majo. ♂, et aliquando ♃.
   *Caules* 1/2-4-pedales, aliquando basi suffruticosi in plagis calidioribus; *corollae* pallide violaceae, striis intensioribus notatae, calyce 1-2-plo longiores: *capsulae* leves vel rugulosae, glabrae.—Foliorum superiorum lobi aliquando ita acuti sunt, et hirsuties totius plantae major, ut *L. creticae* habitum assumat.
3. L. PUNCTATA. *All. auct. p. 26 — Ten. fl. nap. 2. p. 112 — Bertol. fl. ital. 7. p. 279.*
   Ic. *Reich. cent. 15. f. 4853.*
   Inter segetes in subargillosis: *seminati presso Panza*, sed unica vice vidi.
   Julio, Julio. ♂
   *Flores* violacei; petalis calycem duplo superantibus: *pedunculi* elongati.

## 83. GOSSYPIUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1138.*

1. G. SIAMENSE. *Ten. atti dell' Istit. d' Incor. di Nap. v. 6. p. 193*, var. *a. lana nivea.*
   G. frutescens, foliis pubescentibus (obscure virentibus) subtus 1-glandulosis 3-5-lobatis, lobis triangularibus acuminatis, sinu acutissimo in-

ter ipsos remanente, calycis exterioris foliolis multifidis corolla (sulphurea immaculata) duplo brevioribus, capsulis ovalibus cuspidatis, seminibus ovatis lanugine virescente arcte adhaerentibus.

Ic. *Ten. l. c. t. 2.*

Colitur sola varietas lana nivea.

Augusto, Septembri. ⊙, sed certe ♄, nam caules in plagis calidis, dum hyems mitis est, perdurant.

Vulgo *Cotone.*

## 12. AURANTIACAE. *Corr.*

### 54. CITRUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1218.*

1. C. VULGARIS. *Risso ann. mus. 20. p. 190 — Dec. p. 1. p. 539.*
Ic. *Ferr. hesp. t. 409.*
Colitur.
Aprili, Majo. ♄
Vulgo *Cetrangolo amaro.*

2. C. AURANTIUM. *Lin. sp. pl. 1100*, excl. var.
Ic. *Lam. ill. gen. t. 639. f. 2 — Blackw. herb. t. 349 — Ferr. hesp. t. 427, 399, 401, 385.*
Colitur.
Aprili, Majo. ♄
Vulgo *Portogallo.*

3. C. MEDICA. *Lin. sp. pl. 1100*, excl. var. *b.*
Ic. *Lam. ill. gen. t. 639. f. 2 — Blackw. herb. t. 361 — Ferr. hesp. t. 59, 60, 63.*
Colitur.
Aprili, Majo. ♄
Vulgo *Cedro.*

4. C. LIMON. *Risso ann. mus. 20. p. 201—Dec. pr. 1. p. 539* — C. medica, *b. Limon. Lin. sp. pl. 1100.*
Ic. *Blackw. herb. t. 362— Ferr. hesp. t. 247*, et aliae plures.
Colitur.
Aprili, Majo. ♄
Sequentes varietates coluntur.
*a. neapolitana*; fructu oblongo, flavescente, apice saepius acuto.
Vulgo *Limone.*
*b.* C. limon calaber, secundus, fructu globoso parvo obscuro virente. *Targ. Tozz. Diz. p. 32.*
Vulgo *Limoncello.*

Digitized by Google

## 13. HYPERICINEAE. *Dec.*

### 55. ANDROSEMUM.

*All. pedem. n. 1440 —Dec. pr. 1. p. 543.*

1. A. OFFICINALE. *All.l.c* —Hypericum Androsemum. *Lin. sp. pl. 1102 — Ten. fl. nap. 2. p. 158 — Bertol. fl. ital. 8. p. 308.*
   Ic. *Reich. cent. 16. f. 5192 — Sabb. hort. rom. 4. t. 80*—Androsemum. *Dod. pempt. 78.*
   In sylvaticis umbrosis ; *selve di Campagnano, e di Chiummano, via del Crovone, Cavone delle Nocelle.*
   Majo, Junio. ♄
   *Folia* saepius ampla : *flores* parvi; *stylis* duplo quam stamina brevioribus, non illa aequantibus,ut in *A. anglico*, quod est *Hypericum amplifolium Reich. l. c.* non *Webb.*

### 56. HYPERICUM.

*Chois. pr. Hyp. p. 37 — Dec. pr. 1. p. 543.*

1. H. HIRCINUM. *Lin. sp. pl. 1103 — Ten. fl. nap. 2. p. 158—Bertol. fl. ital. 8. p. 311.*
   Ic. *Duham. arb. ed. 2. v. 6. t. 28* — Androsemum foetidum, capitulis longissimis filamentis donatis. *Moris. hist. 2. sect. 5. t. 6. f. 8.*
   Ad sepes, et in sylvaticis umbrosis; *selve di Campagnano, di Monte Vezza, Cavone delle Nocelle, del Crovone, e delle Rose, Vallone di Fontana, e di Calimera, selve di Pietrapereiata, delle Falanghe, del Fasano, di Catreca, e della Pera, siepi di Casamicciola.*
   Junio, Julio. ♄
   *Petala* lutea, staminibus breviora ; *capsula* ovalis, basi attenuata.
2. H. PERFORATUM. *Lin. sp. pl. 1105—Ten. fl. nap. 2. p. 159—Bertol. fl. ital. 8. p. 316.*
   Ic. *Reich. cent. 16. f. 5177 — Sabb. hort. rom. 4. t. 89* — Hypericon. *Dod. pempt. 76.*
   *b. veronense*, foliis angustioribus. *Schrank* in *Reich. l. c. p. 68* — H. thyrsoideum. *Jon.*
   Ic. *Reich. cent. 16. f. 5177, b.* — H. frutescens majus, et minus. *Dill. Elth. 1. p. 182. t. 151. f. 181, et 182.*
   In campis et collibus, ad vias ubique.
   Aprili, Junio. ♃, et aliquando basi ♄
   Vulgo *Erba di S. Giovanni.*

Variat *foliis* lineari-oblongis acutiusculis, et angustissime linearibus, semper tamen pellucido-punctatis : *calycis* laciniae integerrimae: *petala* aurea, glandulis nigris, uti *antherae*, conspersa.

3. H. CILIATUM. *Lam. dict. cent. 3. p. 170 — Ten. fl. nap. 2. p. 161 —* H. perfoliatum. *Lin. s. veg. ed. 12. v. 2. p. 510? — Bertol. fl. ital. 8. p. 327.*

*a. angustifolium* ; foliis ovato-lanceolatis angustis. *Ten. l. c.*—H. dentatum. *Loisel. fl. gall. ed. 1. p. 499,* et *Ten. syll. p. 328.*

Ic. *Loisel. l. c. t. 17.*

*b. latifolium*; foliis late-ovatis—H. ciliatum, *b. Bocconi. Ten. l. c.*

Ic. *Desf. coroll. Tourn. p. 70. t. 53*—Hypericum Sambac perfoliato folio. *Bocc. mus. p. 164. t. 127.*

In collibus, et in sylvaticis apricis ubique ; sed var. *a.* in apricis aridis , et var. *b.* in umbrosis pinguioribus frequentior.

Aprili, Majo. ♃, et basi ♄

*Folia* coriacea, pellucido-punctata: *calycis* laciniae serrato-glandulosae, una cum *petalis* aureis, *antheris*, foliisque subtus ad marginem, plus minus nigro-punctatis.

## 14. ACERINEAE. *Dec.*

### 57. ACER.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1590.*

1. A. CAMPESTRE. *Lin. sp. pl. 1497—Ten. fl. nap. 2. p. 371—Bertol. fl. ital. 4. p. 355,* excl. nonn. synon.

Ic. *Reich. cent. 15. f. 4825 b.*

In sylvaticis ; *nella selvetta di Amalfitano nella valle del Crovone presso la cantina*, sed satis rarum.

Aprili. ♄

*Fructus* non vidi, ideoque num ad varietatem *lejocarpam* spectat, ad quam icon *Reich.* pertinet, definire non potui.

## 15. AMPELIDEAE. *Humb. et Kunt.*

### 58. VITIS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 396.*

1. V. VINIFERA. *Lin. sp. pl. 293 — Ten. fl. nap. 3. p. 229 — Bertol. fl. ital. 2. p. 674.*

*b. sylvestris.*

Ic. *Jacq. ic. rar.* t. *50* — *Matth. comm.* 2. *p.* 655.
In sylvaticis, ad sepes.
Aprili, Majo. ♄
Priusquam enumerationem istam typis evulgare statuissem, Vites ab *Oidio Tuckeri* ab anno 1851 correptae uvas vel male vel omnino non perfecerunt ; ideoque varietates earum exactae adnotare non licuit. Proinde istarum nomina tantum pro nunc hic subjungam :

1. Acinis ex albo-flaventibus.

1. *Aglianiehella*—2. *Bianca verace*—3. *Biancolella* — 4. *Campotesa* — 5. *Cannamela* — 6. *Coda di Cavallo* — 7. *Coglionera o Grossa* — 8. *Falanghina* — 9. *Grecanica* — 10. *Latina* — 11. *Levanta* — 12. *Malvasia* — 13. *Mandoniea* — 14. *Ripala* — 15. *Ripolone* — 16. *Romana* — 17. *Rosa* — 18. *Sorvegna bianca* — 19. *Verdesca.*

2. Acinis ex coeruleo-atris.

20. *Aglianica* — 21. *Aglianica bastarda*—22. *Aitella*—23. *Bulogna*— 24. *Cannamela nera* — 25. *Cerasara* — 26. *Castagnara* — 27. *Cocozza* — 28. *Del Gelso* — 29. *Ente* — 30. *Guarnaceia* — 31. *Latteresca* — 32. *Nera verace* — 33. *Olivella* — 34. *Olivella di Spagna* — 35. *Palombina* — 36. *Piede palumbo* — 37. *Rosella* — 38. *S. Franceseo* — 39. *Sorvegna* — 40. *Tintora* — 41. *Verdesea nera.*

## 16. GERANIACEAE. *Dec.*

### 59. GERANIUM.

*Herith.* in *Vent. tabl.* 3. *p.* 172—*Dec. fl. fr.* 4. *p.* 844, *et pr.* 1. *p.* 639.

1. G. MOLLE. *Lin. sp. pl.* 955 — *Ten. fl. nap.* 2. *p.* 102 — *Bertol. fl. ital.* 7. *p.* 231.
Ic. *Reich. cent.* 15. *f.* 4879—*Coss. et Germ. atl. fl. Paris. t.* 6. *f.* E, optima — Pes columbinus. *Dod. pempt. p.* 61.
*b. parvulum* ; caule graeili diffuso brevi minus villoso, foliis parvis, pedunculis breviter pubescentibus, pilis longis patulis saepius destitutis. *Ten. syn. p.* 334.
In cultis, et ad vias in herbosis passim; var. *b.* in aprieis ad vias; *Chiajano.*
Martio, Majo. ⊙
*Pili* glanduliferi aliis longioribus glandulosis intermixti in pedunculis ; *sepala* mutica, aut arista brevissima glandulifera terminata: *petala* bifi-

Digitized by Google

da vel emarginata, calycem semel excedentia : *capsulae* glabrae , leves. In *b.* omnia minora, habitus gracilior, et pubescentia minor : *sepala* saepius versus apicem tuberculata, sed capsulae ut in specie. Hiscè characteribus a *G. molle* et *viscidulo* aeque diversum.

2. G. ROTUNDIFOLIUM. *Lin. sp. pl. 957 ?*, sed certe *Mant. 2. p. 434—Ten. fl. nap. 2. p. 103 — Bertol. fl. ital. 7. p. 229.*
   Ic. *Reich. cent. 15. f. 4878—Cav. diss. 4. p. 214. t. 93. f. 3. —Fuchs. hist. 205.*
   In herbosis passim.
   Aprili, Majo. ⊙
   *Planta* viscidula, ac mollis: *pili* patentes in caule et in pedunculis , at in pedicellis glanduliferi — Descriptio *Fries nov. 2. p. 206* optima , ex quo species ista non est *G. rotundifolium Lin. sp. pl.* ex loco ac traditione, ideoque *G. viscidulum* appellat. Planta nostra certe eadem ac illa *Lin. mant.*, *Smithii* , ac aliorum ; praeterea etiam cum descriptione *Koch syn. ed. 2. p. 184* optime quadrat ; siquidem *petala* rosea , oblongo-cuneata, indivisa, obtusa, vix retusa, sepala breviter aristata parum superantia: *capsulae* patenter pubescentes: *semina* favoso-punctata.
3. G. COLUMBINUM *Lin. sp. pl. 956 — Ten. fl. nap. 2. p. 102—Bertol. fl. ital. 7. p. 237.*
   Ic. *Reich. cent. 15. f. 4875*—G. columbinum foliis dissectis, pedicellis florum longissimis. *Vaill. bot. paris. t. 15. f. 4.*
   Aprili, Majo. ⊙
   *Petala* duplo majora quam in aliis speciebus hujus Insulae , basi barbata, rosea, calycem longe aristatum aequantia : *semina* reticulata.
4. G. DISSECTUM. *Lin. sp. pl. 956 —Ten. fl. nap. 2. p. 103 — Bertol. fl. ital. 7. p. 328.*
   Ic. *Coss. et Germ. atl. fl. Paris. t. 6. f. 13—Reich. cent. 15. f. 4873— Cav. diss. 4. p. 200. t. 82. f. 1* — G. columbinum majus, foliis imis longis, ad usque pediculum divisis. *Vaill. bot. Paris. p. 79. t. 15. f. 2.*
   In sylvaticis herbosis, et ad sepes.
   Aprili, Majo. ⊙
   *Pubescentia* glandulifera, patens in pedunculis, calycibus et aristis: *sepala* acuminato-aristata , *petala* violaceo-purpurea basi barbata excedentia : *semina* favoso-punctata.
5. G. LUCIDUM. *Lin. sp. pl. 955 — Ten. fl. nap. 2. p. 101—Bertol. fl. ital. 7. p. 235.*
   Ic. *Reich. cent. 15. f. 4872—Cav. diss. 4. p. 214. t. 80. f. 2* — G. rotundifolium, saxatile, montanum. *Columm. ecphr. 1. p. 138. t. 137.*
   In umbrosis, ad muros, ad maceries, et ad rupes ubique.
   Aprili, Majo. ⊙
   *Calyces* in hac specie pyramidato-angulati , transverse ob laminulas eleva-

tas rugosi, *petalis* roseis obovatis indivisis duplo breviores: *folia* glaberrima, nitida.

6. G. Robertianum. *Lin. sp. pl.* 955 — *Ten. fl. nap.* 2. *p.* 104— *Bertol. fl. ital.* 7. *p.* 240.

*b. purpureum*; planta humiliore, foliis tripinnatifidis, calycibus inflatis villosissimis, corollis parvis calycem semel excedentibus, capsulis dorso dense tenueque rugosis. *Reich. cent.* 15. *p.* 22 — G. purpureum. *Vill. delph.* 3. *p.* 374 — G. mediterraneum. *Jord. pl. exic.* ?

Ic. *Reich. l. c. f.* 4871, *b.* — *Vill. l. c. t.* 40 — G. Robertianum primum, viride. *Zannic. hist. t.* 228.

In sylvaticis humentibus, ad sepes, et ad muros in umbrosis: var. *b.* passim ; et var. *a.* in sylvis montosis elatis; *selve delle Falanghe*, *di Catreca*, *e della Pera* una cum var. *b.*

Aprili, Majo. ⊙

Uti notat Cl. *Bertol. l. c. et Webb. phyt. can. v.* 3. *pars* 2. *sect.* 1. *p.* 22 characteres minime firmi sunt ad discrimandam hanc varietatem a specie : nam capsulae in utrisque similes ; tamen *corollae* in *a.* duplo majores, et *sepala* saepius rubentia.

## 60. ERODIUM.

*Herit. Ger. in. Vent. tab.* 3. *p.* 172—*Dec. fl. fr.* 4. *p.* 838, *et pr.* 1. *p.* 644.

1. E. Botrys. *Bertol. am. ital. p.* 35, *et fl. ital.* 7. *p.* 188—*Ten. fl. nap.* 5. *p.* 79.

Ic. Geranium Botrys. *Cav. diss.* 4. *t.* 90 — Geranium supinum , Botrys folio, acu supra spectante. *Bocc. mus. p.* 145, et G. Botrys folio. *t.* 109.

In arenosis, *Ischia all'Arso, Lacco al monte Vico* , *Panza a Casapolita e nelle colline di Campotese*, *sommità della Punta dell'Imperatore presso Forio.*

Aprili, Majo. ⊙

*Folia* nitide virentia: *flores* amoene coerulei, et seminum rostra duplo quam in sequentibus majora.

2. E. cicutarium. *Herit. in Ait. H. Kew. ed.* 1. *v.* 2. *p.* 414 — *Ten. fl. nap.* 2. *p.* 93 — *Bertol. fl. ital.* 7. *p.* 182, excl. non. synon. — Geranium cicutarium. *Lin. sp. pl.* 951.

Ic. *Reich. cent.* 15. *f.* 8464, *b*—Geranium chaerophyllum. *Cav. diss.* 4. *p.* 4. *t.* 95. *f.* 1 — G. foetens. *Riv. pent. irr. t.* 115, optima.

In apricis herbosis passim.

Martio, Majo. ⊙

*Flores* albi, vel pallidissime rosei: *stamina* glabra, et fertilia basi rotundato-dilata: *cotyledones* pinnatifido trilobae!, non integrae: *seminum* ari-

Digitized by Google

stae pilis adpressis tectae; hinc cum descriptione *Koch syn. ed. 2. p. 155* bene quadrat, nec non cum icone *Cav. l.c.*, a qua tamen recedit petalis oblongis, quae tam in icone, quam ex descriptione orbiculata — Variat pedunculis, petiolis, caulibusque glabratis, vel pilis patentibus aut subadpressis pubescentibus: insuper in sterilibus aridis planta est subcaulescens: quae tamen ob cotyledones pinnatifido-trilobas et aristas adpresse pubescentes cum *G. cicutario. Cav. l. c. p. 226. t. 93. f. 1.* non est commutanda. Confer *Koch syn. ed. 2. p. 155.*

3. E. moschatum. *Willd. sp. pl. 3. p. 631 — Ten. fl. nap. 2. p. 94 — Bertol. fl. ital. 7. p. 195* — Geranium moschatum. *Lin. sp. pl. 951.*
Ic. *Reich. cent. 15. f. 4967* — Geranium moschatum. *Cav. diss. 4 p. 227. t. 94. f. 1 — Riv. pent. irr. t. 112*, optima.
In apricis herbosis ad vias, ad muros ubique.
Martio, Majo. ⊙
*Flores* parvi, rosei: *folia* saepe nigro-maculata: totius plantae *odor* moschatus.

4. E. chium. *Willd. sp. pl. 3. p. 634—Ten. fl. nap. 5. p. 79— Bertol. fl. ital. 7. p. 199* — Geranium chium. *Lin. sp. pl. 951.*
Ic. E. litoreum. *Reich. cent. 15. f. 4869*, hoc bene refert, uti in *syn. 2. p. 209.* notavi — G. chium. *Cav. diss. 4. t. 92. f. 1.*
In apricis lapidosis, et ad maceries; *Ischia sul Castello ed all'Arso, Bagno, Castiglione, Lacco al monte Vico, Forio alle fumarole nella contrada del Bell'Omo.*
Martio, Majo. ⊙
*Caules* diffusi: *folia* pallide virentia, superne glabrata, subtus hirsutiuscula; inferiora lobata, superiora et media tripartita: *sepala* exquisite viridi-nervosa, aristata: *petala* parva, calycem semel excedentia, obovata, obtusa, non emarginata, ac uti filamenta rosea, basi ciliata: *pistillum* roseo-virescens.

5. E. malachoides. *Willd. sp. pl. 3. p. 639 — Ten. fl. nap. 2. d. 96 — Bertol. fl. ital. 7. p. 197* — Geranium malachoides. *Lin. sp. pl. 952.*
Ic. *Reich. cent 15. f. 4868* — Geranium malachoides. *Cav. diss. 4. p. 220. t. 91. f. 1 — Lobel. ic. 662.*
In apricis herbosis, ad vias, et in collibus aridis; *coste di S. Pancrazio, marina de'Maronti, da S. Angelo a Soccivo, Panza, alla sommità della Punta dell'Imperatore presso Forio.*
Martio, Majo. ⊙
*Flores* rosei, parvi — Species praecedenti valde proxima, a qua differt foliis pallide non nitide virentibus, nunquam uti in illa tripartitis et profunde lobatis.

## 17. OXALIDAEAE. *Dec.*

### 61. OXALIS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 794.*

1. O. CORNICULATA. *Lin. sp. pl. 623 — Ten. fl. nap. 4. p. 243 — Bertol. fl. ital. 4. p. 726.*
Ic. *Reich. cent. 15. f. 4896* — Oxys flore flavo. *Clus. hist. 2. p. 249.*
Ad vias, ad agrorum margines, et in cultis passim.
Martio, Septembri. ♃
*Flores* flavi : *pedicelli* fructiferi refracti : *stolones* nulli.

## 18. ZIGOPHYLLEAE. *Brown.*

### 62. TRIBULUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 732.*

1. T. TERRESTRIS. *Lin. sp. pl. 554 — Ten. fl. nap. 4. p. 58 — Bertol. fl. ital. 4. p. 422.*
Ic. *Reich. cent. 15. f. 4821 — Dod. pempt. 557.*
*b. inarimensis;* incano-pubescens, petalis stamina subduplo superantibus.
In cultis arenosis, ad vias ubique : var. *b.* in arenosis maritimis.
Junio, Septembri. ⊙
*Sepala* ovalia, obtusiuscula, concaviuscula, decidua, *petalis* luteis obovato-cuneatis planis integris aut irregulariter eroso-crenulatis, uti *stamina*, duplo breviora : *filamenta* aurea ; *antheris* luteis, subglobosis : *stigma* sessile, globosum, non 5-radiatum sicut in *Papavero*, uti ex *Koch*, sed 5-angulare, sulcatum, aureum : *ovarium* virescens: *nuces* nitide virentes, glabrae, non omnes bicornes, et tubercula, quibus obductae sunt, seta albida rigida deflexa terminata.

## 19. RUTACEAE. *Juss.*

### 63. RUTA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 725.*

1. R. BRACTEOSA. *Dec. pr. 1. p. 710*—R. chalepensis. *Ten. fl. nap. 1. p. 220,* ex ipso *in vol. 5. p. 372* in indice— *Bertol. fl. ital. 4. p. 414;* sub R. chalepensi.

Digitized by Google

Ic. *Reich. cent. 15. f. 4815.*

In apricis rupestribus ; *Ischia ai scogli di S. Anna* ( rara), *Casamicciola nelle rupi del vallone del Larito e presso al ponte, Panza, da sotto alla Bocca della serra alle fumarole nella contrada del Bell' Omo sopra Forio, Testaccio alla Guardiola, coste di S. Pancrazio e del Pignatiello.*

Aprili, Maio. ♄

Vulgo *Aruta.*

*Calycis* laciniae ovatae, obtusiusculae, irregulariter crenulatae : *petala* concava, obovata, varie fimbriata, subito in unguem contracta, una cum staminibus pistilloque lutea: *capsularum* lobi acuminati—A *R. graveolenti* penitus diversa est.

# II. *CALYCIFLORAE.*

## 20. RHAMNEAE.

### 64. ZIZYPHUS.

*Tourn. inst. t. 403— Gaertn. de fruct. 1. t. 43.*

1. Z. vulgaris. *Lam. ill. gen. 2. p. 330 —Dec. pr. 2. p. 13*—Rhamnus Zizyphus. *Lin. sp. pl. 282.*
   Ic. *Lam. l. c. t. 185. f. 1.*
   Colitur.
   Majo, Junio. ♄
   Vulgo *Jojome.*

### 65. RHAMNUS.

*Lam. dict. enc. 4. p. 461.*

1. R. Alaternus. *Lin. sp. pl. 28—Ten. fl. nap. 3. p. 233 — Bertol. fl. ital. 2. p. 661.*
   *a. vulgaris*, foliis late ovatis. *Dec. pr. 2. p. 23—Ten. l. c.* var. *a. latifolia.*
   Ic. *Duham. arb. ed.2. v.3. p. 42. t. 14*—Alaternus I. *Clus. hist. 1. p.50.*
   *b. maritimus*, foliis ellipticis obscure serratis. *Jord. pl. exsicc.—Ten. l. c. var. e. angustifolia.*
   Ic. Alaternus II. *Clus. hist. 1. p. 50?*
   Ad rupes ab elatis usque ad litus in sylvaticis: var. *b.* in maritimis.
   Martio, Aprili. ♄

Vulgo *Motta di sangue.*

Sempervirens, inermis; *folia* coriacea, obscure, sed nitide virentia: *flores* parvi, lutei, saepe dioici, grate odori, in racemis, axillaribus brevissimis: *fructus* rubentes, inde nigri.

## 21. TEREBINTHACEAE. *Juss.*

### 66. PISTACIA.

*Lin. gen. pl. ed. Sehreb. n. 1511.*

1. P. Lentiscus. *Lin. sp. pl. 1455 — Ten. fl. nap. 5. p. 271.*
Ic. *Duham. arb. ed. 2. v. 4. t. 18* — Lentiscus. *Clus. hist. 1. p. 14.*
In fruticetis demissis; *da Chiajano all' interno del Cratere del Rotaro (pied. 725 sul mare), alle falde meridionali del monte Vezza* (p. 800), *ed all'ultime fumarole della costa della Serra sopra Forio* (p. 1080).
Martio, Aprili. ♄
Vulgo *Lentiseo.*
Sempervirens, dioica: *folia* abrupte pinnata: *flores* in racemis axillaribus densis brevibus: *odor* terebinthaceus, sed ingratus.

## 22. LEGUMINOSAE. *Juss.*

### 67. LUPINUS.

*Lin. gen. pl. ed. Sehreb. n. 1176.*

1. L. Thermis. *Forsk. descr. p. 101 — Ten. fl. nap. 5. p. 99 — Bertol. fl. ital. 7. p. 411.*
Ic. *nulla.*
Colitur, et in sylvaticis herbosis nunc fere sponte provenit.
Vulgo *Lupino* una cum sequente.
2. L. albus. *Lin. sp. pl. 1015 — Ten. fl. nap. 5. p. 99 — Bertol. fl. ital. 7. p. 412.*
Ic. *Blackw. herb. t. 282* — L. flore albo. *Riv. terr. irr. t. 26*, optima.
Minus frequenter, quam praecedens, colitur, et spontaneus prope loca culta satis rare occurrit.
Aprili, Majo. ⊙
*Statura* minor quam in praecedente; *flores* quoque minores, omnino albi! non ut in illo cum suffuso coeruleo.
3. L. angustifolius. *Lin. sp. pl. 1015 — Ten. fl. nap. 5. p. 99 — Bertol. fl. ital. 7. p. 415.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 685.*

In apricis campis, et in collibus; nec non in apricis herbosis sylvarum.

Aprili, Majo. ⊙

Vulgo *Lupiniello.*

*Calycis* labium superius bipartitum; sinu angusto inter dentes remanente; inferius integrum, et longius: *corollae* amoene coeruleae: *semina* in planta inarimensi globosa, albida, maculis viridulis obsoletis notata. — L. reticulatus. *Desv. ann. sc. nat. 3. p. 100*, et in *Walp. rep. 1. p. 605* huic valde proximus, quoad specimina gallica a Cl. *Kralichio* missa; tamen seminibus differt, quae in nostra planta globosa, albida, varie viridulo-maculata, non vero reticulatim picta; ita ut quoad semina ad hunc spectare videtur L. angustifolius *Guss. syn. 2. p. 260*, nec non planta prope Neapolim proveniens (*Bagnoli*, *Astroni*, *Portici*), in quibus semina re vera reticulata dici possunt, ac eodem seminum charactere ad hanc speciem quoque trahenda est icon L. flore coeruleo minori. *Riv. tetr. irr. t. 29!* — *L. leucospermus Boiss. pug. pl. nov. Afr. et Hisp. p. 23* nostro *L. angustifolio* affinis; sed semina *Pisi* magnitudine et legumina latiora ac longiora in specie *Boiss.* sunt—Incolae cum hujus plantae decocto Asinos lavant, ad illorum pediculos enecandos.

4. L. hirsutus. *Lin. sp. pl. 2013* — *Ten. fl. nap. 2. p. 142* — *Bertol. fl. ital. 7. p. 412.*

Ic. *Moris fl. sard. 1. t. 72. f. 1* — L. exoticus, hirsutissimus. *Bauh. hist. 2. p. 289.*

In apricis fruticetis herbosis; *Lacco al monte Vico nel luogo detto lo Cantariello.*

Aprili, Majo. ⊙

*Caules* 2-8- pollicares: *folia* septenata; foliolis supra glabris, laete virentibus, subtus albidis pilosis ac carinatis: *bracteolae* duae anguste lineares ad calycis latera: *bractea* vero anguste linearis, pedunculo longior illo adpressa: *calycis* virentis ac atrocoeruleo-punctati et corolla duplo brevioris labium superius 2-partitum; dentibus elongatis, sinu lato rotundato inter illos remanente; labium inferius longius, profunde tridentatum; dentibns (uti illos labii superioris) lanceolato-linearibus, acutis: *flores* laete coerulei: *vexillum* replicatum, rotundatum, mucronulatum, superne carinatum, subtus unisulcatum; sulco utrinque macula alba sub apice evanescente notato; *alae* concolores, versus apicem conniventi-approximatae, vexillo parum breviores, ungue brevissimo albido instructae; *carina* alis aequilonga, parallele venosa, a basi ad medium alba, a medio ad apicem nitide atrocoerulea ac attenuato-rostrata: *legumen* 2-3- spermum, 12-14 lin. longum, 2-3 lin. latum, pilis albidis adpressis hirsutum, acumine brevi incurvo terminatum: *semina* glabra, fusco-

Digitized by Google

rufescentia, lentiformi-globosa, maculis sordide albido-rufis irregularibus conspersa, sat raro concoloria, ad hilum nigra.

### 68. ONONIS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1173.*

1. O. SPINOSA. *Lin. sp. pl. 1006?* — O. antiquorum. *Bertol. fl. ital. 7. p. 369*, excl. nonn. syn., et *Moris. fl. sard. 2. p. 424*, non aliorum.
Ic. Ononis *1. Tabern. hist. 913, et Lobel. ic. 2. t. 28*, optimae.
In argillosis elatis; *sopra Buceto presso la selvo dell' Ulicella, ed a monte Vetta alla solita delle Petrelle.*
Junio, Julio. ♃
*Caules* linea lata pilorum brevium utrinque villosi (non unifariam): *spinae* geminae, foliiferae ac floriferae; *foliolo* glaberrima, elliptica, obiter dentato-serrata, obtusa: *pedunculi* solitarii, axillares, calyce longiores: *calyces* glabri, vel sparse piloso-glandulosi; dentibus lanceolatis, aequalibus, uninerviis: *vexillum* fere orbiculatum, surrectum, planum, roseum, basi albidum, ibique lineis intensioribus notatum; *alae* albidae, obtusae, oblongae, inferne divaricatae, ideoque a carina apice coerulescente et ipsis longiore remotae; latere superiore approximatae: *legumen* oblique ovatum, calycem excedens, pilis brevibus articulatis glanduliferis pubescens: *semina* subglobosa, varie nigro-rufescenti-maculata, minutis tuberculis scabra.
Descriptio Cl. *Koch syn. ed. 2. p. 173*, et aliorum cum hac nostra non in omnibus convenit; ideoque descriptionem prolixam dedi. Confer quoque *Reut. fl. di Zante p. 38.*

2. O. DIFFUSA. *Ten. fl. nap. 5. p. 97*—O. serrata. *Bertol. fl. ital. p. 378*, et *Moris fl. sard. 2. p. 423*, non *Forsk.*
O. pubescenti-viscosa, caule erecto vel ascendente, ramis decumbentibus apice-surrectis, foliis ternatis, foliolis suborbiculatis serratis striatis in inferioribus obiculato in superioribus lineari-cuneatis, stipulis subdenticulatis acutis, floribus conferte spicato-racemosis, calycis subscariosi dentibus nervosis acuminatis legumine pubescente aequalibus, corolla brevioribus seminibus minute turberculatis.
Ic. *Ten. l. c. 169. f. 2.*
b. *Dehnhnordtii*; *caule* erecto, foliolis argutius serratis, floribus minoribus, pubescentia glandulosiore. O. Dehnhardtii. *Ten. l. c. p. 98.*
Ic. *Ten. l. c. t. 169. f. 1.*
In herbosis arenosis maritimis, *Lacco allo marina di S. Montono, ed a monte Vico nel piano arenoso del Contariello e sotto la Torre*, utraeque varietates.

Majo, Junio. ⊙

*Planta* viscoso-villosa, et arenulis conspurcata. Var. *b.* vix a specie dirimenda, nam in plantis vivis ab una ad alteram transitas observatur: *semina* parva, ac minute tuberculata; quo charactere ab *O. Cossoniana Boiss. et Reut. pug. pl. nov. Afr. et Hisp. p.33,* nec non ab *O. serrata Forsk.*, uti monent laudati auctores, probe dignoscitur; proinde male a Cl. *Bertol.* l. c., et a cl. *Webb.* in *phyt. can. vol. 3. pars 2. sect. 2. p. 29* cum *O. serrata* confunditur. Denique Cl. *Coss.* in *not. sur quelq. pl. rar. du midi de l'Espagn. fasc. 2. p. 35* denuo hanc speciem ab *O. serrata* diversam esse monet, tamen ipse *O. diffusam* ab *O. Dehnhardii* seminum charactere praecipue separat, quae granulata in hac posteriore, et ex ipso levia in *O. diffusa*; tamen in utrisque semper levia vidi apud nos.

3. O. MOLLIS. *Savi mem. della Soc. ital. v. 9. p. 351 — Ten. fl. nap. 2. p. 137,* et O. Cherleri in *add. l. c. p. 395 — Bertol. fl. ital. 7. p. 380.*

*b. minor;* foliis confertis, foliolis angustioribus, florum racemo abbreviato, calyciniis laciniis anguste-linearibus acutis. *Guss. syn. 2. p. 259.*

Ic. *Savi l. c. t. 8* — Anonis arvensis, hirsuta, pusilla, viscosa, multis siliquis cernuis. *Bon. t. 17,* optima.

In apricis aridissimis elatis, vel demissis; *Punta di S. Angelo nel pendio del sud ( Gasparr. ), e sulle sfabbricine del diruto fortino alla sommità ; monte Vetta alla salita delle Petrelle,* ubi rara.

Aprili, Majo. ⊙

Ob ariditatem locorum istorum, caules ad summum 1-2-pollicares sunt, et *flores* minuti.

## 69. SPARTIUM.

*Dec. pr. 2. p. 145.*

1. S. JUNCEUM. *Lin. sp. pl. 995 — Ten. fl. nap. 2. p. 131 — Bertol. fl. ital. 7. p. 327.*

Ic. *Duham. arb. ed. 2. v. 2. t. 22* — Spartium macrolobium. *Renealm. specim. t. 33,* optima.

In apricis sylvaticis, et in rupestribus ab elatis ad litus.

Aprili, Octobri. ♄

Vulgo *Jenesta.*

Sempervirens, glaberrimum: *rami* virgati, teretes, demum aphylli: *folia* simplicia: *flores* aurei, majusculi, odori, brevissime pedunculati in racemis terminalibus: *legumina* compressa, adpresse-sericeo-villosa.

10

Digitized by Google

### 70. CALYCOTOME.

*Link in Schrad. Journ. 2. p. 50.*

1. C. VILLOSA. *Link en. alt. H. Berol. 2. p. 225* — Spartium villosum. *Vahl symb. 3. p. 80*— *Bertol. fl. ital. 7. p. 344*— Cytisus lanigerus. *Dec. pr. 2. p. 154* — *Ten. fl. nap. 5. p. 94* — Spartium lanigerum. *Desf. atl. 2. p. 135.*
 Ic. Spartium villosum. *Smith fl. gr. t. 673.*
 Ad sepes, in collibus, nec non ad rupes, et ad maceries in aridis.
 Martio, Aprili. ♄
 Vulgo *Spalatro.*
 Sempervirens, glabra: *bractea* ovata, carinata, pubescens, acutiuscula, calyci adpressa, sub ipso inserta, integra, aut obsolete triloba, illum subaequans: *flores* aurei, fragrantes: *legumina* dorso incrassata, lanato-hirsuta: *planta* spinis infesta, ideoque ad sepes conficiendas utuntur.

### 71. CYTISUS.

*Koch syn. ed. 2. p. 163.*

1. C. TRIFLORUS. *L'Herit. stirp. nov. fasc. 7. p. 184* — *Ten. fl. nap. 2. p. 149* — *Bertol. fl. ital. 7. p. 555.*
 Ic. C. minoribus foliis, ramulis tenellis villosis. *Bon. t. 66*—Cytisus 111. *Clus. hist. 1. p. 99* — *Tabern. ic. 1099.*
 In sylvaticis demissis, aut elatis ubique.
 Martio, Aprili. ♄
 Vulgo *Rutaccio.*
 Sempervirens: *foliola* obscure virentia, et una cum ramis villosa: *pedunculi* 1-flori, axillares, 1-5, in ramorum apice racemosi: *flores* aurei: *legumina* compressa, sericeo-villosa, demum nigra.

2. C. CANDICANS. *Lam. dict. enc. 2. p. 545*—*Bertol. fl. ital. 7. p. 545* — C. monspessulanus. *Lin. sp. pl. ed. 1. p. 740* — Genista candicans. *Lin. sp. pl. ed. 2. p. 997* — *Ten. fl. nap. 2. p. 125* — Teline candicans. *Spach ann. sc. nat. 3. ser. v. 3. p. 151.*
 Ic. *Gaertn. de fruct. 2. p. 329. t. 151. f. 7.*
 In fruticetis, et in sylvaticis passim.
 Aprili, Majo. ♄
 Vulgo *Rutaccio riccio.*
 Sempervirens: *caules* et rami angulato-sulcati, pilis patentibus villosi: *foliola* subtus piloso-canescentia, supra glabrata: *racemi* laterales pau-

Google

ciflori : *legumina* compressa, villoso-hirsuta. — *Stigma* in hoc extrorsum declive!, ideoque quoad characterem istum a Cl. *Koch l. c.* designatum, et cujus ope genus hoc a *Genista* rite distingui potest, in qua stigma introrsum declive!, ad *Cytisos*, et non ad *Genistas* retuli.

72. SAROTHAMNUS.

*Vimm. in Endl. gen. 2. 6499.*

1. S. SCOPARIUS. *Vimm. in Koch syn. ed. 1. p. 152* — Spartium scoparium. *Lin. sp. pl. 936 — Ten. fl. nap. 2. p. 132 — Bertol. fl. ital. 7. p. 334.*
  Ic. Spartium scoparium. *Duham. arb. ed. 2. v. 2. t. 84—Cyr. de ess. pl. char. p. 47. t. 3. f. 1*—Genista. *Dod. pempt. 761.*
  In sylvaticis asperis ; *sulla strada dal Lacco a Forio nelle rupi della valle detta cava di Cavallaro.*
  Martio, Aprili. ♄
  Sempervirens , glaberrimus: *rami* virgati, angulati: *flores* numerosi, aurei, 1-2 axillares: *legumina* compressa, ad suturas tantum longe albo-pilosa , demum nigra. — Species ista in hac insula satis rara.

73. ANTHYLLIS.

*Guss. syn. 2. p. 264* — Barba jovis. *Tourn. inst. p. 650 t. 419 — Mench. met. p. 258.*

1. A. BARBAJOVIS. *Lin. sp. pl. 1013 — Ten. fl. nap. 2. p. 141 — Bertol. fl. ital. 7. p. 407.*
  Ic. *Duham. arb. ed. 2. v. 2. t. 67*— Barbajovis lentifolia, incana. *Barr. ic. 378.*
  In rupibus praesertim maritimis ; *scogli di S. Anna presso Ischia, e da questo sito alla Punta dell'Imperatore pel sud, nelle rupi della Guardiola di Zale, del monte Vico presso al Lacco, rupi di Cafiero presso al Castiglione, ed in quelle della Falanghe sotto S. Nicola!*
  Aprili, Majo. ♄
  Fruticosa, sempervirens, argenteo-sericea; *flores* capitati, albo-citrini.

74. VULNERARIA.

*Tourn. inst. p. 391. t. 211, non Scop.— Moench. met. 146.*

1. V. HETEROPHYLLA. *Moench. meth. l. c.*— Anthyllis vulneraria. *Lin. sp. pl. 1012 — Ten. fl. nap. 2. p. 139 — Bertol. fl. ital. 7. p. 402.*

Digitized by Google

*a. rubriflora.*

Ic. V. supina. *Dill. elth. t. 320. f. 413*— Anthyllis leguminosa, montana, flore coeruleo. *Barr. ic. 553.*

*b. nana ;* annua, caulibus gracilibus 1-4-pollicaribus erectis, floribus rubentibus.

In collibus argilloso-calcareis: *colline presso la Punta di Cavallaro, Succellaro:* var. *b. monte Vetta alle Petrelle, ed alle Falanghe.*

Majo, Junio. ♃, et ⊙

Herbacea, plus minus villoso-pubescens, procumbens vel asce ndens : *capitula* terminalia: geminata, sessilia, involucro digitato suffulta: *corollae* parvae, sed calyce parum longiores.

### 78. MEDICAGO.

*Endl. gen. n. 6507.*

§ 1. *Reniformes* (a).

1. M. lupulina. *Lin. sp. pl. 1097 — Ten. fl. nap. 5. p. 163 — Bertol. fl. ital. 7. p. 258 — Guss. syn. 2. p. 361.*

M. annua pubescens decumbens vel ascendens, foliolis obovato-cuneatis apice denticulatis, stipulis dentatis integrisve, floribus in pedunculis elongatis dense spiciformi-racemosis, calycinis dentibus alas et carinam aequantibus, leguminibus ( exiguis ) arcuato-reticulatis 1-spermis pilis articulatis glandulosisque tectis.

Ic. Melilotus minima. *Riv. tetr. irr. t. 8* — Trifolium agrarium. *Dod. pempt. 576.*

In apricis herbosis, et in aridis demissis aut sylvaticis passim.

Majo, Junio. ⊙

*Stipulae* latae, acutae : *foliola* subtus villosa, superne glabrata ; et ideo videtur esse varietatem, de qua loquitur Cl. *Poir.* in *Dic. enc. supp. 3. p. 521.*

2. M. Cupaniana. *Guss. syn. 2. p. 362 — Bertol. fl. ital. 8. p. 260*—M. Willdenovii. *Guss. pr. 1. p. 553*, et *Ten. fl. nap. 5. p. 163*, non aliorum.

M. perennis pubescens decumbens, foliolis obovatis cuneatis apice denticulatis, stipulis lanceolatis acutis integris ( raro dentatis ), floribus in pedunculo elongato dense spicaeformi-racemosis, calycinis dentibus alis

(a) Hujus generis species sic distribuendas esse mihi videtur, siquidem characteres a numero spirarum, vel ab earum nervis vel aculeis adhuc adhibiti, aut infirmi, aut species affines distrahunt.

Digitized by Google

et carina duplo brevioribus, leguminibus (crassiusculis) arcuato-reticulatis, pilis articulatis glandulosisque tectis.

Ic. Medicago lupulina, mellina, incano folio molli crasso lanuginoso semicordato. *Bon. t. 62*, optima.

In argilloso-marnaceis elatis; *salita dal monte Vetta alle Petrelle, sotto S. Nicola, ed alla Pietra dell'acqua.*

Majo, Julio. ♃

*Habitus* omnino praecedentis; sed radices alte descendentes, perennes, imo ad collum sublignosae: *color* totius plantae intensius virens: *flores* majores, fere aurei: *legumina* parum majora. Confer *syn. l. c.*

§ II. *Falcatae.*

(M. prostrata, M. arborea, etc., sed in hac insula non proveniunt).

§ III. *Cochleatae.*

† *Acutispirae* (spirarum margine exteriore acuto).

*a. Sphaerocarpeae* (spiris concentricis).

(M. scutellata, quae in hac Insula non provenit.)

*b. Cylindricarpae* (spiris planis invicem incumbentibus).

3. M. helix. *Willd. sp. pl. 3. p. 1409 — Ten. fl. nap. 5. p. 165 — Bertol. fl. ital. 8.* p. *266.*

*a. inermis,* leguminibus inermibus; *Guss. pl. rar. p. 314.*

Ic. *Moris fl. sard. 1. p. 438. t. 39. f. A.*

*b. spinulosa*; leguminibus margine spinosis, spinis setaceis rectis aut apice subuncinatis. *Guss. l. c. p. 315 — Ten. l. c.*

Ic. *Moris l. c. f. B.*

In herbosis; *Ischia al Castello, Guardiola del Testaccio, monte di Barano, Lacco al monte Vico, a S. Montano, ed alla Guardiola di Zale, Panza nella collina di Campotese, S. Angelo,* utraeque varietates.

Martio, Majo. ⊙

*Legumina* valde depressa, 2-3-cycla, albida, demum fusca; spirarum nervis radiatim ramosis ad marginem exteriorem anastomosantibus.

4. M. orbicularis. *All. ped. 1. p. 314 — Ten. fl. nap. 5. p. 165 — Bertol. fl. ital. 8. p. 269* — M. polymorpha, *orbicularis. Lin. sp. pl. 1037.*

Ic. *Moris fl. sard. 1. p. 434 t. 37* — Medica orbiculata. *Bauh. hist. 2. p. 384.*

In herbosis, ac in cultis ubique.

Aprili, Majo. ⊙

*Legumina* inermia, demum saepe fusca, anguste marginata, laxe cochleata, utrinque convexiuscula, 2-5-cycla, spiris tenuissimis, et radiatim venoso-ramosis.

† † *Obtusispirae* ( spirarum margine exteriore lato obtuso ).

a. *Laxispirae* ( spiris nec approximatis nec concretis ).

1. *Platicarpeae* ( leguminibus depressis utrinque planis ).

5. M. DENTICULATA. *Willd. sp. pl. 3. p. 1414—Bertol. fl. ital. 8. p. 275,* excl. nonn. syn. — *Ten. fl. nap. 5. p. 166.*

*b. longispina* ; leguminum spinis dimidium illorum diametrum superantibus.

Ic. Medica cochleata, minor, polycarpa, annua, capsula nigra hispidiore. *Moris. hist. 2. s. 2. t. 15. f. 13,* in *syn. 2. p. 366,* cum ? ad var. *a.* relata.

Inter segetes ; *Bagno, Chiajano, Pieo ed alla Starza, Chianole del Testaccio, Bocca della Serra , Panza ne' seminati di Campotese , Lacco al monte Vico.*

Aprili, Majo. ⊙

*Legumina* utrinque plana, demum fusca, 2-3-cycla, spiris exquisite nervoso-reticulatis, earum exteriori margine angusto, utrinque spinoso; spinis hamatis, disticbe divergenti-adpressis.

6. M. LAPPACEA. *Lam. dict. enc. 3. p. 637 — Ten. fl. nap. 5. p. 167.*

Ic. M. denticulata, *b. lappacea. Moris fl. sard. 1. p. 447. t. 48*—Medica cochleata, polycarpos, capsula spinosa minore nigra hispidiore. *Moris. hist. 2. s. 2. t. 15. f. 11.*

*b. paucigyrosa* ; cochleae spiris paucioribus. *Lam. l. c. p. 638 — Guss. syn. 2. p. 368.*

In apricis herbosis ; *Bagno , Lacco al monte Vico, Panza a Campotese;* var. *b, Ischia al Castello, Fontana, monte Vetta, Piano Liguori, Testaccio alla discesa de' Maronti, Lacco, Casamicciola.*

Aprili, Majo. ⊙

*Legumina* matura saepe nigra; utrinque plana, 3-4-cycla, spiris exquisite et oblique nervoso-reticulatis, earum margine exteriori tenui obtuso, utrinque spinoso; spinis patentibus, hamosis — Hanc a praecedente non separat Cl. *Bertol. in fl. ital. 8. p. 275.*

7. M. HISTRIX. *Ten. fl. nap. pr. p. 45. (an. 1811),* et *fl. nap. 5. p. 168— Dec. pr. 2. p. 177*— M. pentacycla *Dec. l. c.?*

Digitized by Google

M. glabra, stipulis ciliato-dentatis, leguminibus utrinque planis (convexis *Ten.*) subcylindricis 5-cyclis exquisite et oblique nervoso-reticulatis, spirarum margine exteriore utrinque spinoso, spinis rectis divergentibus apice hamatis.

Ic. *Ten. l.* c. *t. 178. f. 2.*

In apricis herbosis; *Chianole del Testaccio, ed alla Guardiola, Lacco al monte Vico, Pieo, Bagno.*

Aprili, Junio. ⊙

*Legumina* matura saepe nigra, paullo latiora, ac altiora quam in praecedente, cui valde affinis—A *M. nigra* hanc speciem non separat Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 8. p. 279*; et ab ipsa *M. pentacyla Dec.* hanc distinguit Cl. *Ten. l.* c. ob legumina utrinque convexa non plana; sed plana in utrisque video.

2. *Sphaerocarpeae* (leguminibus utrinque exquisite convexis).

8. M. MOLLISSIMA. *Roth. cat. bot. 3. p. 74 — Dec. pr. 2. p. 178.*

*a. vulgaris*; leguminibus glabratis.

Ic. Cochleata echinata, minima. *Riv. ter. irr. t. 89?*

*b. graeca*, leguminibus sparse villosis. M. graeca. *Horn. H. Hafn. 2. p. 24 — Dec. l.* c. *— Ten. fl. nap. 5. p. 169—* M. minima. *Bertol. fl. ital. 8. p. 303*, ex parte.

Ic. Medicago echinata, hirsuta. *Bauh. hist. 2. p. 386?*

In apricis herbosis, nec non in siccis elatis aut demissis ubique.

Martio, Junio. ⊙

In vera *M. minima* spinae leguminum istorum diametrum vix aequant, aut breviores sunt; praeterea basi latiores, ideoque fere lanceolatae: in *M. mollissima* legumina glabra: in var. *b. graeca* sparse pilosa; at in utrisque varietatibus spinae leguminis diametrum superant, et basi non tam dilatatae. Denique in una ac in altera specie *legumina* sunt parva, globosa, laete virentia, sat raro aetate rufescentia; *caules* erecti, ramis infimis saepius patulis vel diffusis; *pubescentia* albida, aut virescens — Icones citatae dubiae mihi sunt.

9. M. MACULATA. *Willd. sp. pl. 3. p. 1412 — Ten. fl. nap. 5 p. 170 — Bertol. fl. ital. 8. p. 282.*

Ic. *Moris fl. sard. 1. p. 449. t. 50 —* M. arabica. *Cam. hort. p. 97 e, 27 ?*, nam spinae nimis crassae videntur, ut in *syn. 2. p. 369* notavi.

In apricis herbosis passim; *Bagno, Campagnano, Chianole del Testaccio, discesa delle selve del Vataliero, Pieo, Casamicciola presso al Monte della Misericordia, ne'siti aperti erbosi delle selve di Catreca, e del Fasano.*

Aprili, Majo. ⊙

*Legumina* subglobosa, utrinque planiuscula, 3-5-cycla, spiris tenue ac oblique nervoso-reticulatis, earum margine exteriori lato, utrinque spinoso ; spinis longis, arcuatis, divaricato-intertextis subreflexis.

†. *Concretispirae* ( spiris approximatis ac concretis ).

1. *Sphaerocarpeae* ( leguminibus globosis ).

10. M. MARINA. *Lin. sp. pl. 1097 — Ten. fl. nap. 5. p. 169—Bertol. fl. ital. 8. p. 284.*

Ic. *Cav. ic. 2. t. 130* — Medica marina. *Clus. hist. 2. p. 243—Camer. hort. t. 28.*

In arenosis maritimis; *Ischia nelle arene della marina sotto all'Arso, Bagno alla marinella del Lago, Lacco a S. Montano, Forio a Citara ed a Montevergine.*

Martio, Majo. ♃

*Legumina* albo-tomentosa, uti tota planta, demum sub tomento fusca, sub 3-cycla ; spirarum margine exteriore crasso , utrinque spinoso ; spinis remotis, patentibus, apice incurvis, lineam longis, aut brevissimis.

3. *Cylindricarpeae* ( leguminibus cylindricis, vel cylindraceis ).

11. M. MUREX. *Willd. sp. pl. 3. p. 1410 — Dec. pr. 2. p. 180.*

Ic. M. tribuloides. *Moris fl. sard. 1. p. 440. t. 41.*

In herbosis apricis; *Bagno, Forio alla marina, seminati del monte Vetta, ed alla Serra, Lacco al monte Vico.*

Aprili, Junio. ⨀

*Legumina* utrinque plana ; spirarum margine exteriore lato, carinato, utrinque spinoso ; spinis subincurvis, junioribus patentibus ac tenuibus, demum incrassatis, adpressis ac intertextis.

Cl. *Bertol. in fl. ital. 8. p. 288* sub *M. tribuloide* sua refert meam *M. muricem*, et ex adverso *M. tribuloidem* meam et *Moris* pro *M. murice* habet : litem alii componant.

12. M. LITORALIS. *Rhod. in Loisel. not. p. 118, et fl. gall. ed. 2. v. 2. p. 125—Dec. pr. 2. p. 187 — Bertol. fl. ital. 8. p. 302* — M. arenaria. *Ten. fl. nap. 5. p. 173.*

M. pubescens, caulibus prostratis, foliolis obcordatis, stipulis lanceolatis, pedunculis 1-4-floris, leguminibus parvis cylindraceis utrinque planis 3-5-cyclis glabris, spiris crassiusculis approximatis sinistrorsum versis margine externo depresso, nervo carinali tenui, spinis rariusculis brevibus subulatis uncinatis divaricato-reflexis. (*Bert.*).

Ic. Medica hirsuta, echinis rigidioribus. *Bauh. hist. 2. p. 385.*

Digitized by Google

In herbosis apricis passim.

Aprili, Junio. ⊙

13. M. BRAUNII. *Gren. et Godr. fl. fr. 1. pars. 2. p. 393*, *ex Bertol. fl. ital. 8. p. 303*— M. litoralis *Ten. fl. nap. 5. p. 172* — M. litoralis, *b. breviseta. Dec. pr. 2. p. 177.*

M. glabra pilosaque, caulibus prostratis, foliolis obcordatis, stipulis laciniatis, pedunculis 1-8-floris, leguminibus parvis cylindraceis utrinque planis 3-4-cyclis, spiris crassiusculis approximatis dextrorsum versis, nervo carinali tenui, spinis brevibus rariusculis subulatis apice plerumque recto divaricato-reflexis (*Bert.*).

Ic. M. litoralis, *a. longe aculeata. Moris fl. sard. 1. t. 40. f. 1-4.*

In apricis herbosis, et praesertim in maritimis.

Aprili, Junio. ⊙

Uti recte notat Cl. *Bertol.* l. c. haec et antecedens valde affines inter se, et sola spirarum directione diversae, nam reliqui characteres ludibundi; et etiam Cl. *Coss. in not. sur quel. plant. rares du midi de l' Esp. p. 36* observat characterem istum variabilem esse tam in hac specie, quam in *M. helici*; ideoque mea sententia distrahendae non sunt, tamen uti diversas enumeravi, ut et alii denuo diligenter inquirant.

### 76. TRIGONELLA.

*Gasparr. in Rendic. della R. Acc. delle Scienze di Nap. an. 1852. p. 181.*

1. T. CORNICULATA. *Lin. sp. pl. 1094 — Ten. fl. nap. 5. p. 163—Bertol. fl. ital. 8. p. 245.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 761* — Melilotus italica. *Fuchs. hist. p. 528.*

Ad muros; *Ischia, Bagno, Casamicciola, Lacco, Panza, Forio.*

Aprili, Majo. ⊙

*Pedunculi* folio longiores: *legumina* declinata, subfalcata.

### 77. MELILOTUS.

*Tourn. inst. 406. t. 229 — Juss. gen. 356 — Pers. syn. 2. p. 347.*

† *Leguminibus lacunoso-rugosis.*

1. M. ITALICA. *Desf. dict. enc. 4. p. 67 — Bertol. fl. ital. 8. p. 81* — Trifolium Melilotus, *italica. Lin. sp. pl. 1078.*

*b. rotundifolia*; planta undique virenti, foliolis orbiculatis, argute serrulatis, floribus aureis — M. rotundifolia. *Ten. fl. nap. 5. p. 137.*



Digitized by Google

Ic. *Ten. l. c. t. 176 — Camer. hort. p. 99. t. 29 — Riv. tetr. irr. t. 7.*

In apricis sylvaticis ab elatis ad demissa; *S. Nicola, discesa delle Falanghe, del Fasano, di Catreca, Cava di Brusomonte, dalla Pera al Monte della Misericordia e Casamicciola, e ne' muri di S. Giuseppe, del Laceo, di Panza, di Forio, alla sommità della Punta dell' Imperatore, ed al monte Vico.*

Aprili, Majo. ⊙

Vulgo *Patrilli mascoli.*

In speciei typo *color* plantae glaucus; *foliola* orbiculato-oblonga, obiter serrulata; *flores* pallidiores; sed *legumina* in utrisque 1-2-spermia. Confer Cl. *Ten. l. c.*, et ea quae dixi *in syn. 2. p. 320.*

2. M. NEAPOLITANA. *Ten. fl. nap. 5. p. 136—Bertol. fl. ital. 8. p. 86—* M. gracilis. *Dec. pr. 2. p. 188.*

Ic. *Ten. l. c. t. 176. f. 1.*

In aridis apricis elatis, aut demissis ubique.

Majo, Junio. ⊙

*Caules* aliquando in hac insula usque sesquipedales: *flores* parvi, pallidi; *legumina* erecta!

3. M. ELEGANS. *Salzm. in Dec. pr. 2. p. 188—Bertol. fl. ital. 8. p. 90—* M. collina. *Guss. prod. supp. 2. p. 230 — Ten. fl. nap. 5. p. 138.*

Ic. *Moris fl. sard. 1. p. 162. t. 57.*

In apricis collibus herbosis; *Ischia al Castello, collina del Bagno, Punta S. Angelo, Cava di Brusomonte sopra Casamicciola, Laceo al monte Vico.*

Aprili, Majo. ⊙

*Flores* flavi: *legumina* oblonga, pendula, longiuscule pedicellata quam in aliis.

4. M. PARVIFLORA. *Desf. atl. 2. p. 192— Ten. fl. nap. 5. p. 136—Bertol. fl. ital. 8. p. 89.*

Ic. M. indica. *Moris fl. sard. 1. p. 459. t. 56.*

*b. macrocarpa*; leguminibus confertioribus, semel quam in *a.* majoribus, seminibus viridulis levissimis. *Guss.*

In humentibus, vel in siccis: var. *a. Bagno, Laceo, Forio*; var. *b. Ischia al Castello, Forio a Citara.*

Aprili, Majo. ⊙

*Stipulae* integerrimae, triangulares, caudatae: *calycis* dentes, fere triangulares, tubo calycino aequilongi, dorso obtuse carinati: *vexillum* calycem duplo longius, alas obtusas parum excedens, apice emarginato-bilobum; lobis obtusis — In var. *b. caules* et *rami* strictiores: *folia* et *flores* similes; sed *legumina* et *habitus* parum alieni. Confer *syn. 2. p. 321.*

† † *Leguminibus arcuatim rugosis.*

5. M. SULCATA. *Desf. atl. 2. p. 193 — Ten. fl. nap. 5. p. 138 — Bertol. fl. ital. 8. p. 92.*
Ic. M. vulgari nostrati affinis, folio minore et angustiore. *Bauh. hist. 2. p. 371.*
*b. procerior;* caule elato 1-2-pedali stricto, ramis ascendentibus, racemis longioribus, floribus parum majoribus.
Ic. *Moris fl. sard. 1. p. 463. t. 59. f.* A, optima.
In apricis cultis subargillosis, interque segetes; *seminati di monte Vetta, delle coste di Succellaro, de' Maronti, Casamicciola, Ischia al Castello :* var. *b. seminati delle Chianole del Testaccio, della Guardiola, e delle coste di S. Pancrazio.*
Majo, Junio. ⊙
Planta pro locorum natura variabilis, ita ut si *a.* et *b.* seorsim conferantur species diversae videntur; sed var. *b.* in speciem transit.

6. M. INFESTA. *Guss. pr. 2. p. 486, et syn. 2. p. 322 — Ten. fl. nap. 5. p. 137 — Bertol. fl. ital. 8. p. 94.*
Ic. *nulla.*
In cultis inter segetes; *ne' seminati fra la Pietra dell' acqua, Fontana, S. Nicola*, semel collegi.
Aprili, Majo. ⊙
Hujus *legumina*, quoad magnitudinem *M. italico* similia sunt!

## 78. TRIFOLIUM.

*Tourn. inst. 404. t. 228 — Juss. gen. 355.*

### § 1. *ParamesES. Presl symb. bot. p. 45.*

*Cal.* campanulatus; fauce nuda, et aperta; dentibus subaequalibus; tubo 10-nervoso, nervis elatis. *Car.* demum marcescens, calyptratim secedens; vexillo libero, conduplicato, alis et carina unguibus coalitis, vexillo brevioribus. *Stam.* 10; vexillare liberum, caetera monadelpha, et unguibus alarum carinaeque coalita, subinde libera. *Pollinis* granula laevia. *Legum.* exertum, 1 2-spermum, subglobosum, stylo recto persistente rostratum, secus suturas indehiscens (vel basi et lateraliter disrumpens); latere seminifero tenui, membranaceo; altero incrassato, *Semina* ovoidea, oblonga, radicula hilo approximata — *Pedunculi* axillares; *flores* pallide rubentes in capitulo globoso sessiles (char. ex *Presl*, et *Gasp. in Rend. 1852. p. 185*).

1. T. STRICTUM. *Lin. sp. pl. 1085 — Bertol. fl. ital. 8. p. 99 —* T. laevigatum. *Desf. atl. 2. p. 196 — Ten. fl. nap. 5. p. 148.*

Ic. *Desf. l. c. t. 208.*

In herbosis sylvaticis apricis elatis; *selva dell' Ulicella presso monte Trippiti, ed in quella della sommità del monte Vezza.*

Majo, Junio. ⊙

*Planta* glaberrima, laete virens: *folia* serrulata, exquisite nervosa: *stipulae* scariosae, glanduloso-serratae: *capitula* parva, pedunculata; *pedunculis* petiolos subaequantibus: *flores* exteriores bracteolis brevissimis, emarginatis suffulti: *calycis* glaberrimi dentes triangulari-subulati; inferiore longiore, demum recurvo: *corollae* parvae, vix calyce longiores. Confer quae dixi in *syn. 2. p. 341.*

§ II. Amoria. *Presl l. c. p. 47.*

*Cal.* campanulatus, dentibus subulatis, duobus superioribus longioribus. *Pet.* post anthesim marcescentia; vexillo libero; alis carinaque tubo stamineo adnatis. *Styl.* filiformis, oblique insertus. *Legum.* calycem excedens, lineari-oblongum, compresso-torulosum, 2-4-spermum, subdehiscens—*Flores* albi, rosei, vel coerulei capitato-umbellati, pedicellati, post anthesim penduli; *pedicellis* saepissime basi bracteolatis.

2. T. nigrescens. *Viv. fl. ital. frag. 1. p. 12—Ten. fl. nap. 5. p. 151—Bertol. fl. ital. 8. p. 113.*

Ic. *Viv. l. c. t. 13.*

*b. polyanthemum*; caule diffuso, stipulis concoloribus, capitulis numerosissimis. *Ten. l. c.*—T. Vaillanti. *Ten. fl. nap. pr. p. 44*, et T. pallescens *fl. partic. di Nap. 2. p. 596.*

Ic. *Savi gior. Pis. t. 5*—Trifoliastrum pratense, corymbiferum, album, et procumbens. *Mich. gen. p. 27. t. 25. f. 6.*

In apricis pascuis, et ad vias ubique.

Martio, Majo. ⊙

*Flores* numerosi, albi, odori: *calyces* nervosi, uti tota planta glaberrimi, fauce denudata: *legumina* exerta, 4-spermia, margine superiore continuo, inferiore inter semina contracto.

3. T. repens. *Lin. sp. pl. 1080— Ten. fl. nap. 5. p. 150 — Bertol. fl. ital. 8. p. 106*, an. excl. var. *b.*?

Ic. *Fl. dan. 990*—Trifoliastrum pratense, corymbiferum, majus repens. *Mich. gen. t. 25. f. 1. et 4.*

In apricis pratis, et pascuis elatis, vel subdemissis; *da Fontana a S. Nicola, ed alla Pietra dell'acqua, monte Vetta, Barano, Moropane, Serrano, monte Vezza, Campagnano*, et in apertis sylvarum; *selve delle Falanghe, e di Catreca.*

Aprili, Octobri. ♃

Vulgo *Pratilli bianchi.*

*Caules* prostrati, radicantes, et uti folia glabri; *calyces* nervosi, fauce de-

nudati : *flores* albi, subinde carnei, demum rufescentes : *legumina* tosulosa, 3-4-spermia.

§ III. *Micranthemum*. *Presl l. c. p. 41.*

*Cal.* ovatus, ant tubulosus, nervoso-striatus, fauce aperta; dentibus aeqnalibus, rigidis, pungentibus. *Petal.* post anthesim marcescentia; vexillo tenuiter nervoso, libero; alis carinaque basi tubo stamineo connatis. *Styl.* terminalis, filiformis. *Legum.* ovale, calyce indurato inclusum, 1-2-spermum, indehiscens — *Capitul.* axillaria, sessilia, globosa, stipulis dilatatis subinvolucrata : *flores* parvi, rosei, aut albi.

4. T. glomeratum. *Lin. sp. pl. 1084 — Ten. fl. nap. 5. p. 148 — Bertol. fl. ital. 8. p. 117.*
Ic. T. parvum, erectum, flore glomerato cum unguiculis. *Bauh. hist. 2. p. 578.*
In apricis herbosis, etiam sylvarum ubique.
Aprili, Majo. ⊙
Glaberrimum, prostratum : *calycis* dentes ovati, acuminati, demum patenti-recurvi, *corollam* roseam subaequantes.

5. T. suffocatum. *Lin. mant. alt. p. 276—Ten. fl. nap. 5. p. 149—Bertol. fl. ital. 8. p. 119.*
Ic. *Jacq. hort. t. 60 — Brot. phyt. lusit. 1. p. 458. t. 64.*
In aridis apricis, et ad vias; *da Ischia al Bagno sull'Arso, e sulla strada da Casamicciola a Forio.*
Martio, Aprili. ⊙
Glaberrimum: *caules* terrae adpressi, brevissimi: *capitula* approximata, ab ipso radicis collo: *calycis* dentes lanceolati, falcato-recurvi, *corolla* alba minutissima duplo longiores.

§ IV. *Eutrifolium* ( Trifolia vera *Presl l. c. p. 48*).

*Cal.* ut plurimum hirsnti tubus ovatus, campanulatusque, fauce clausus; dente inferiore reliquis longiore. *Petal.* cum tubo stamineo usque supra medium connata, post anthesim decidua. *Styl.* filiformis, terminalis. *Legum.* calyce inclusum, ovato-subrotundum, 1-spermum, indehiscens—*Flor.* sessiles, ebracteati, rubri vel rosei, spicati aut capitati; capitulis spicisque sessilibus, aut pedunculatis.

1. *Spicae oblongo-conicae, terminales, pedunculatae.*

6. T. angustifolium. *Lin. sp. pl. 1083 — Ten. fl. nap. 5. p. 145 — Bertol. fl. ital. 8. p. 172.*
Ic. T. alopecurum, angustifolium, elatius. *Barr. ic. 698.*
In campis, et in collibus aridis passim.

Majo, Junio. ⊙

Undique piloso-hirsutum : *spicae* basi nudae, cylindraceo-conicae, demum elongatae : *calycis* nervosi, setoso-hirsuti laciniae subulatae, plumosae, demum patentes , infima *corollam* roseam subaequans.

7. T. INCARNATUM. *Lin. sp. pl. 1083 — Ten. fl. nap. 5. p. 140 — Bertol. fl. ital. 8. p. 178.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 748* — T. alopecurum, latifolium, spica longa. *Barr. ic. 697.*

In sylvis satis rarum, sed ex plantis cultis egressum.

Aprili, Majo. ⊙

Vulgo *Caporusso a Casamicciola.*

Raro in insula oeconomico uso colitur.

Molliter villosum : *spicae* basi nudae: *calycis* nervoso-hirsuti laciniae lanceolato-subulatae,demum patentes, *corolla* amoene sanguinea duplo breviores.

8. T. ARVENSE. *Lin. sp. pl. 1033 — Ten. fl. nap. 5. p. 141 — Bertol. fl. ital. 8. p. 175.*

*b. australe* ; foliolis emarginatis, laciniis calycinis longioribus , seminibus subglobosis, radicula vix prominula. *Ten. l. c.*— T. arvense, *a. Guss. syn. 2. p. 336.*

Ic. Lagopus angustifolia, minor, erectior. *Barr. ic. 901.*

*c.* caule procumbente, pedunculis folio triplo longioribus. *Ten. l. c.*

In campis, et in collibus sterilibus passim solae varietates *b.* et *c.*

Aprili, Majo. ⊙

Subsericeo-canescens : *spicae* villosissimae , oblongo-cylindraceae , basi nudae : *calycis* nervosi laciniae setaceae plumosae , demum patentes, subaequales, *corolla* parva pallide rosea duplo longiores. Confer. cl. *Ten.* l. c.

9. T. LIGUSTICUM. *Balb. act. Acc. ital. 1. p. 192—Ten. fl. nap. 5. p. 141— Bertol. fl. ital. 8. p. 152* — T. aristatum. *Link en. 2. p. 262* — T. arrectisetum. *Brot. phyt. lusit. p. 152.*

Ic. *Balb. l. c. t. 2 — Brot. l. c. t. 63.*

In sylvaticis apricis herbosis ubique.

Aprili, Majo. ⊙

*Caules* laxe patenter hirsuti : *folia* molliter pubescenti-pilosa : *spicae* elliptico-oblongae, saepe geminae; *calycis* nervosi laciniae subulatae, aequales, plumoso hirtae, erecto-patulae, *corolla* parva rubente longiores.

2. *Spicae breves ovato-conicae, axillares , vel terminales, sessiles.*

10. T. SCABRUM. *Lin. sp. pl. 1084 — Ten. fl. nap. 5. p. 147 — Bertol. fl. ital. 8. p. 124.*

Digitized by Google

Ic. T. minus, capite subrotundo parvo, albo, et echinato. *Barr. ic. 870.*
In collibus, ad vias, ad muros, et ad maceries passim.
Aprili, Majo. ⊙
Pubescenti-villosum: *capitula* parva, numerosa: *calycis* nervosi dentes lanceolati, rigidi, *corolla* parva albida longiores, exquisite uninerves, demum recurvi, infimus reliquis longior; faux coarctata.

11. T. Bocconi. *Savi Trifol. p. 37 — Ten. fl. nap. 5. p. 145 — Bertol. fl. ital. 8. p. 128.*
Ic. T. semiglabrum. *Brot. phyt. lusit. 1. p. 156. t. 63. f. 2* — T. nodiflorum, turbinatum. *Bocc. mus. p. 142. t. 104.*
In collibus herbosis, et in apricis sylvarum ubique.
Majo, Junio. ⊙
Glabratum: *capitula* oblonga, gemina, raro solitaria: *calycis* pubescentis nervosi dentes lanceolato-subulati, rigidi, mucronati, *corollam* rubellam aequantes, illa adpressi; faux clausa.

12. T. striatum. *Lin. sp. pl. 1085 — Ten. fl. nap. 5. p. 412 — Bertol. fl. ital. 8. p. 122*, excl. syn. T. tenuiflori *Ten.*
Ic. T. minus, villosum, purpureum, capite parvo echinato. *Barr. ic. 869.*
In sylvaticis cum praecedente.
Aprili, Majo. ⊙
Pubescenti-villosum: *capitula* ovata, axillaria et terminalia: *calycis* striati ac in fructu ventricosi dentes lanceolato-subulati, demum patentes, *corollam* carneam parum excedentes; faux annulo coarctata.

13. T. tenuiflorum. *Ten. fl. nap. 5. p. 141.*
T. villosum, caulibus erectis ascendentibusque, foliolis obcordatis, superioribus obovato-oblongis cuneatis, stipulis caudatis, capitulis oblongo-cylindraceis, calycibus striatis cylindricis, dentibus setaceo-spinescentibus subaequalibus, tubo ac corollae aequilongis demum erecto-patulis.
Ic. *Ten. l. c. t. 177. f. 1.*
*b. rigidum*; habitu robustiore, capitulis crassioribus, calycinis dentibus longius aristatis rigidioribus, infimo parum longiore.
In herbosis apricis etiam sylvarum; *monte Vetta, selva delle Falanghe, del Fasano, di Catreca, della Pera sopra Casamicciola, dell'Uticella, del Rotaro, di Campagnano, del monte Vezza*: var. *b.* *ne'seminati di monte Vetta.*
Majo, Junio. ⊙
*Stipulae* foliorum superiorum capitula involucrantes, albo-scariosae, nervis purpureis notatae: *capitula* fere omnia terminalia: *calycis* tubus cylindraceo-subinflatus, ad nervos rubentes hispidus, inter istos albidus ac scariosus; dentibus brevibus, viridibus, rectis, angustis, acutis, rigide spinulosis ac *corolla* pallide carnea brevioribus, carinam subaequantibus: *vexillum* plicatum, angustum, saepe apice denticulatum: *se-*

*mina* compressiuscula, rufescentia, levia— Var. *b*. *T*. *dalmaticum* refert, sed pubescentia aliena, et folia non exquisite ac concinne subtus nervosa, ut isto—Colui olim *in H. in Bocc.* plantam huic varietati similem nomine *T. conici* acceptam, sed ab isto prorsus aliena. A praecedente non separat Cl. *Bertol. in fl. ital. 8. p. 22*; sed confer quae adnotavi in *syn. 2. 327.*

3. *Capitula globosa, terminalia, pedunculata aut sessilia, et tunc stipulis involucrata.*

14. T. STELLATUM. *Lin. sp. pl. 1083 — Ten. fl. nap. 5. p. 142 — Bertol. fl. ital. 8. p. 134.*

Ic. Lagopus minor, erectus, capite globoso, stellato flore purpureo. *Barr. ic. 860.*

In apricis collibus, et ad muros.

Aprili, Majo. ☉

Molliter villosum: *capitula* longe pedunculata: *calycis* striati setoso-hirsuti laciniae lanceolato-acuminatae, acutissimae, *corollam* pallide carneam subaequantes, demum stellate-patentes; faux annulo calloso pilisque clausa.

15. T. PRATENSE. *Lin. sp. pl. 1082 — Ten. fl. nap. 5. p. 146 — Bertol. fl. ital. 8. p. 161.*

*b. inarimense;* floribus minoribus, pallidioribus; calycis fauce annulo pilorum obsita.

Ic. *nulla.*

In pascuis apricis sylvarum, et ad margines viarum in herbosis sola var. *b.*; *Valle del Crovone, selve di Campagnano, del monte Vezza, di Chiummano, di Pietra Sparaina, delle Falanghe, del Fasano, di Catreca, via di Barano, di Serrano, e di Fontana a S. Nicola, prateria del monte Vetta, e dalla sommità della valle di Buceto al Monte della Misericordia presso Casamicciola.*

Aprili, Octobri. ♃

Var. *b.* praeter characteres notatos a speciei typo recedit *habitu* graciliore; et in hac *calyces* albidi, pilis adpressis tecti, laciniis filiformibus ciliatis, rectis, tubo aequilongis; unico caeteris longiore, *corollae* gamopetalae tubum aequante, fauce calycis annulo pilorum obsita, non vero annulo tantum coarctata, ut in *T. pratense*: *legumen* operculatum uti in specie, et *T. sativo Reich.*: *semina* badia, subglobosa, non compressa— Calycinis laciniis erectis, et calycis fauce annulo pilorum clausa a *T. pratense* recedit, et hoc ultimo charactere, nec non capitulis sessilibus a *T. sativo* — An species propria? — Confer *Koch. syn. ed. 2. p. 184*, et *Reich. fl. germ. 2. p. 494.*

Digitized by Google

*Confer Koch. syn. ed. 2. p. 184* — An species propria?

16. T. LAPPACEUM. *Lin. sp. pl. 1082 — Ten. fl. nap. 5. p. 142 — Bertol. fl. ital. 8. p. 140.*

Ic. *Moris fl. sard. 1. p. 482. t. 62. f. 1* — T. nemorosum, capite ovato villoso rubescente. *Barr. ic. 871.*

In apricis herbosis; *Campagnano, Pieo, Cava di Buceto, e del Carusiello, Panza, seminati di Fontana, di Calimera, e del monte Vetta, Piano Liguori.*

Aprili, Majo. ⨀

Pilosum : *capitula* terminalia solitaria, basi nuda : *calycis* tubus nervosus, glaber ; dentes subaequales, patenter piloso-hispidi, *corollam* rubellam subaequantes : faux annulo pilorum clausa.

17. T. CHERLERI. *Lin. sp. pl. 1081 — Ten. fl. nap. 5. p. 142. — Bertol. fl. ital. 8. p. 137.*

Ic. *Moris fl. sard. 1. p. p. 480. t. 61* — Lagopus minor, supinus, molli et compresso capite. *Barr. ic. 859.*

In collibus aridis, et in herbosis elatis vel demissis ubique.

Aprili, Majo. ⨀

Molliter villoso-canescens : *capitula* solitaria, terminalia, basi involucrata, *calycis* nervosi dentes subaequales, plumosi, filiformes, *corollam* albam aequantes : faux pilis densis clausa.

### § V. GALEARIA. *Presl l. c. p. 49.*

*Cal.* bilabiatus, in fructu vesicarius, basi superne valde gibbus; labio superiore longiore, villoso, bidentato, post anthesim excrescente, et labium inferius 5-dentatum immutatum fornicis modo tegente. *Corol.* gamopetala, marcescens, decidua, cum tubo stamineo connata. *Styl.* oblique insertus, filiformis. *Legum.* obovato-subglobosum, 1-2-spermum, indehiscens, calyce reticulato-venoso multinervio inclusum—*Capit.* globosa, axillaria, pedunculata. *Flor.* sessiles, bractea suffulti, rosei, aut albidi.

18. T. FRAGIFERUM. *Lin. sp. pl. 1086 — Ten. fl. nap. 5. p. 152 — Bertol. fl. ital. 8. p. 189.*

Ic. *Fl. dan. t. 1042* — T. fragiferum, folio oblongo. *Vaill. bot. paris. t. 22. f. 2.*

In humentibus : *Ischia nell'orto della Mandria, Bagno presso al Lago, orti di Forio, Casamicciola al Monte della Misericordia.*

Majo, Junio. ♃

Glabrum, repens: *capitula* longe pedunculata: *calycis* pilosi dentes *corolla* rosea breviores.

19. T. RESUPINATUM. *Lin. sp. pl. 1086 — Ten. fl. nap. 5. p. 152—Bertol. fl. ital. 8. p. 185.*

Ic. *Sturm. fl. germ. 1. fasc. 16*—T. pratense, salmanticum. *Clus. hist. 2. p. 247.*

In apricis aridis, sed in humentibus magis obvium; *Ischia al Castello*, *e sull'Arso, Bagno, Castiglione, Casamicciola nel vallone del Bubù, Forio, Chiajano, Pieo ed alla Starza, Chianole del Testaccio, Campagnano.*

Aprili, Majo. ⊙

Glabrum, procumbens, non repens: *capitula* in pedunculis folia subaequantibus: *calycis* pilosi dentes *corolla* rosea resupinata 2-3-plo breviores.

§ VI. *Calycomorphon. Presl l. c. p. 50.*

*Calyc.* exteriores corolliferi, fertiles, in fructu campanulati, aperti, ab interioribus sterilibus linearibus post anthesim excrescentibus deflexisque involucrati; tubo tenuissime striato; dentibus setaceis, ciliatis, patentibus. *Corol.* gamopetala, cum tubo stamineo connata. *Styl.* terminalis, filiformis. *Legum.* subglobosum, 1-spermum. — *Pedunc.* axillares. *Flor.* albi, vexillo elongato.

20. T. subterraneum. *Lin. sp. pl. 1080 — Ten. fl. nap. 5. p. 140 — Bertol. fl. ital. 8. p. 132.*

*a. vulgare*; calycis sterilis dentibus glabris, foliis villosis.

Ic. *Riv. tetr. irr. t. 14* — T. pratense, supinum, catobleps, seu capite humifuso. *Barr. ic. 881.*

*aa. glabratum*; foliis glabris, intense virentibus.

*b. flagelliforme*; calycis sterilis dentibus glabris, caulibus flagelliformibus elongatis (2-3-pedalibus).

Var. *a.* ubique passim in apricis herbosis, et ad muros: var. *aa. al Castiglione ai lati del viottolo che scende al Bagnetiello*: var. *b.* in herbosis subarenosis elatis; *da Fontana a S. Nicola lungo la salita a dritta sotto al Telegrafo.*

Aprili, Majo; et ver. *b.* Majo, Junio. ⊙

In *a.* et *aa.* *foliola* aliquando nigro-maculata: *calyces* superne fissi; dentibus aequalibus, anguste-linearibus, ciliato-hirsutis, tubo corollae aequilongis aut brevioribus: *corolla* ex albo-luteola; *vexillo* surrecto, integro, vel saepius emarginato, venis parallelis pallide coerulescentibus picto; *alis* semipatentibus, concoloribus, carina longioribus, earum lamina ovali, integra: *legumen* et *semina*, uti in sequente varietate — In *b.* *calyces* latere superiore fissi; dentibus a tubo corollae ascendente demum inferne dejectis, et ibi invicem approximatis: *corollae* ut in praecedente: *legumen* glabrum, 1-spermum, oblique rhombeum, et saepius in quolibet capitulo unum aut alterum perfectum: *semina* fere globoso-ovata, levissima, nitide nigra, radicula prominula: *odor* totius plantae *Cucumis sativi* similis — Quoad bracteas, et calycis dentes confer Cl. *Savi Trif. in obs. p. 14.*

§ VII. *Chronosemium. Ser. in Dec. pr. 2. p. 204* — Amarenus. *Presl l. c. p. 46.*

*Cal.* scariosi tubus brevis; faux aperta; dentes duo superiores ovato-lanceolati, breviores, inferiores subulati. *Petal.* libera, persistentia, longitudinaliter plicato-striata. *Styl.* obliquus, brevis, apice incurvus. *Legum* stipitatum, obovatum, compressum, 1-spermum—*Pedunc.* axillares. *Flor.* capitato-spicati, lutei, aut purpurei, brevissime pedicellati, post anthesim penduli, et petala tunc ut plurimum badia.

21\. T. agrarium. *Lin. sp. pl. 1087!* ex observ. *Willem. et Godr. revv. de Trefl. p. 23!* — T. procumbens. *Smith britt. 2. p. 792* — *Ten. fl. nap. 5. p. 154* — *Bertol. fl. ital. 8. p. 198* — T. campestre. *Guss. syn. 2. p. 346* — T. procumbens, *b. minus. Koch syn. ed. 2. p. 195.*

Ic. T. Lupulinum. *Riv. tetr. irr. t. 10. f. 1.* — Melilotus, qui T. pratense, luteum, capitulo Lupuli, vel agrarium. *Vaill. bot. paris t. 22. f. 3,* optima !

In herbosis aprieis, etiam sylvarum ubique.

Aprili, Majo. ⊙

Glabrum, procumbens : *capitula* parva in pedunculis folia aequantibus superantibusque : *calycis* dentes inferiores apice sparse pilosi : *corollae* parvae, ex luteo-sulphureae, demum fusco-spadiceae; vexillo sulcato, denticulato. Confer pro hac specie ita controversa Cl. *Willem.* et *Godr.* l. c., nec non *Bertol. l. c.*

22\. T. filiforme. *Lin. sp. pl. 1088* — *Willem. et Godr. l. c. p. 3, ad 11, et p. 19* — *Ten. fl. nap. 5. p. 155* — *Bertol fl. ital. 8. p. 206* — *Smith engl. fl. ed. 2. v. 3. p. 3101* — T. micranthum. *Viv. fl. lyb. specim. p. 45* — *Dec. pr. 2. p. 207.*

Ic. *Viv. l. c. t. 19. f. 3* — T. lupulinum, minimum. *Raj syn. p. 351. t. 14. f. 4 !* — Trifolium pratense, lupulinum, luteum, erectum, minus ! caule tenuissimo vix se sustinente. *Mich. gen. p. 26. n. 7. t. 25. f. 8.*

In pascuis humentibus ; *nella prateria presso al lago del Bagno,* sed nunc fere destructum.

Aprili, Majo. ⊙

*Planta* gracilis, glabra: *pedunculi* capillares, 5-5-flori : *flores* omnium hujus sectionis minores, pedicellati; *pedicellis* calycis tubum superantibus, primo erecti, inde cernui; *vexillo* levi, non sulcato, nec reflexo: *legumen* breviter pedicellatum, calycem excedens, *stylo* brevi recurvo persistente terminatum—Ex *Koch, Coss. et Germ.* T. minus *Smith l. c. p. 310,* est verum *T. filiforme. Lin.* et inde *T. micranthum Viv.* species propria; at potiori jure ex *Willem.* et *Godr.* l. c. quoad descriptionem Linnaeanam , ( nec non ex observatione *Hartm. 1851 p. 287.* in pl. herb. *Lin.*

Digitized by Google

est forma pauciflora T. *filiformis* recentiorum) *T. filiforme Lin.* a *T. micrantho* non differt, et T. minus *Smith* ad *T. procumbentem* est referendum.

### 79. LOTUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1212.*

1. L. TOMENTOSUS. *Rhode* in *Schrad. journ. 1800. p. 42*, in notis — L. sericeus. *Dec. cat. H. Monsp. p. 122*, in notis — L. intermedius. *Ten. fl. partic. di Nap. 1. p. 607* — Dorycnium hirsutum, *b. incanum Ser. in Dec. pr. 2. p. 208*—Bonjeannia hirsuta, *b. incana. Koch syn. ed. 2. p. 196.*

   L. villis adpressis sericeo-incanus multicaulis suffruticosus, foliolis foliorum inferiorum obovato-cuneatis, superiorum oblongo vel lanceolato-cuneatis acutiusculis, stipulis oblique ovatis, pedunculis folio longioribus, bracteis ternatis, foliolis lanceolatis acutis calycinos dentes lanceolatos subaequantibus, floribus capitatis, leguminibus turgidis cylindraceo-oblongis calycem excedentibus.

   Ic. *nulla.*

   In rupestribus aridis, nec non in sylvaticis apricis passim.

   Majo, Junio. ♄

   *Caules* ramosissimi, caespitosi, 1-2 1/2 pedales: *folia* inferiora valde approximata: *pedunculi* folium subjectum parum excedentes: *capitula* densa, multiflora: *calyces* hirsuti, brevissime pedicellati, tubulosi, obsolete nervosi, a medio ad apicem rubentes, caeterum virentes, 2-labiato-5-dentati; dentibus acutis, tubum aequantibus, saepe rubentibus; duobus superioribus latioribus, brevioribusque: *corollae* vexillum album, canaliculato-concavum, surrectum, emarginatum, ad carinam superne rubescens; *alae* albae, vexillo breviores, latere superiore conniventes, demum *carinam* breviorem occultantes, bulla transversali convexa instructae, quae subtus villosa, ac baseos dente obtuso cavo donata: *carina* obtusiuscula, a medio ad apicem nitide fusca ac puberula, 2-petala; *petalis* a basi ad medium liberis, inter se distantibus: *stylus* ascendens, virescens, glabriusculum; *stigmate* albido, capitato: *legumen* glabrum, virescens, punctis impressis notatum, *stylo* mucronulatum: *semina* viridula, levia.

2. L. PARVIFLORUS. *Desf. atl. 2. p. 206 — Bertol. fl. ital. 8. p. 231* — Dorycnium parviflorum. *Dec. pr. 2. p. 208—Ten. fl. nap. 5. p. 157.*

   Ic. *Desf. l. c. t. 211 — Dec. ic. pl. Gall. rar. t. 30.*

   In apricis herbosis sylvarum, et aliquando in cultis arenosis inter segetes.

   Majo, Junio. ⊙

Planta undique villis mollibus albis tecta, ideoque saepe canescens: *flores* sulphurei, parvi: *legumen* calycem semel superans, pro quo charactere ad *Dorychnia* relatus.

3. L. EDULIS. *Lin. sp. pl. 1090 — Ten. fl. nap. 5. p. 158 — Bertol. fl. ital. 8. p. 215.*

Ic. *Cav. ic. 2. t. 157* — Trifolium corniculatum, creticum. *Alp. exot. t. 268.*

*b. villosus*; undique pilis raris mollibus tectus.

In apricis collibus, et in lapidosis herbosis ubique; *da Pietra Sparaina al mare;* var. *b.* in herbosis, vel in rupestribus maritimis.

Martio, Majo. ⊙

Decumbens: *folia* glabriuscula, virentia: *pedunculi* 1-raro-2-flori, elongati: *flores* lutei: *legumina* turgida, carnosa, teretia, incurva, rostrata.

4. L. ORNITHOPODIOIDES. *Lin. sp. pl. 1091 — Ten. fl. nap. 5. p. 161 — Bertol. fl. ital. 8. p. 233.*

Ic. *Cav. ic. 2. t. 163* — L. siliqua arcuata. *Riv. tetr. irr. t. 77.*

In aridis, et in arenosis herbosis ubique.

Martio, Majo. ⊙

Pubescens, decumbens: *calycis* dens inferior intermedius longior, et angustior; duo laterales brevissimi, fere setacei: *flores* lutei: *vexillum* emarginatum: *carina* apice mucronulata: *legumina* compressa, arcuata.

5. L. PILOSISSIMUS. *Poir. dict. enc. supp. 3. p. 504 — Ten. fl. nap. 5. p. 159.*

Ic. *nulla.*

In sylvaticis herbosis, et ad vaporaria in bumentibus; *selve di Chiummano, del Vataliero, di monte Vetta, Punta dell'Imperatore presso Forio, alla stufa del Cacciuto, ed alle fumarole del Mortito presso Casamicciola, presso quelle elevate delle Falanghe, del Fico e del Fango sopra al Lacco; in quelle nella contrada del Bell'Omo sopra Forio.*

Aprili, Majo. ⊙

*Semina* levia, ovalia, viridula: *habitus* sequentis, sed robustior, et flores 3-4 in summitate pedunculi — *L. hispido* quoque proximus (pro quo confer *Bertol. fl. ital. 8. p. 230*), sed floribus paucioribus, bracteis lanceolatis; leguminibus angustioribus longioribusque recedit; praeterea flores in hoc siccando virescunt, dum in *L. hispido* nigrescunt.

6. L. ANGUSTISSIMUS. *Lin. sp. pl. 1090 — Ten. fl. nap. 5. p. 158*, an excl. var. *b.* — *Bertol. fl. ital. 8. p. 228.*

Ic. L. gracilis. *Wald. et Kit. pl. rar. Hung. 2. t. 229* — L. corniculatus, siliquis singularibus, seu binis, tenuis. *Bauh. hist. 2. p. 356.*

*b. ciliatus*; obscure virens, parce ramosus, caule subpedali prostrato, foliis glabratis ciliatis, leguminibus crassiusculis compressis rectis elongatis pollicaribus (1-lin. latis). *Ten. l. c. var. c.* — L. ciliatus. *Ten. syll. p. 370*, ex ipso — *Dec. pr. 2. p. 219.*

Digitized by Google

In apricis herbosis sylvarum ; ad agrorum margines herbosos arenosos ; *Punta dell'Imperatore presso Forio*, *Guardiola di S. Gennaro presso Panza*; et ad vaporaria, *stufa del Cacciuto presso Casamicciola*.

Majo, Junio. ⊙

Patenter pilosus, decumbens vel ascendens : *pedunculi* 1-2-flori, folio longiores : *flores* lutei, parvi : *legumina* teretia, patentia, gracilia, matura saepius nigra.

7. L. CYTISOIDES. *Lin. sp. pl. 1092 — Ten. fl. nap. 5. p. 217 — Bertol. fl. ital. 8. p. 216*, excl. plur. syn.

Ic. L. siliquosa, maritima, lutea, Cytisi facie. *Barr. ic. 1031.*

In rupestribus, et lapidosis maritimis passim.

Aprili, Majo. ♃ et basi ♄

Diffusus, sempervirens, adpresse sericeo-canescens, demum glabratus glaucescens : *folia* crassiuscula : *pedunculi* elongati, 3-9-flori: *flores* aurei, capitati : *legumina* recta, teretia, patentia, demum sacpe fusca.

### 80. PSORALEA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1210.*

1. P. BITUMINOSA. *Lin. sp. pl. 1075 — Ten. fl. nap. 5. p. 134 — Bertol. fl. ital. 8. p. 77.*

Ic. Trifolium bituminosum. *Riv. tetr. irr. t. 15*, optima — T. asphaltites. *Matth. comm. 2. p. 188.*

*b. albiflora* ; floribus albis, carina tantum coerulescente.

*c. angustifolia*; foliolis ex ovata basi sublanceolatis. *Ten. l. c. var. α.*

In rupibus, ad muros, et aliquando in fruticetis lapidosis, tam in elatis, quam in demissis: var. *a.* ubique: var. *b. nelle rupi sotto S. Nicola* rara ; var. *c.* in aridis saxosis demissis.

Aprili, ad Octobrem. ♃, et basi. ♄

Sempervirens, suffrutescens, adpresse pubescens, interque pubescentiam glandulosa, ingrate bitumen redolens : *flores* in *pedunculo* elongato capitati, in *a.*, et *c.* coerulei : *legumen* ovale, calyce brevius, hirsutum.

### 81. COLUTEA.

*Brown. in H. Kew. ed. 2. v. 4. p. 325.*

1. C. ARBORESCENS. *Lin. sp. pl. 1045 — Ten. fl. nap. 2. p. 151 — Bertol. fl. ital. 7. p. 569.*

Ic. *Duham. arb. ed. 2. v. 1. t. 22*— Colutea. *Matth. comm. 2. p. 140.*

In sylvaticis demissis vel elatis, umbrosis, aut apertis ; *salita del monte*

*Vetta alle Petrelle, discesa da Catreca a Casamicciola, Cavone delle Nocelle, costa del Pignatiello, selve del monte Vezza, di Chiummano, e del Castiglione a Pietra Vona,* ubi vero rara.

Majo, Junio. ♄

Vulgo *Ravajuolo mascolo.*

*Frutex* erectus, glaber, laete virens: *flores* lutei, cernui, in *pedunculis* folio brevioribus racemosi: *legumen* semiellipticum, inflato-ventricosum, demum scariosum.

### 82. ASTRAGALUS.

*Dec. astrag. n. V. ed. maj. p. 22, ac 79, et. pr. 2. p. 281.*

1. A. HAMOSUS. *Lin. sp. pl. 1067 — Ten. fl. nap. 5. p. 131 — Bertol. fl. ital. 8. p. 58.*

Ic. A. siliqua curva. *Riv. tetr. irr. t. 107,* optima — A. monspeliacus. *Clus. hist. 2. p. 234.*

In herbosis apricis ubique a summitate montis ad litus.

Aprili, Majo. ⨀

Adpresse piloso-canescens, subdiffusus: *flores* ex albo-ochroleuci, in *pedunculis* folio brevioribus racemosi: *legumina* subulata, teretia, demum dependentia, et incurvata.

2. A. GLYCIPHYLLOS. *Lin. sp. pl. 1067— Ten. fl. nap. 5 p. 132—Bertol. fl. ital. 8. p. 60.*

*b. setiger*; procumbens lacte virens, foliolis foliorum inferiorum suborbiculatis, reliquorum ovalibus, omnibus obtusis retusisque cauleque glabriusculis, stipulis distinctis oblongo-lanceolatis apice attenuatis, pedunculis folio brevioribus, spicis oblongis, bracteis filiformibus pedicellum superantibus rachide pedunculis calycibusque setis adpressis sparsis nigris obductis, leguminibus glabris crassis acutis semiterctibus ad suturam inferiorem profunde sulcatis rectis demum incurvatis.

Ic. *nulla.*

In sylvaticis, et ad sepes umbrosas; *selve di Campagnano, di Chiummano, del monte Vezza, delle Falanghe, di Catreca, e del Fasano, Cavone delle Nocelle, salita dal Rotaro a Buceto ne'siti aperti delle selve.*

Majo, Junio. ♃

*Caules* flexuosi, elongati: *stipulae* 4-6 lin. longae, aliquando fere semilanceolatae: *folia* 4-5-juga; *foliolis* 1 1/2-2-pollicaribus, poll. latis, subtus pallidis, et ad nervos pubescentibus: *pedunculi* 2-3-pollicares, tenue striati: *spicae* densae, pollicem vel sesquipollicem longae: *bracteae* virentes, demum patentes: *pedicelli* crassi, vix lin. longi: *calycis* dentes ex triangulari basi attenuato-acuminati; tres inferiores lon-

giores, tubum calycinum basi obliquum subaequantes ; duo superiores illis breviores, sinu lato semicirculari inter illos interjecto : *flores* triste virentes ; *vexillum* 6-lin. longum, fere explanatum, externe virescens, interne lineis saturatioribus notatum, apice bilobum, lobis obtusis ; *alae* apice conniventes, ibique fuscae, carinam (apice quoque fuscam) includentes, basi ungue altero ovali obtuso brevissimo cum carina connexis, altero albido anguste lineari-elongato calyci inserta : *carina* dipetala, basi quoad ungues alis similis : *legumina* pollicem et ultra longa, matura incrassata, diametro nempe 2-lineari, conferta, stylo acuminata, primum recta ac erecta, inde incurva, et apice inter se conniventia.

Varietas ista a vero *A. glyciphyllo* recedit praesertim hirsutie calycis et bractearum ; siquidem partes istae in illo glabrae aut sparsae hirsutiusculae ; in nostro setis nigris adpressis conspersae, praesertim dentes calycini eorumque sinus. An species propria ?, et tunc *A. setiger*, appellanda.

### 83. BISERRULA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1209.*

1. B. Pelecinus. *Lin. sp. pl. 1073—Ten. fl. nap. 5. p. 123—Bertol. fl. ital. 8. p. 75— Guss. pl. rar. p. 305.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 622* — Securidaca peregrina. *Clus. hist. 2. p. 238.*

In apricis collibus arenosis herbosis, vel ad maceries in herbosis ; *sopra i muri a secco nella strada dal Crovone al pennino di Belvedere, ed in quelli da Chiajano al pennino del Cantariello prima di discendere ; Testaccio al Vataliero nella strada al sud, e presso la prima casetta a sinistra, presso il Telegrafo di Pietra Sparaina, e sotto S. Nicola, Lacco al monte Vico nel piano dell'arenella.*

Aprili, Majo. ⊙

Pubescens, subcanescens, diffusa : *flores* minuti, coerulei, in *pedunculis* folio brevioribus racemoso-capitati : *legumina* depresso-plana, margine eleganter denticulata.

### 84. SCORPIURUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1201.*

1. S. subvillosa. *Lin. sp. pl. 1050 — Ten. fl. nap. 5. p. 126—Bertol. fl. ital. 7. p. 608.*

Ic. *Schk. t. 208* e *Koch* — Campoides hispida. *Riv. tetr. irr. t. 97.*

In apricis herbosis, et inter segetes, passim ab elatis ad demissa ubique.

Digitized by Google

Majo, Junio. ⊙

Glabra, decumbens: *folia* simplicia: *flores* parvi, flavi, in pedunculis elongatis umbellati, cernui: *lomenta* spinis confertis rigidis subuncinatis tecta.

## 85. CORONILLA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1108.*

1. C. Emerus. *Lin. sp. pl. 1046 — Ten. fl. nap. 5. p. 123 — Bertol. fl. ital. 7. p. 575.*

Ic. *Duham. arb. ed. 2. vol. 4. t. 31* — Colutea scorpioides 1, elatior. *Clus. hist. 1. p. 27.*

In silvaticis, et ad sepes ubique.

Februario, Martio. ♄

Vulgo *Ravajuoli.*

*Frutex* glaberrimus, sempervirens; *flores* lutei, inodori, in umbellis longe pedunculati: *lomenta* teretia, striata, mucronatá, pendula.

Pastores asserunt lactis copiam valde augeri, dum Capreae ramos teneros et folia hujus plantae, quos avide appetunt, comedunt.

2. C. scorpioides. *Koch syn. ed. 2. p. 209* — Ornithopus scorpioides. *Lin. sp. pl. 1049 — Ten. fl. nap. 5. p. 126* — Astrolobium scorpioides. *Bertol. fl. ital. 7. p. 589*, excl. var. *b.*

Ic. Ornithopus scorpioides. *Cav. ic. 1. p. 26. t. 37* — Scorpioides Matthioli. *Dod. pempt. p. 71.*

In collibus, et in cultis subargillosis elatis, vel demissis passim.

Aprili, Majo. ⊙

Herbacea, glabra, glaucescens: *folia* ternata, impari foliolo maximo: *flores* lutei, parvi, 1-4 in extremitate pedunculi: *legumina* tetragona, arcuata — Species ista cum *C. repanda* ( Ornithopo repando *Viv.*) non est confundenda; siquidem, ut de reliquis sileam, folia in *C. scorpioide* nunquam pinnata ut in illa!

## 86. ORNITHOPUS.

*Desv. Journ. bot. 3. p. 121 — Dec. pr. 2. p. 311.*

1. O. compressus. *Lin. sp. pl. 1049— Ten. fl. nap. 5. p. 125 — Bertol. fl. ital. 7. p. 595.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 714* — Scorpioides leguminosa. *Dalech. hist. p.493.*

In apricis herbosis ubique.

Martio, Aprili. ⊙

Villoso-canescens: *flores* lutei, parvi, 2-3 in apice pedunculi, bractea palmata suffulti: *lomenta* compressa, longe mucronata, ex apice pedunculi pendula.

### 87. ASTROLOBIUM.

*Desv. journ. bot. 3. p. 121 — Dec. pr. 2. p. 311, excl. nonn. spec.*

1. A. EBRACTEATUM. *Dec. l. c. — Bertol. fl. ital. 7. p. 332* — Ornithopus ebracteatus. *Brot. fl. lusit. 2. p. 150 — Ten. fl. nap. 5. p. 125.*
   Ic. *Loisel. fl. gall. ed. 2. v. 2. t. 13* — Ornithopodium Pena. *Dalech. hist. 1. p. 187. f. 1.*
   In aridis herbosis, et in apricis herbosis silvarum passim.
   Aprili, Majo. ⊙
   *Planta* glaberrima; *flores* exigui, flavi, 1-3 in apice pedunculi, bractea simplici brevissima suffulti: *lomenta* teretia, arcuata.

### 88. CICER.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1189.*

1. C. ARIETINUM. *Lin. sp. pl. 1040 — Bertol. fl. ital. 7. p. 543.*
   Ic. *Lam. ill. gen. t. 632* — Cicer. *Riv. tetr. irr. t. 20* — C. nigrum. *Fuchs. hist. 267.*
   Colitur.
   Aprili, Majo. ⊙
   Vulgo *Cecere.*

### 89. VICIA.

*Guss. syn. 2. p. 280.*

§ 1. *Pedunculis elongatis.*

1. V. AMBIGUA. *Guss. syn. 2. p. 294.*
   V. glabra, foliis 4-8-jugis, foliolis ellipticis oblongisque obtusis mucronulatis, stipulis lanceolato-semisagittatis basi saepe dentatis, supremis altera lanceolata, pedunculis 6-16-floris folio longioribus, floribus secundis laxiusculis ( majusculis, alis apice maculatis ) leguminibus compressis oblongo-ovalibus, seminibus globosis atrofuscis subvelutinis.
   Ic. *nulla.*
   *b. concolor*; foliolis angustioribus acutioribusque, floribus concoloribus.
   In silvaticis boream spectantibus ; *selve del Fasano, delle Falanghe, e di*

*Catreca*, *Cava di Buceto*, *via della Cava della Fontana sopra Casamicciola*, *Lacco al monte Vico*; var. *b*. ibi *al Cantariello*.

Majo, Junio. ⊙

Vulgo *Vezza*, una cum sequentibus.

In var. *b*. *calyx* superne uti corolla coeruleus, et glabratus, basi saccatus, inferne adpresse pubescens ac virescens; dentes duo superiores brevissimi, glabri, acuti, ac aristati, conniventes, sinu fere orbiculari inter illos remanente; tres inferiores longiores, tubo aequilongi, virentes, lanceolato-lineares, acuminati, ciliati: *corollae* amoene coeruleae; *vexillo* surrecto, integerrimo, nervoso; *alis* conniventibus, parallelis, oblongis, carinam occultantibus, illam duplo excedentibus, ungue albido: *carina* cum alis connexa, marginibus ad apicem maculatis: *legumina* 4—5 lin. lata, 13—17 longa: *semina* hilo brevissimo, albido, vix lin. longo.

A sequente cui valde affinis, et cum qua facile commutatur, dignoscitur; *floribus* majoribus, latioribusque: *vexillo* lato, fere emarginato-bilobo; alis ad apicem albo-maculatis (excepta var. *b*.), quae in illa concolores: *legumina* in utrisque similia; tamen in hac longiora et latiora sunt. Multo minus cum *V. pseudo-cracca* associari potest, uti facit *Bertol. in fl. ital. 7. p. 484*, siquidem leguminum charactere omnino aliena est; et si ipse Cl. auctor sequentem a *V. pseudo-cracca* separat, potiori jure et ista nostra ab illa sejungenda est—Var. *b*. ob vexilli latitudinem cum sequente non commutanda.

2. V. DASYCARPA. *Ten. fl. nap. 5. p. 116 — Bertol. fl. ital. 7. p. 484.*

V. glabra, foliis 6-10-jugis, foliolis oblongo-lanceolatis acutiusculis obtusisque mucronulatis, stipulis lanceolato-semisagittatis, supremis altera lanceolata, pedunculis multifloris folio longioribus, floribus approximatis secundis (alis concoloribus), legumiuibus compressis oblongo-ovalibus, seminibus globosis subvelutinis.

Ic. *Ten. l. c. t. 244*, sed flores quoad magnitudinem alarum magis praecedentem referunt.

Ad sepes in apricis; *monte Vetta alle Petrelle*, *da Barano a S. Nicola*, *Casamicciola*, *Lacco*, *Forio*.

Majo, Junio. ⊙

*Calycis* dentes duo superiores triangulares, acuti, sinu semicirculari inter illos remanenta; tres inferiores duplo longiores, lanceolato-acuminati, intermedio reliquis longiore: *vexillum* leviter emarginatum: *alae* concolores, et quam in praecedente angustiores, uti *racemi* densiores quam in illa.

3. V. PSEUDO-CRACCA. *Bertol. amoen. ital. p. 90, et fl. ital. 7. p. 487* excl. syn. *V. ambiguae* — *Ten. fl. nap. 5. p. 117.*

Ic. *nulla*.

In apricis herbosis, et in arenosis vulgatissima.

Martio, Majo. ⊙

Variat *foliolis* glabratis ac virentibus, aut villoso-incanis, obtusis acutisque: *floribus* plus minusque intense coeruleis; tamen varietatem floribus albis in hac insula non vidi—*Leguminibus* duplo fere angustioribus (2-3-lin. latis, 8-12 longis), et utrinque valde convexis a duabus praecedentibus diversissima, et *semina* globosa, nigra, ac velutina fere duplo minora.

4. V. MONANTHOS. *Desf. atl. 2. p. 165,* non *Retz,* nec *Willd.— Bertol. fl. ital. 7. p. 503* — Ervum monanthos. *Lin. sp. pl. 1040 — Ten. fl. nap. 5. p. 123.*

Ic. *Sturm. fl. germ. fasc. 32.*

Colitur in arenosis apricis passim, ita ut nunc fere spontanea ad agrorum margines prope *Fontana.*

Aprili, Majo. ⊙

Vulgo *Apici.*

5. V. BITHYNICA. *Lin. sp. pl. 1038 — Ten. fl. nap. 5. p. 114 — Bertol. fl. ital. 7. p. 459.*

Ic. *All. pedem. t. 26. f. 2 — Jacq. H. Vind. 2. t. 147.*

In silvaticis ubique ab elatis ad litus.

Aprili, Majo. ⊙

*Flores* coerulei, carina alba: *semina* globosa, levia, ex viridi-rufescentia, varie fusco vel nigro-maculata; hilo brevi, sordide albido.

6. V. DISPERMA. *Dec. pr. 2. p. 359 — Ten. fl. nap. 5. p. 115 — Bertol. fl. ital. 7. p. 501.*

Ic. Ervum parviflorum. *Moris fl. sard. 1. p. 570, t. 71.*

Ad sepes in apricis herbosis, et ad muros; *Ischia al Castello, discesa da Campagnano a S. Antonio, da Chiajano a Pieo ed al Pennino del Cantariello, Testaccio al Vataliero, sopra i muri della via dal Belvedere al Crovone, stufa del Cacciuto ed al Mortito, muri di Casamicciola, del Lacco, monte Vico, coste basse della Serra scendendo alla contrada del Bell'Omo sopra Forio, Punta di S. Angelo.*

Aprili, Majo ⊙

*Pedunculi* in fertilibus saepius multiflori, sed *legumina* perfecta ad summum tria in quolibet racemo: *calycis* dentes duo superiores breviores, sinu lato inter illos remanente: *corollae* parvae: *vexillum* emarginato-bilobum; lobis rotundatis, surrectis: *alae* vexillo breviores, earum marginibus inferne inter se invicem remotis, superne vero inter se approximatae, et in fornicis formam cohaerentes, sub quibus *carina* brevior apice atropurpureo-maculata reconditur: *legumina* 3-lin. lata, 5-lin. longa: *semina* globosa, rufescentia, varie nigro-maculata; hilo albo.

7. V. BIEBERSTEINII. *Guss. syn. 2. p. 237* — Ervum Biebersteinii. *Guss. pr. 2. p. 445 — Ten. fl. nap. 5. p. 122.*

V. foliis adpresse pubescentibus, inferioribus cirrhosis 2-3-jugis, folio-

Digitized by Google

lis ovalibus oblongisque obtusis, superioribus cirrho simplici terminatis 4-6-jugis, foliolis oblongis mucronulatis, stipulis integris inferioribus semisagittatis superioribus linearibus, pedunculis folio longioribus, calycinis dentibus lanceolato-acuminatis, leguminibus 4-6-spermis anguste linearibus, seminibus subglobosis.

Ic. *nulla*.

Ad silvarum, et vinearum margines; *Ischia al Castello*, *Campagnano*, *Bagno*, *Casamicciola*, *Lacco*.

Aprili, Majo. ⊙

Cum sequente, vel cum *V. tetrasperma* a plerisque confusa; sed confer quae notavi de istis speciebus in *syn. l. c.*

8. V. GRACILIS. *Loisel. fl. gall. ed. 1. p. 460, et ed. 2. v. 2. p. 148*—Ervum tenuissimum. *Pers. syn. 2. p. 309* — *Ten. fl. nap. 5. p. 122* — E. longifolium. *Ten. fl. nap. pr. p. 59*, ex ipso.

Ic. *Loisel. l. c. t. 12.*

In silvaticis apricis, et inter segetes in elatis; *monte Vetta*, *Jetto e Fontana ne' seminati*, sed potius rara.

Aprili, Majo. ⊙

A *V. tetrasperma* hanc et praecedentem non separat Cl. *Bertol. in fl. ital. 7. p. 533;* tamen pedunculi in hac et in praecedente folia duplo superant; in *V. tetrasperma* uniflori, et folia subaequant. Confer *Koch syn. ed. 2. p. 219.*

9. V. HIRSUTA. *Babignt. mem. p. 78*—Ervum hirsutum. *Lin. sp. pl. 1039*— *Ten. fl. nap. 5. p. 122* — *Bertol. fl. ital. 7. p. 536.*

Ic. *Fl. dan. 639* — Cracca minor. *Riv. tetr. irr. t. 54*, optima.

In silvaticis, et ad sepes passim.

Martio, Majo. ⊙

*Flores* inter omnes alias species inarimenses minimi.

§ II. *Floribus subsessilibus.*

*a. luteis.*

10. V. HIRSUTISSIMA. *Cyr. cat. ined. ex Ten. fl. nap. 5. p. 119*, et V. hirta, *fl. partic. di Napol. p. 578*, ex ipso.

V. undique pilis rigidis hirta, foliolis lineari-lanceolatis elongatis acutis mucronatis, stipulis infimis bipartitis intactis supremis ovatis maculatis, floribus solitariis (luteis), vexillo glabro, leguminibus elliptico-oblongis compressis reticulatis hirsutissimis, seminibus subglobosis nigropurpureoque variegatis concoloribusque, hilo fusco elliptico.

Ic. *nulla*.

Inter segetes in elatis; *seminati di Fontana*, *di Calimera*, *di Serrano*, *della Pierra dell'acqua*, *delle Falanghe*, *del Fasano*, *di monte Vetta*.

Majo, Junio. ⊙

*Flores* pallide lutei: pili rigidi, ac fulvi leguminum tuberculo insident.

Cl. *Bertol. in fl. ital. 7. p. 524* a *V. hirta* non separat, sed characteres qui ex ipso ludibundi, mihi constantes videntur.

11. V. HYBRIDA. *Lin. sp. pl. 1037 — Ten. fl. nap. 5. p. 120 — Bertol. fl. ital. 7. p. 527.*

Ic. *Jacq. H. Vind. 2. t. 68* — V. silvestris, lutea, cum galea fusca. *Bauh. hist. 2. p. 314.*

In silvaticis, et ad sepes in elatis aut demissis; *S. Nicola, monte Vetta, Pietra dell'acqua, alle Falanghe, al Fasano, a Catreca, alla Bocca e coste della Serra sopra Forio, Serrano, Moropane, Chiajano al Penino dello Cantariello, Testaccio al Vataliero, Lacco al monte Vico, e nella strada di S. Montano, Ischia al Castello.*

Majo, Junio. ⊙

*Folia* molliter adpresseque pubescentia: *flores* pallide lutescentes; vexillo externe villoso, alas angustas subaequante: *legumina* oblongo-elliptica, rostrata, pilosa; pilis rigidis tuberculo insidentibus: *semina* globosa, omnino atra, vel fusca et maculata; hilo oblongo, cinereo.

*b. albido-coeruleis.*

12. V. FABA. *Lin. sp. pl. 1039* — Faba vulgaris. *Dec. pr. 2. p. 354.*

Ic. *Blackw. herb. t. 19* — Bona, seu Phaseolus. *Dod. pempt. 513* — Faba. *Riv. tetr. irr. t. 23.*

Colitur.

Februario, Aprili. ⊙

Sequentes varietates coluntur.

*a. major*; seminibus magnis, valde compressis.
*Fave ortolane.*

*b. minor;* seminibus parvis, tereti-depressis.

Ic. Faba minor. *Riv. l. c. t. 24.*
*Favicelle*, o *Canzanelle.*

13. V. NARBONENSIS. *Lin. sp. pl. 1038 — Ten. fl. nap. 5. 121 — Bertol. fl. ital. 7. p. 508*, excl. syn. *V. serratifoliae.*

Ic. Faba silvestris. *Riv. tetr. irr. t. 58*, optima — *Dod. pempt. 516.*

In cultis elatis, vel in herbosis apricis; *salita dalle Petrelle al monte Vetta*, sed satis rara.

Majo, Junio. ⊙

*Foliola* in hac latiora, quam in reliquis omnibus.

14. V. MACROCARPA. *Bertol. fl. ital. 7. p. 511* — V. sativa, *b. macrocarpa. Moris fl. sard. 1. p. 554 — Ten. fl. nap. 5. p. 117* — V. sativa. *Guss. syn. 2. p. 281.*

V. caule subscandente, foliis pubescentibus, foliolis mucronatis cuneatis, inferiorum obcordatis superiorum obovato-oblongis obtusis (raro emarginato-truncatis), stipulis laciniato-dentatis, supremis semisagittatis notatis, leguminibus glabratis late-linearibus teretibus exquisite nervosis patulis (1-2), seminibus majusculis globosis.

Ic. Vicia. *Riv. tetr. irr. t. 55*, optima — V. vulgaris. *Bauh. hist. 2. p. 310*, ex seminum descriptione.

In herbosis, vel incultis passim; *seminati del monte Vetta, della Pietra dell'acqua, di Calimera, di Fontana, della Bocca della Serra, del monte Vezza, alla Guardiola del Testaccio, al monte di Barano, marina de'Maronti, Casamicciola presso la Cava del Larito, Lacco al monte Vico.*

Aprili, Majo. ⊙

*Caules* saepius humiles, non alte scandentes: *stipulae* inferiores semicordatae, immaculatae: *foliola* in inferioribus foliis brevia obovato-cuneata; in superioribus oblongo-cuneata, apice truncata vel tantum obtusa, semper mucronulata, margine petiolisque ciliato-pilosis: *calyces* tubulosi; *tubo* nervoso-angulato, piloso; *dentibus* lanceolato-attenuatis, tubo parum brevioribus; dentes vero superiores reliquis parum longiores: *corollae* majusculae (omnium hujus sectionis majores, *V. narbonensi* excepta); *vexillum* latum, coerulescens, prope sulcum subtus albo-maculatum, explanatum, emarginatum, mucronulo interjecto, superne et externe carinatum, calycem superans: *alae* parallelae, intensius coloratae, ungue albido, vexillo fere duplo breviores: *carina* albida, apice coerulescens, alis duplo brevior, dentes calycinos vix superans: *legumen* subsessile, 3-4-lin. latum, reticulato-nervosum, demum nigrum: *semina* gilva aut rufescentia, maculis intensioribus notata; hilo viridulo.

15. V. SATIVA. *Lin. sp. pl. 1037 — Ten. fl. nap. 5. p. 117 — Bertol. fl. ital. 7. p. 512*, excl. plur. syn.

V. caule scandente, foliis 3-7-jugis, foliolis glabratis mucronatis utrinque exquisite parallele nervosis, in inferioribus mediisque obovato- vel oblongo-cuneatis emarginatis, in superioribus oblongo-lanceolatis, stipulis notatis semisagittatis, superioribus integris dentatisque, leguminibus 1-2 horizontalibus subdeflexisque late linearibus obsoleto nervosis tereti-compressis, seminibus (mediocribus) globosis variegatis.

Ic. *Fl. dan. 522*, ex *Bertol.* — Vicia. *Fuchs. hist. p. 172.*

In apricis herbosis, praesertim inter segetes; *Lacco ne' seminati di monte Vico!*

Majo, Junio. ⊙

*Semina* badia, varie nigro-maculata: *legumina* matura vix nigricantia, sed saepius virentia — A plerisque haec species cum praecedente confunditur; sed caules altius scandentes: *foliola* duplo angustiora, minus nervosa; *flores* minores; sed quod magis interest *legumina* breviter

Digitized by Google

pedunculata fere duplo angustiora sunt, nempe ad summum 2-lin. lata, nec matura intense nigrescunt. Simul denique proveniunt, nec una in alteram transit.

16. V. SEGETALIS. *Thuil. fl. paris. p. 367 — Ten. fl. nap. 5. p. 117* — V. angustifolia, *a. Bertol. fl. ital. 7. p. 515.*

V. foliis glabriusculis, foliolis inferiorum obovatis emarginato-retusis, superiorum lanceolato-linearibus obtusis truncatisve mucronulatis, stipulis semisagittatis dentatis, leguminibus demum glabris patentibus 1-2 (denique viridi-atris) anguste-linearibus, seminibus globosis atris, hilo albo.

Ic. *V.* angustifolia. *Riv. tetr. irr. t. 56*, quae uti recte facit cl. *Bertol. l. c.* potius ad hanc, quam ad *V. angustifoliam*, ad quam in *syn. 2. p. 286* citavi, spectat.

Inter segetes; *Guardiola del Testaccio, monte di Barano, coste di S. Pancrazio.*

Aprili, Majo. ⊙

A *V. angustifolia*, cum qua a nonnullis associatur recedit, habitu firmiore, foliolis leguminibusque latioribus, ac maturis viridi-bruneis, quae in illa atra sunt.

17. V. COSENTINI. *Guss. pr. 2. p. 426*, et *syn. 2. p. 285 — Ten. fl. nap. 5. p. 118.*

V. foliis 4-7-jugis pubescentibus, foliolis oblongo-vel lineari-cuneatis mucronatis emarginatisve, stipulis infimis latioribus laciniatis immaculatis, superioribus notatis semisagittatis integris dentatisve, leguminibus subtorulosis anguste-linearibus 1-2 subsessilibus erectis glabris, seminibus ellipticis.

Ic. *nulla.*

In cultis herbosis; *Pietra dell'acqua sotto S. Nicola, monte Vetta, Lacco al monte Vico.*

Aprili, Majo. ⊙

*Caules* scandentes: *foliola* 1 1/2-2 lin. lata, late emarginato-truncata: *calycis* tubulosi dentes lanceolato-mucronati, duobus superioribus semel reliquos excedentibus: *flores* gemini, coerulei; *vexillo* lato, vix emarginato; *alis* atropurpureis, paullo quam illud brevioribus; *carina* alis duplo brevior, albida, ad apicem obtusum sordide coerulescens: *legumina* fere bipollicaria, vix 2-lin. lata: *semina* rufescentia, levia, nigromaculata, hilo albo.

18. V. MACULATA. *Presl fl. sic. p. XXIII — Bertol. fl. ital. 7. p. 520*, excl. var. *b.* — V. nemoralis. *Ten. fl. nap. 5. p. 118*, excl. syn., praeter *Presl* et *Guss.*

V. foliis pubescentibus, inferiorum foliolis 2-4 orbiculatis vel obovato-cuneatis emarginatis, superiorum 4-6 obcordatis obtusis emarginatisque, omnibus mucronulatis, stipulis semisagittatis dentatis nigro-maculatis,

Google

inferioribus angustioribus integris, leguminibus 1-2 subsessilibus anguste linearibus patulis glabris, seminibus globosis.

Ic. *nulla.*

In apricis herbosis passim.

Aprili, Majo. ⊙

*Caules* aliquando ramosissimi, firmi, vix scandentes: *foliola* utrinque molliter patenterque villosa ac ciliata, supra sulcata, subtus carinata: *calycis* dentes lanceolati, aequales, acuti, ciliati, tubo aequilongi: *flores* gemini, subsessiles, horizontales, magnitudine *V. sativae*: *vexillum* pallide coeruleum, venis intensioribus notatum, emarginatum: *alae* conniventes, purpureae, carinam apice quoque purpuream et dentes calycinos superantem occultantes: *legumina* forma et magnitudine sequentis, fere teretia, et demum uti in illa nigra — Haec magis quam aliae *V. sativam* refert; tamen recedit leguminibus an gustioribus, torulosis, apice incurvis, demum nigris.

19 V. CORDATA. *Wulf.* in *Sturm*, et in *Spr. syst. v. 3. p. 264.*

V. foliis 5-6-jugis, foliolis villosiusculis ciliatisque mucronulatis, inferiorum obcordato-cuneatis, superiorum lineari-cuneatis bilobo-emarginatis, stipulis maculatis semisagittato-dentatis, leguminibus solitariis glabratis anguste linearibus patentibus subsessilibus, seminibus globosis variegatis.

Ic. *nulla.*

In apricis herbosis; *Bagno*, *Selve della Pera sopra Casamicciola.*

Aprili, Majo. ⊙

*Caules* graciles, ramosissimi, diffusi, vel apice surrecti: *folia* inferiora 1-3-juga; foliolis 2-3 lin. latis, 3-8 lin. longis, saepe sinu lato terminatis; superiora 4-5-juga; foliolis lin. latis: *calycis* villosi dentes lanceolati, inter se subaequales, tubo aequilongi: *flores* parvi: *legumina* 12-15 lin. longa, vix duas lineas lata, apice sursum curvata, stylo inflexo recurvo terminata, matura nigra, non virentia, uti male dixi in *syn. 2. p. 285*: *semina* exacte globosa, badia, varie nigro-maculata — Cl. *Bertol. in fl. ital. 7. p. 512* a *V. sativa* non separat.

20. V. HETEROPHYLLA. *Presl del. Prag. p. 57*— V. maculata, *b. Bertol. fl. ital. 7. p. 520.*

V. glabrescens, caule humili gracili, foliis inferioribns 1-3-jugis, foliolis obovatis emarginatis, superioribus 4-6-jugis, foliolis anguste lanceolato-linearibus obtusis retusisque (raro), stipulis semisagittatis supremis notatis, leguminibus anguste linearibus solitariis subsessilibus erectis glabris, seminibns subglobosis submaculatis.

Ic. *nulla.*

In herbosis apricis, sed praesertim in cultis inter segetes; *S. Nicola, monte Vetta, seminati nell'alto della Scarupata, nella via di S. Pancrazio, Punta S. Angelo, Guardiola del Testaccio.*



Digitized by Google

Aprili, Majo. ☉

*Caules* ad summum pedales, basi ramosi: *stipulae* in planta inarimensi integrae: *foliola* in foliis tantum infimis obovata ac emarginata, in reliquis oblongo-lanceolata: *flores* parvi, ut in *V. cordata*, et *calyces* uti in illa, aeque ac *legumina*, quae etiam demum nigra, sed versus apicem non sursum curvata, et *semina* badia!, concoloria, vel obsolete intensius maculata; hilo augustissimo, albido.

21. V. ANGUSTIFOLIA. *Roth tent. fl. germ. p. 310 — Ten. fl. nap. 5. p. 118 — Bertol. fl. ital. 7. p. 516*, var. *b*.

V. caule gracili, foliis glabriusculis, inferioribus 1-2-jugis, foliolis obovatis retusis vel oblongo-ovalibus, superioribus 3-5-jugis, foliolis anguste linearibus elongatis apice integerrimis mucronatisque, stipulis semisagittatis dentatis, leguminibus subsessilibus solitariis erectiusculis glabris, seminibus globosis ( parvis ! ) atris concoloribus levibus.

Ic. *Sturm fl. germ. 1. f. 31.*

Inter segetes in demissis; *seminati nell'alto della Scarupata sotto monte Vezza.*

Aprili, Majo. ☉

*Habitus* praecedentis: *semina* parva, atra ac fere velutina, quo charactere ab omnibus aliis hujus sectionis distinctissima.

22. V. LATHYROIDES. *Lin. sp. pl. 1037 — Ten. fl. nap. 5. p. 118 — Bertol. fl. ital. 7. p. 517.*

Ic. *Jacq. miscell. austr. 2. p. 299. t. 18*—V. minima. *Riv. tetr. irr. t. 56.*

In apricis herbosis ab elatis ad litus; *S. Nicola, salita delle Petrelle a monte Vetta, Fontana, Serrano, sopra gli muri della discesa da Chiajano al pennino del Cantariello, ed in quelli del pennino di Belvedere e della strada del Crovone, Vataliere nello scendere alle selve nel cratere, Succellaro, Ischia all'Arso, Bagno.*

Aprili, Majo. ☉

*Flores* cyanei, et inter alias species hujus sectionis exigui; ideoque ob omnibus facillime dignoscitur: *legumina* anguste linearia, solitaria, patentia, glabra: *semina* cinerea, cubica, tuberculato-scabra.

## 90. ERVUM.

*Guss. syn. 2. p. 299.*

1. E. LENS. *Lin. sp. pl. 1039 — Ten. fl. nap. 4. in syll. p. 104, et 5. p. 121 — Bertol. fl. ital. 7. p. 541.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 634. f. 1*—Lens. *Fuchs. hist. p. 859 — Riv. tetr. irr. t. 36.*

Colitur.

Aprili, Majo. ⊙
Vulgo *Lenticchia*.
Duae varietates coluntur:
*a*. seminibus albis.
*Lenticchie bianche*.
*b*. seminibus fucis.
*Lenticchie nere*.

91. PISUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1184.*

1. P. BIFLORUM. *Raf. caratt. p. 71* — P. arvense, *b: variegatum. Guss. syn. 2. p. 279 — Ten. fl. nap. 5. p. 108.*
P. caule subangulato cirrhis scandente, petiolis teretibus, stipulis semicordatis basi serrato-dentatis, foliis 1-3-jugis, foliolis ellipticis oblongisque obtusis retusisve subintegris vel serratis, pedunculis 1-2-floris folia subaequantibus.
Ic. Pisi pulchra species, folio anguloso. *Bauh. hist. 2. p. 297?*
In silvaticis, et ad sepes; *siepi del cavone delle Nocelle, della cava della Fontana sopra Casamicciola, costa della Serra scendendo alla controda del Bell'Omo sopra Forio.*
Majo, Junio. ⊙
Vulgo *Rivoli*, et semina uti illa *P. sativi* comeduntur, sed viliora sunt.
*Semina* viridula, lineolis nigris sparsis notata, glabra, subglobosa, et aliquando utrinque depressiuscula — Cl. *Bertol. in fl. ital. 7. p. 419* a *P. arvense* non distinguit, sed pro aliis differentiis confer *Ten. l. c.*

2. P. SATIVUM. *Lin. sp. pl. 1026.*
Ic. *Lam. ill. gen. t. 633—Blackw. herb. t. 83*—Pisum. *Fuchs. hist. 626.*
Colitur.
Januario, Aprili. ⊙
Sequentes varietates coluntur:
1. caule alte scandente.
*a*. floribus omnino albis.
*Piselli bianchi*.
*b*. florum vexillo coeruleo, aliis vero atro-coeruleis.
*Piselli neri*.
2. caule nano, erecto, non scandente.
*Piselli della Regina*.

Digitized by Google

## 92. LATHYRUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1186.*

1. *Folia nulla.*

1. L. Aphaca. *Lin. sp. pl. 1029 — Ten. fl. nap. 4. in syll. p. 101 — Bertol. fl. ital. 7. p. 439.*
   Ic. *Engl. bot. t. 1167*, ex *Dec.* — Aphaca. *Dod. pempt. 545.*
   In silvaticis, et in cultis passim.
   Aprili, Majo. ⨀
   *Cirrhi* simplices: *stipulae* magnae : *pedunculi* graciles, elongati : *corolla* lutea, parva — Semel pedunculos bifloros vidi.

2. *Folia 1-2-juga : pedunculi 1-2-flori.*

2. L. sphaericus. *Retz. obs. 3. p. 39 — Ten. fl. nap. 5. p. 104* — L. axillaris. *Lam. dict. enc. 2. p. 706 ?*
   Ic. *Dec. ic pl. Gall. rar. t. 32.*
   In silvis apricis, et in herbosis satis obvius.
   Majo, Junio. ⨀
   Glaber : *folia* 1-juga ; *foliolis* anguste linearibus : *pedunculi* mutici, aut aristati : *corollae* parvae, coccineae : *legumina* subteretia, anguste linearia, elongata — Variat *pedunculis* 4-12 lin. longis, nunquam vero folia excedunt — A sequente leguminibus nervosis, et seminibus globosis levibus, quae in illo cubica ac tuberculata sunt eximie differt — Cl. *Bertol. in fl. ital. 7. p. 453*, hunc pro L. angulato *Lin.* vero habet, et L. *angulatus Willd.* (non *Lin.*) *L. hexaedrum* una cum Cl. *Chaub. Moris, et de Notariis* appellat.
3. L. angulatus. *Lin. sp. pl. 1031 — Ten. fl. nap. 5. p. 104*—L. hexaedrus. *Bertol. fl. ital. 7. p. 455.*
   Ic. *nulla.*
   In silvaticis ex *Ten. syll. p. 354*, non ex *Flora l. c.*; tamen non inveni, et forsan typographicus error—Confer praecedentem pro specie Linneana.
4. L. sativus. *Lin. sp. pl. 1030— Ten. fl. nap. 4. p. 26—Bertol. fl. ital. 7. p. 446.*
   Io. *Sibth. fl. gr. t. 695* — Ervum sativum. *Fuchs. hist. p. 571.*
   Colitur passim, et vulgo dicitur *Cicerchia.*
   Aprili, Maio. ⨀
   *Corollae* coeruleae, calyce duplo majores: *legumina* late rhombeo-ovata, ad suturam seminiferam alata : *semina* angulata.

Digitized by Google

5. L. Cicera. *Lin. sp. pl. 1030.*

*b. dubius* — L. dubius. *Ten. cat. sem. H. R. Neap. an. 1825*, et *fl. nap. 5. p. 105* — L. purpureus. *Presl del. pr. p. 39* — et L. Erythrinus, idem *fl. sic. 1. p. XXIII.*

L. caulibus diffusis tetragonis, foliis 2-jugis, foliolis foliorum inferiorum lanceolatis, superiorum lineari-elongatis, cirrhis 2-3-fidis infimis obliteratis, stipulis semisagittato-lanceolatis, pedunculis 1-floris petiolo longioribus, leguminibus oblongo-lanceolatis subcompressis nervosis sutura seminifera vix marginatis, seminibus angulatis levibus !

Ic. *Ten. fl. nap. t. 175. f. 2.*

In apricis cultis, et ad sepes in elatis ; *Fontana*, *Calimera*, *Bocca delle Serra*, *dal monte Vetta a S. Nicola.*

Majo. Junio. ⊙

Glaber : *petioli* dilatati : *corollae* roseae, magnitudine praecedentis: *semina* glabra, cinerea, vel fusco-rufescentia, et varie maculata— Cl. *Bertol. in fl. ital. 7. p. 444* nequidem uti varietatem *L. Cicerae* habet ; tamen observante Cl. *Ten. l. c.* differt *L. Cicera* verus ab hoc stipulis duplo angustioribus, leguminibus duplo fere brevioribus.

3. *Folia 1-plurijuga ; pedunculi multiflori.*

6. L. tenuifolius. *Desf. atl. 2. p. 160*—L. tenuifolius, et L. alatus. *Ten. fl nap. 5. p. 107* — L. auriculatus. *Bertol. fl. ital. 7. p. 447* — L. alatus. *Sibth. fl. gr. 7. p. 85.*

Ic. L. alatus. *Ten. l. c. t. 175. f. 1.*

In cultis, ad sepes, ac in silvaticis apricis ubique, et ad agros saginandos utillime adhibetur.

Aprili, Majo. ⊙

Vulgo *Doleca.*

Glaber, glaucescens, saepo alte scandens : *petioli* infimi aphylli foliacei : *folia* 2-6-juga ; *foliolis* lanceolato-linearibus, saepe alternis : *flores* mediocres, magnitudine *L. sativi;* sed *vexillum* roseum, basi interne utrinque gibba conica notatum ; *alae* coerulescentes, carina longiores : *legumina* pendula, late linearia, compressiuscula — Species quoad foliorum latitudinem, et numerum florum in pedunculo summopere polymorpha— *Semina* tam in planta quae in hac insula, quam in illa quae in Hirpinis colitur sunt nigra, concoloria, velutina!, hili albo—Confer *Bertol. l. c.*, et quae notavi in *syn. 2. p. 278.*

Digitized by Google

## 93. PHASEOLUS.

*Savi osserv. sopra i generi Phaseolus, e Dolichos.*

1. P. VULGARIS. *Lin. sp. pl. 1016? — Savi l. c. mem. 3. p. 14.*
P. legumine rectiusculo subtoruloso longe mucronato, semine uni-pluricolore ovali obtuso compresso, ventre recto, diametro longitudinali transversali subsesquilongiore, areola umbilicali elliptica marginata, glandula basilari obcordata sulcata, micropilo oblongo, protuberantia obtusa.
Ic. *Savi l. c. f. 13 a, b, c, d, e.*
Colitur.
Majo, Junio. ⊙
Sequenles varietates coluntur:
I. seminibus unicoloribus. *Savi l. c.*
*a.* P. vulgaris, niger. *Savi l. c. p. 15.*
*Fasuli turchi.*
*b.* P. vulgaris, atrofuscus.
*Fasuli turcheschi.*
*c.* P. vulgaris, aureus, minor. *Savi l. c.*
*Fasuli quarantini.*
*d.* P. vulgaris, helvolus. *Savi l. c.*
*Fasuli tabacchini.*
II. seminibus maculis latis curvis notatis. *Savi l. c. f. 13. dod.*
*a.* P. vnlgaris, *Zebra albidus. Savi l. c.*
*Fasuli scritti.*

2. P. ROMANUS. *Savi l. c. p. 17.*
P. legumine compresso subtoruloso mucronato, semine albo ovali obtuso plus minus compresso ventre subrecto vel concavo, areola ovato-oblonga immarginata, glandula basilari obcordata leviter sulcata, micropilo circulari, protuberantia elongata.
*b.* caule procero, legumine et semine majore subtorto. *Savi l. c.*
Ic. *Savi l. c. f. 20, a, b, c.*
Colitur.
Majo, Junio. ⊙
*Fasuli bianchi.*

3. P. OBLONGUS. *Sovi l. c. p. 17.*
P. legumine recto subcylindico longe mucronato, semine colorato teretiusculo obtuso vel truncato, diametro longitudinali transversali subduplo longiore, areola umbilicali oblongo-lanceolata marginata, glandula basilari obcordata sulcata, micropilo oblongo, protuberantia obtusa.
Ic. *Savi l. c. f. 14. a, b, c; d, e, f.*

Colitur.
Aprili, Majo. ⊙
*Fasuli matti.*

4. P. SPHAERICUS. *Savi l. c. p. 20.*
P. legumine rectiusculo toruloso mucronato, semine subgloboso nunquam albo, areola elliptica argute marginata zonata, glandula basilari obcordata biloba, micropilo semielliptico, protuberantia nulla.
*b.* sphaericus pragensis, seminibus intense roseis albido-maculatis.
Ic. *Savi l. c. f. 18. a. b. c.*
Colitur.
Aprili, Majo. ⊙
*Fasuli Zampognari*, o *a pallottolelle.*

## 94. DOLICHUS.

*Savi osserv. sopra i Gen. Phaseolus et Dolichos mem. 2. p. 15.*

1. D. MELANOPHTHALMUS. *Dec. pr. 2. p. 400.*
Ic. *nulla.*
Colitur.
Aprili, Majo. ⊙
*Fasuli coll'occhitiello, a Fasolilli.*
*Caules* angulato-sulcati, erecti, firmi, tamen superne attenuati ac subscandentes: *foliola* obscure virentia, obtusiuscula, 1-poll. lata, 3-poll. longa; intermedium ovatum, longius petiolatum, lateralia vero inaequaliter ovata: *petioli* late canaliculati, subtus acute carinato-angulati; *petiolulis* utrinque basi glandula lineari oblonga instructis: *pedunculi* laterales solitarii, erecti, demum elongati, in apice ad florum insertionem calloso-incrassati: *flores* in apice pedunculorum capitato-spicati, pauci vel plures: *calycis* glabri dentes triangulares, lanceolati, acuti, tubo campanulato breviores, saepe nigro-maculati; inferior longior: *corollae* vexillum obovatum, emarginatum, rectum, conduplicatum, sub anthesi patens, alas et carinam tegens, una cum alis pallide roseum, at aliquando flavescenti-albidum, externe vero sordide lutescens, versus basim callis duobus parallelis linearibus verticalibus alas comprimentibus instructum: *alae* semiovatae, obtusae, patentes: *carina* late falcata, albida: *stylus* ascendens, fere a medio ad apicem antice villosus: *stigma* glabrum, crassiusculum, nitide virescens, postice refracto-calcaratum: *legumina* solitaria, vel gemina, pendula, teretiuscula, subtorulosa, subcurvata, ad suturas elevato-carinata, 4-6-pollicaria, scabriuscula, intense virentia, matura albida, apice terminata rostro brevissimo vel pollicari, obtusiusculo, supra convexo, subtus unisulcato: *semina* reniformi-elliptica, albida; hilo albido, ob-

longo, macula atrorubente, demum nigra circumdato — D. *monachalis. Brot. fl. lusit. 2. p. 125*, et *Dec. pr. 2. p. 399*, quoad specimina culta, quae habeo ( et in quibus semina tantum paullo minora ac rufescentia ), ac quoad descriptionem, ab hoc mihi non videtur differre, quamvis ad aliam sectionem (*Catiang*) relatus; quod si verum, tunc *Broteri* nomen antiquitatis jure servandum.

### 95. CERATONIA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1612.*

1. C. Siliqua. *Lin. sp. pl. 1513 — Ten. fl. nap. 4. p. 187.*
 Ic. *Duham. arb. ed. 2. v. 1. t. 50* — Ceratonia. *Dod. pempt. 787*, mala.
 Colitur passim in rupestribus aridissimis, ubi optime provenit.
 Aprili, vel Septembri ! ♄
 Vulgo *Suscella.*
 Arbor sempervirens, comosa; *ramis* flexuoso-distortis, et saepe grosse tuberculatis : *flores* ingrate olentes, in racemis laxis erectis 1/2-1 1/2 poll. longis a ramis vel ab ipso trunco prodeuntibus. Fructus altero anno maturant—Confer *Cavol. sulle frutt. del Carr. in Rendic. della R. Accad. delle Scienze di Nap.* v. 8. p. 62, et *Ten. l. c. p. 268.*

## 23. AMYGDALEAE.

*Juss. et Koch. syn. 2. p. 227.*

### 96. AMYGDALUS.

*Koch syn. ed. 2. p. 227.*

1. A. communis. *Lin. sp. pl. 677 — Bertol. fl. ital. 5. p. 125.*
 Ic. *Lam. ill. gen. t. 431. f. 2 — Duham. arb. ed. 2. v. 4. t. 24* — Amygdalus. *Dod. pempt. 798*—Amygdalae. *Matth. comm. 1. p. 247.*
 Passim colitur, et sat raro in rupestribus incultis occurrit.
 Februario, Martio. ♄
 Vulgo *Amennola.*

### 97. PERSICA.

*Tourn. inst. t. 400 — Dec. pr. 1. p. 531 — Koch syn. ed. 2. p. 227.*

1. P. vulgaris. *Mill. dict. ed. germ. 3. p. 465*, *ex Koch* — Amygdalus Persica. *Lin. sp. pl. 676.*

Digitized by Google

Ic. *Lam. ill. gen. t. 431. f. 1* — *Blackw. herb. t. 101.*
Colitur.
Februario, Martio. ♄
*Fructus* tomentosi; carne albida, sanguinea, aut flavescente.
Sequentes varietates coluntur:

1. *Diapyrenae ;* carne tenera, a nucleo secedente. *Moris fl. sard. 2. p. 6.*

1. *minor* ; drupa parva, subrotunda, ex albido-carnea. *Gasp.*
*Persichina bianca.*
2. *praecox* ; drupa subrotunda vel ovata; epidermide ex albido-carnea; pulpa albida; putamine fragili, in maturitate saepe dehiscente. *Gasp.*
*Persica della Maddalena.*
3. *albescens* ; drupa subrotunda ( diam. 2-pollicari ); epidermide ex albido-carnea; pulpa albida, tenera,dulci, succosa; maturescit Septembri. *Gasp.*
*Persica biancalillo.*
4. *sanguinea* ; drupa subrotunda; epidermide una cum pulpa colore rubro-sanguineo insignita. *Gasp.*
*Persica sanguigno.*

2. *Sympyrenae ;* carne firma, nucleo firmiter adhaerente. *Moris fl. sard. 2. p. 6.*

1. *rudis ;* drupa subrotunda, parva, obtusa; epidermide flavescente; pulpa firmiuscula; flava. *Gasp.*
*Percuoca selvaggia.*
*b. serotina;* epidermide altero latere leviter rosea ; pulpa paullo dulciore ; maturescit Septembri et Octobri. *Gasp.*
*Percochiella a Percuoca verace di vendemia.*
*bb.* eadem; epidermide, et pulpa albida.
*Percuoco bianca di vendemia.*
2. *vulgaris* ; drupa subglobosa, magna , obtusa ; epidermide , et pulpa firma flavescente. *Gasp.*
*Percuoco comune.*
3. *sanguinea ;* drupa subglobosa, mediocri (diametro 1 1/2 pollicari); epidermide sordide flavescente, altero latere fusco-rubente ; pulpa firmiuscula albida, demum sanguinea ; maturescit Octobri , Novembri. *Gasp.*
*Percuoca sanguigno di vendemia.*
4. *secabilis;* drupa subrotunda (2 1/2 poll. in diametro longit.), utrinque obtusa; epidermide flava; pulpa firmiuscula, flavescente, a putamine subsecedente; maturescit Septembri. *Gasp.*



Digitized by Google

*Pumo spaccariello.*

*b.* eadem ; epidermide, et pulpa albida.

*Pumo spaccariello bianco di vendemia.*

5. *depressa*; drupa subrotunda, depressa ( *poll.* 2 1/2 circiter alta ); epidermide albida, putamini adhaerente. *Gasp.*

*Percuoco bianco* ( *Pesco o Pumo biancone di Verona Gall.* )

6. *papillata* ; drupa ovata, apice papilla conica praedita, undique flava, vel altero latere flavo-carnea; pulpa firmiuscula, succosa, dulci. *Gasp.*

*Percuoco col pizzo.*

2. P. LEVIS. *Dec. pr. 2. p. 531.*

Ic. *Noiset. jard. fruit. t. 20. f. 23*, et *t. 21. f. 3, 4*, ex *Dec.*

Colitur.

Februario, Martio. ♄

Vulgo *Nocepersico.*

*Fructus* glabri, odori, nitidi ; carne densa, acido-dulci, flavescente, nuclco adhaerente.

## 98. PRUNUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 849 — Koch syn. ed. 2. p. 228.*

1. ARMENIACA. *Drupa velutina.*

1. P. ARMENIACA. *Lin. sp. pl. 679*—Armeniaca vulgaris. *Dec. pr. 2. p. 532.*

Ic. *Blackw. herb. t. 281.*

Colitur.

Martio, Aprili. ♄

Sequentes varietates coluntur:

1. *alexandrina praecox ;* drupa subrotunda, diametro pollicari et ultra, altero latere carnea; pulpa putamine adhaerente. *Gasp.*

*Crisomolo ammennolelle.*

2. *alexandrina serotina;* drupa subrotundo-ovata, paullo compressa, altero latere rubro-carnea; pulpa a putamine secedente. *Gasp.*

*Crisomolo spaccariello.*

*b.* drupa quidquam grandiore, praecociori. *Gasp.*

*Crisomolo alessandrino.*

*c.* drupa quidquam grandiore, ac dulciore. *Gasp.*

*Crisomolo gelsomino.*

3. *deliciosa* ; drupa subrotunda, prae caeteris maxima ( pondere 5-unciarum ), diametro longitudinali 2-pollicari, vix compressa, ex flavo-carnea; pulpa leviter odora, ténera, succosa, valde dulci, a putamine secedente. *Gasp.*

*Crisomolo peres.*

4. *serotina;* drupa subglobosa mediocri, diametro subpollicari; epidermide ex flavo-carnea; pulpa tenera, succosa, a putamine secedente; maturescit Julio. *Gasp.*
*Crisomolo lugliese*

2. *Genuinae.* drupa glabra; pruina caesia vel albida tecta.

2. P. insiticia. *Lin. sp. pl. 680.*
Ic. *Blackw. herb. t. 305.*
Martio, Aprili. ♄
Colitur, et observante Cl. *Koch syn. ed. 2. p. 228* ab hac specie omnes varietates cultae fructibus globosis vel subrotundis praeditae proveniunt, quae sequentes sunt:
*A.* foliis subtus glabris, glaucis.
1. *gentilis;* drupa subrotunda, diametro pollicari; sulco levi exarata; epidermide ex flavo-rubescente varia; pulpa tenera, molli, succosa; maturescit Septembri. *Gasp.*
*Pruno gentile di Francia.*
2. *viridis*; drupa pyriformi; epidermide viridi; pulpa flavescente, firmiuscula, dulci. *Gasp.*
*Pruno verdone.*
3. *saccharata;* drupa parva, rotunda, diametro vix pollicari, sulco obsoleto exarata; epidermide tenui, ex albido-carnea. *Gasp.*
*Pruno zuccherino.*
*b.* carneo-violacea; pulpa tenera, molli, succosa, valde dulci. *Gasp.*
*Pruno zuccherino nero.*
4. *albescens;* drupa parva, pyriformi, ex flavo-coccinea; pulpa dulci, succosa, cito exacescenti; maturescit decedente vere, et subeunte aestate. *Gasp.*
*Pruno biancolillo.*
5. *deliciosa;* drupa subrotunda, apice depressa; sulco laterali profundo; epidermide ex viridi-flava, hinc inde rubro-punctata; pulpa viridi, tenera, succosa, dulci. *Gasp.*
*Pruno verdone di Francia.*
*b.* drupa ex flavo-rubra; sulco laterali minus profundo; pulpa magis tenera, sed minus sapida. *Gasp.*
*Pruno verdone di Francia giallastro.*
B. *cerasiformis;* arbuscula ramis erectiusculis; foliis subtus pubescentibus; drupa globosa, vel suboblonga; sulco laterali obsoleto, aut nullo; pulpa diversimodo colorata, plus minus dulci. *Gasp.*
1. *juliana;* drupa rotunda, parva; epidermide subcarnea; pulpa dulci, valde succosa; maturescit ineunte Julio. *Gasp.*

Digitized by Google

*Pruno majateco.*

2. *augustino;* drupa majori, subrotunda; epidermide violacea; pulpa parum sapida; maturescit Augusto, Septembri. *Gasp.*

*Pruno cacazzaro.*

3. *serotina;* drupa rotunda, parva, diametro semipollicari; epidermide viridi-albescente; pulpa dulci, sapida, viridi, sero autumno maturescit. *Gasp.*

*Pruno natalino.*

3. P. DOMESTICA. *Lin. sp. pl. 680 — Bertol. fl. ital. 5. p. 133.*
Iç. *Blackw. herb. t. 309.*
In silvis boream spectantibus ; *selve del Monte di Campognono sotto alle Torre,* rara.
Martio, Aprili. ♄
Varietates cultae sequentes sunt:

1. *oblongoto ;* drupa oblonga, grandi, utrinque obtusa, altero latere viridi flavescente, altero leviter carnea; pulpa flava, tenera. *Gasp.*

*Pruno poppacone.*

*b.* drupa altero latere vel undique rubro-coccinea. *Gasp.*

*Pruno pozzolano.*

2. *polycarpo ;* drupa ovato-oblonga ; epidermide ex viridi-flavescente, interdum colore carneo suffusa; pulpa firmiuscula. *Gasp.*

*Pruno di S. Giovonni. ( Pruno d'indio Nap. )*

3. *genuensis ;* drupa sesquipollicari, oblonga, obtusa, basi constricta, sordide flava ; sulco longitudinali obsoleto ; pulpa tenera , succosa , valde dulci. *Gasp.*

*Pruno genovese.*

4. *damascena ;* drupa oblonga, obtusa ( 2 poll. circiter alta), basi constricta; sulco laterali obsoleto; epidermide violacea; pulpa flava, firmiuscula , valde dulci. *Gasp.*

*Pruno domascone.*

5. *neopolitana;* drupa obovoideo-oblonga, basi plus minus angustata (1-1/2 poll. alta ) ; sulco laterali obsoleto vel nullo ; epidermide flavescente ; pulpa firmiuscula , sapida, parum succosa; sero autumno maturescit. *Gasp.*

*Pruno cascovino (Pruno scaudatiello Nop. )*

3. CERASI. *Drupo glabro , pruina destituto.*

4. P. CERASUS. *Lin. sp. pl. 679* , excl. plur. var. — *Ten. syll. p. 244 — Bertol. fl. ital. 5. p. 131*—Cerasus Juliana. *Dec. pr. 2. p. 536.*
Ic. *Duham. orb. ed. 2. v. 5. t. 14.*
Colitur.

Martio, Aprili. ♄

Haec omnium varietatum fructu molli ( *Visciolo* ) praeditarum videtur typus; quae sequentes sunt:

1. *rubra subrotunda*.
   *a. minor*; parva, 6. lin. in diam., albido colore carneo, hinc inde leviter suffusa; pulpa molliuscula. *Gasp.*
      *Cerasa biancolella.*
   *b. major* ; drupa duplo, triploque majore, rubra; pulpa firma.
      *Cerosa tostarella.*
   vel firmiuscula.
      *Cerasa imperiale.*
   aut dulciuscula, molliore. *Gasp.*
      *Cerasa cannamele.*
2. *rubra-ovato;* drupa ovata, intense rubra.
   *a. neapolitana ;* pulpa duriuscula, succosa, dulci. *Gasp.*
      *Cerasa napolitana.*
   vel quidquam dulciore. *Gasp.*
      *Cerasa majateca napoletana.*
   *b.sanguinea*; violaceo-sanguinea,8-9 lin.alta; pulpa firma,parum succosa.
      *Cerasa molignana.*
3. *melanocarpa ;* drupa subrotundo-ovata, nigra.
   *a. depressa*; subrotundo-depressa, 5 lin. alta, 3 lin. lata; pulpa firmiuscula, parum sapida. *Gasp.*
      *Cerasa corvinella.*
   *b. minor*: ovato-subrotunda, 5-lin. alta, pulpa tenera, dulci. *Gasp.*
      *Cerasa cacarella, o selvaggia.*
   c. *major*; drupa quidquam majore, 8-lin. alta; pulpa minus tenera, minusque dulci. *Gosp.*
      *Cerasa S. Antonio.*
   *d. corvina;* drupa basi profunde cordata, 7-lin. alta, 12 lin. lata; pulpa tenera, succosa, molliuscula, valde dulci. *Gasp.*
      *Cerasa corvina.*

5. P. Avium. *Lin. sp. pl. 680*—P. Cerasus, *b. Bertol. fl. ital. 5. p. 132.*
   Ic. *Plenk. pl. med. 4. t. 377, ex Bertol.*
   Colitur.
   Aprili, Majo. ♄
   Typus varietatum fructu duro praeditarum videtur.

6. P. austera. *Ehrh. beitr. 7. p. 120* — P. cerasus , *austera. Lin. sp. pl. 679* — C. caproniana, *h. griotta. Dec. pr. 2. p. 537.*
   Ic. *Blackw. herb. t. 449* — Cerasa acida. *Tabern. ic. 985.*
   In silvaticis passim nunc occurrit.
   Aprili, Majo. ♄

Vulgo *Amarena*, et unica tantum varietas in Insula occurrit drupa subglobosa, diametr. 5-7- lineari, coccinea, pulpa acida.

## 24. ROSACEAE. *Koch.*

### 99. GEUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 867.*

1. G. URBANUM. *Lin. sp. pl. 716 — Bertol. fl. ital. 5. p. 288.*
*b. australe* ; floribus semper erectis, calycibus petala rotundata abrupte in unguem brevissimum attenuata aequantibus, in fructu reflexis, aristis uncinatis glabris, appendicibus pilosis, seminibus compressis ad angulos piloso-hispidis ad facies puberulis. *Guss. syn. 1. p. 371 — Ten. fl. nap. 4.* p. 299, var. *b.*
Ic. *nulla* pro hac varietate.
In silvis ; *selve del monte Vezza, e di Campagnano, Cavone del Vataliero, al Crovone nel boschetto di Amalfitano, selve delle Falanghe, del Fasano, di Catreca, e sotto le Croci presso Casamicciola* ; nec non *alla salita di Montecito.*
Aprili, Majo. ♃
*Aristae* purpurascentes, incurvae ; appendicibus angulo recto ab arista inflexis: *habitus* a speciei typo nonnihil alienus — G. *intermedium. Koch* omnino diversum est.

### 100. RUBUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 864.*

1. R. DALMATICUS. *Tratt. Ros. 3. p. 35*, ex *Dec. pr. 2. p. 561 — Guss. syn. 1. p. 568*—R. fruticosus, *b. dalmaticus. Ten. fl. nap. 4. 289*— R. fruticosus. *Bertol. fl. ital. 5. p. 217*, quoad plantam neapolitanam et siculam.
R. caule angulato petiolisque aculeato, aculeis validis aduncis petiolisque pilis stellatis brevibus puberulis, foliis 5-raro 3-natis, foliolis ovalibus obovatisque argute irregulariter duplicato-serratis abrupte acuminatis, supra glabris subtus tomento brevissimo adpresso incanis, panicula elongata simplici vel ramosa, calycinis laciniis albo-tomentosis brevissime acuminatis inermibus demum reflexis.
Ic. *nulla.*
Ad sepes, in fruticetis, et ad silvarum margines ubique.
Aprili, Junio. ♄

Vulgo *Rostina ;* fructus vero *Morole.*

Species adhuc controversa, et non bene cognita, ideoque denuo phrasim specificam dedi—*R. fruticosus* Germaniae ab hoc certe diversus, uti jam monui in *syn. l.* e.; sed specimen anglicum ab *Alexander* missum a nostra planta vix differt; dum Cl. *Lindl.* in *comp. fl. britt. p. 92 R. fruticosum* inter illos floribus fastigiatis enumerat, et quoad ipsius descriptionem, et nonnulla alia specimina exotica accepta, noster potius ad *R. nitidum* spectare videtur. Interim notandum puto, quod species ista apud nos undique vulgaris faciem non mutat.

*R. acheruntinus. Ten.*, qui in Neapolitanis silvis communis est, in hac insula desideratur.

### 101. FRAGARIA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 865.*

1. F. vesca. *Lin. sp. pl. 708 — Ten. fl. nap. 4. p. 291 — Bertol. fl. ital. 5. p. 236.*
Ic. *Lam. ill. gen. t. 442* — Fragaria, et Fraga. *Dod. pempt. 672.*
In silvis apricis humentibus ubique.
Martio, Aprili. ♃
Vulgo *Fragola*, una cum sequente.

2. F. collina. *Ehrh. beytr. p. 76 — Ten. fl. nap. 4. p. 291 — Bertol. fl. ital. 5. p. 239.*
Ic. *Fl. dan. 1389*, ex *Bertol.*
Cum praecedente simulque floret.

### 102. POTENTILLA.

*Nestl. Potent. diss. 4. in Dec. pr. 2. p. 571.*

1. P. reptans. *Lin. sp. pl. 714 — Ten. fl. nap. 1. p. 289 — Bertol. fl. ital. 5. p. 271.*
Ic. *Fl. dan. 1164* — Quinquefolium majus. *Dod. pempt. 116.*
Ad sepes umbrosas, et in humentibus herbosis.
Majo, Junio. ♃
Vulgo *Fragola selvaggia.*

### 103. AGRIMONIA.

*Tourn. inst. t. 155 — Nestl. Pot. diss. 4. p. 16*, in *Dec. pr. 2. p. 587.*

1. A. Eupatoria. *Lin. sp. pl. 642 — Ten. fl. nap. 1. p. 257 — Bertol. fl. ital. 5. p. 16.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 409. f. 1* — Agrimonia, seu Eupatorium. *Dod. pempt. 28.*

*b.* foliolis elliptico-lanceolatis, acutis.

In silvaticis, et ad sepes utraeque varietates passim occurrunt.

Majo, Junio. ♃

Var. *b.* cum *A. odorata* non est confundenda.

### 104. ROSA.

*Lin. gen. pl. ed. Sehreb. n. 863.*

1. R. SEMPERVIRENS. *Lin. sp. pl. 704— Ten. fl. nap. 4. p. 284—Bertol. fl. ital. 5. p. 213.*

Ic. *Duham. arb. ed. 2. v. 7. t. 13. f. 1*—R. sempervirens, Jungermanni. *Dill. elth. t. 246. f. 318.*

*b. multiflora*; foliolis latis ( 1-1 1/2 poll. ), floribus numerosis, pedunculis calycibusque setis glanduliferis, uti in *a.* tectis.

Ad sepes, ad silvarum margines, et in fruticetis apricis : var. *b. siepi di Campagnano.*

Majo, Junio. ♄

Vulgo *Rostinella bianca.*

*Flores* albi, gratissime odori ; petalis obcordatis : *styli* albidi, usque ad apicem connati, patenter pubescentes, *stamina* candida subaequantes.

2. R. CANINA. *Lin. sp. pl. 704 — Ten. fl. nap. 4. p. 286 — Bertol. fl. ital. 5. p. 201.*

*a. vulgaris;* pedunculis germinibusque glabris. *Kock syn. ed. 2. p. 251.*

Ic. *Fl. dan. t. 555.*

*b. collina;* pedunculis petiolisque glanduloso-hispidis, germinibus glabris. *Koch l. c.* ( non R. collina. *Jacq.* )

In silvaticis, et ad sepes : var. *a. fra S. Nicola e la Pietra dell' acqua, siepi della Madonna del Monte sopra Forio, in quelle di S. Giuseppe al ponte della cava del Larito sopra al Laceo, siepi di Panza* : var. *b. salita delle Petrelle sotto monte Vetta, selve delle Falanghe, del Fusano, di Catreca, e della Pera.*

Aprili, Majo. ♄

*Stipulae* foliorum floralium dilatatae, ellipticae; in reliquis oblongae, auriculis acutis : *foliola* ovalia, plana, aut concaviuscula, ad ramos juniores steriles ovali-lanceolata, acuta, omnia argute biserrata ; serraturis, uti petiolis laciniisque calycinis, ad marginem glanduliferis (quod in specie non notatur ); supra glaberrima, intense virentia, subtus pallida ac ad nervos sed praecipue ad costam pubescentia, ac ad istam etiam glandulis nonnullis obsita : *aculei* basi dilatati, vix uncinati, fusco-rubentes, omnes

aequales: *pedunculi* fructiferi recti, subcorymbosi, glabri, vel pilis glandulosis sparsis obsiti: *laciniae* calycinae reflexae, corolla breviores, fructus vero subexcedentes, pinnatifidae ; lacinulis argute dentatis, indivisis, vel pinnatipartitis : *flores* pallide rosei ; *petalis* obovato-emarginatis : *styli* non coaliti, breves, pubescentes : *fructus* globoso-ovales, cartilaginei : *semina* pedicellata — In *a*. petioli et foliolorum rachis glandulis sparsis tecti, unde folia juniora confricata tenuem odorem, uti illum *R. rubiginosae* dant ; a qua tamen diversissima.

3. R. GALLICA. *Lin. sp. pl. 704 — Ten. fl. nap. 4. p. 284.*
*b. officinalis ; Ten. l. c. — Dec. pr. 2. p. 603 ; var. d.*
Ic. *Red. Ros. 1. p. 73.*
Ad sepes ; *sotto S. Nicola al Sud*, sed videtur olim ibi culta.
Majo, Junio. ♄
*Foliola* supra intense virentia, subtus glaucescentia : *pedunculi* et *calyces* plus minus hispido-glandulosi : *flores* intense rubro-purpurei : *fructus* globosi.

## 25. SANGUISORBEAE. *Lindl.*

### 106 ALCHEMILLA.

*Tourn. inst. t. 289 — Dec. pr. 2. p. 589.*

1. A. ARVENSIS. *Scop. carn. ed. 2. v. 1. p. 115 — Bertol. fl. ital. 2. p. 210*—A. aphanes. *Ten. fl. nap. 3. p. 164*—Aphanes arvensis. *Lin. sp. pl. 179.*
Ic. *Lam. ill. gen. t. 87*—A. minima,montana. *Column. ecphr. 1. p.146.*
In herbosis humidiusculis apricis, vel umbrosis ; *nel fondo del Cratere, e nelle falde orientali del Montagnone, Chiajano nel boschetto, Ischia nell'Arso, Bagno nella via di S. Michele.*
Martio, Aprili. ⊙
Planta pusilla, 1-3-pollicaris: *petioli* et *stipulae* non dilatati: *folia* virentia, pubescentia : *flores* apetali, axillares, glomerati.

### 106. POTERIUM.

*Spach. ann. Sc. nat. ser. 3. v. 5. p. 31*, et in *Walp. ann. bot. 1. p. 282.*

1. P. MURICATUM, *b. stenopetalum. Spach* in *Walp. l. c. p. 284 !* — P. polygamum. *Waldst.*, et *Kit. pl. rar. Hung. 2. p. 217*— P. Sanguisorba, *b. puberulum. Ten. fl. nap. 4. p. 321* — Sanguisorba minor. *Bertol. fl. ital. 2. p. 189 ?*

P. caule erecto angulato, foliolis foliorum inferiorum obovatis truncatis acute dentatis, superiorum oblongis inciso-serratis, fructibus glaberrimis tetragono-cristatis foveolato-rugosis muricatis, foveolarum margine angusto subintegerrimo.

Ic. *Waldst.*, *et Kit. l.* c. *t. 198.*

In apricis aridis, vel in herbosis ubique, tam in elatis, quam in demissis.

Majo, Octobri. ♃

*Lobi* limbi calycini obtusi, rotundati, margine scariosi ac ciliati : *fructus* basi tetraquetri; angulis obtusis, dentatis—In *P. garganico* caules hirsuti, et folia pilosiuscula, uti in icone *Moris. hist. 3. s. 8. t. 18. f. 1.*

## 26. POMACEAE. *Lindl.*

### 107. CRATAEGUS.

*Lindl. trans. Lin Soc. 13. p. 105 — Dcc. pr. 2. p. 626.*

1. C. MONOGYNA. *Jacq. austr. 3. p. 50 — Ten. fl. nap. 1. p. 279* — C. Oxyacantha. *Bertol. fl. ital. 5. p. 145*, excl. nonn. synon.

Ic. *Jacq. l. c. t. 292. f. 1* — Acuta spina. *Matth. comm. 1. p. 148.*

In silvaticis, ad sepes, et in fruticetis ubique.

Aprili Majo. ♄

Vulgo *Calavrice.*

In planta inarimensi, *rami* juniores pilis albis crispulis pubescentes : *stipulae* cito deciduae, semiorbiculatae, latae, dentato-serratae : *folia* ramorum sterilium obovato-cuneata, inciso-pinnatifida; laciniis inciso-lobatis : *pedunculi* glabri, aut pilis raris sparsis obsiti : *calyces* glabri; laciniis ex ovata basi acuminatis, glaberrimis, eglandulosis, sub anthesi et in fructu reflexis: *styli* recti, non curvati : *fructus* ovales, non globosi, ut in *C. monogyna* dicuntur, tamen monopyreni; proinde characteribus istis, nec cum descriptione *C. monogynae*, nec cum illa *C. oxyacanthae Koch syn. ed. 2. p. 259* in omnibus convenit — Cl. *Bertol.* l. c. *C. Oxyantham Jacq.* non *Lin. C. oxyacanthoidem* vocat. Confer quoque Cl. *Moris* in *fl. sard. 2. p. 42*, et *C. monogynae Finger.* observationem in *Koch l.* c.

2. C. AZAROLUS. *Lin. sp. pl. 683* — Mespilus Azarolus. *Ten. fl. nap. 1. p. 281* — M. Azarolus, *a.* erytrocarpa. *Moris fl. sard. 2. p. 44.*

Ic. Lazzarola rossa. *Gall. pom. ital. disp. 24*—Mespilus aronia veterum *Bauh. hist. 1. p. 67.*

Colitur.

Martio, Aprili. ♄

Vulgo *Lazzarola rossa.*

Digitized by Google

3. C. Aronia. *Bosc. in Dec. pr. 2. p. 629*—M.Azarolus, *b. chlorocarpa. Moris fl. sard. 2. p. 44.*
Ic. Lazzerolo bianco. *Gall. pom. ital. disp. 20.*
Colitur.
Martio, Aprili. ♄
Vulgo *Lazzerola gialla.*
*Fructus* in hac ex albo-luteoli, et saepius majores quam in praecedente, in qua semper sanguinei, ac minores.

### 198. MESPILUS.

*Lindl. trans. Lin. soc. 13. p. 99 — Dec. pr. 2. p. 633.*

1. M. germanica. *Lin. sp. pl. 684 — Ten. fl. nap. 1. p. 282,* var. *a.— Bertol. fl. ital. 5. p. 155.*
Ic. *Duham. arb. ed. 2. v. 4. t. 38* — Mespilus. *Dod. pempt. 801.*
Ad sepes, et in fruticetis nunc obvia: *sotto S. Nicola; Fontana, Serrano, Barano, Pieo, la Starza, cavone delle Nocelle, siepi di Catauro, e del monte Vezza.*
Aprili, Majo. ♄
Vulgo *Nespolo.*

### 199 PYRUS.

*Koch syn. ed. 2. p. 260.*

1. P. communis. *Lin. sp. pl. 689 — Ten. fl. nap. 4. p. 276—Bertol. fl. ital. 5. p. 165.*
Ic. *Lam. ill. gen. t. 433 — Blackw. herb. t. 453.*
Colitur.
Aprili, Majo. ♄
Sequentes varictates coluntur, et quae hoc signo † notatae sunt aestate maturant.
† *stupea*; pedunculo longiusculo; pomo parvo, pollicari vel sesquipollicari, turbinato; epidermide levi, ex viridi-flavo-sordida; pulpa albida, tenera, siccosa, fatua. *Gasp.*
*Piro stoppa.*
† 2. *xanthocarpa*; pomo turbinato, sordide flavo, hinc inde gibboso; pulpa tenera, dulci (Pyrorum aestivorum maxima, a 1/2-3-poll. alta) *Gasp.*
*Piro campana.*
*b. serotina*; pomo majori, hyeme maturescente. *Gasp.*
*Piro buoncristiano d'inverno.*

Digitized by Google

† 3. *suavis;* pomo subrotundo-turbinato, aequali; epidermide odora, ex viridi-flava, levi ; pulpa albida , plus minus spissa , parum succosa , tandem mitescenti.

*Piro mastantuono.*

† 4. *moschata;* pomo parvo, ovato-subrotundo, altero latere intense rubro, altero ex viridi-rubro ; pulpa quidquam spissa, odora, succosa, dulci , non mitescenti. ( Pyrorum aestivorum minima , saepe nucis Avellanae magnitudine ). *Gasp.*

*Piro moscatellino*, o *moscatello piccolo.*

† *b. major;* pomo triplo majori ; epidermide griseo-flava, punctis rubris conspersa ; pulpa magis tenera, tandem mitescenti. *Gasp.*

*Piro moscarellone.*

† 5. *perlata ;* pomo elongato, turbinato, flavido-roseo, inodoro; pulpa teneriuscula, succosa, valde dulci, non mitescenti. *Gasp.*

*Piro carmosino.*

*b. serotina;* pomo ineunte hyeme maturescente.

*Piro carmosino d' inverno.*

† 6. *nobilis ;* pomo obovato ( 2-4 poll. alto ); epidermide levi, flavo-carnea ; pulpa albida, tenera , inodora, sapida, cito mitescenti , valde succosa; maturescit aestate. *Gasp.*

*Piro spadone.*

*b. serotina ;* pomo ineunte hyeme maturescente.

*Piro spadone d' inverno.*

† 7. *viridis ;* pomo turbinato ; epidermide levi, sordide viridi ; pulpa flavida, tenera, succosa, valde dulcl. *Gasp.*

*Piro spino di està.*

† 8. *coxendica ;* pomo obovato ; epidermide levi , altero latere rosea , altero flavida ; pulpa tenera, succosa, parum sapida. *Gasp.*

*Piro coscia di donna.*

† 9. *oenophora ;* pomo oblongo-turbinato , basi plus minus constricto ; epidermide levi, altero latere viridi, altero carneo ; pulpa succosa, parum sapida, facile mitescenti. *Gasp.*

*Piro coscia longa.*

10. *bergamotta ;* pomo subrotundo ( diam. longit. 1 1/2 pollicari) , odoro; epidermide ex viridi-flavescente ; pulpa albida, tenera, succosa, odora. *Gasp.*

*Piro bergamotto.*

11. *deliciosa ;* pomo turbinato, saepe hinc inde gibboso ; epidermide ochracea, colore roseo leviter suffusa ; pulpa albida, tenera, succosa, dulci; hyeme maturescit. *Gasp.*

*Piro spino del Carpio.*

*b. butyrosa;* pomo turbinato (2-4 poll. longo ); epidermide ochraoea, pul-

Digitized by Google

pa albida, molli, succosa, valde dulci; aestate et autumno maturescit. *Gasp.*

*Piro butiro.*

12. *angelica;* pomo elongato, turbinato ( 2-3 poll. alto ); epidermide leviuscula, altero latere flavida, altero rubro-grisea; pulpa albida, tenera, succosa, dulci. *Gasp.*

*Pira angelica.*

2. P. Malus. *Lin. sp. pl. 686 — Ten. fl. nap. 4. p. 278 — Bertol. fl. ital. 5. p. 169.*

*a. sylvestris. Lin. l. c.*

Ic. *Duham. arb. ed. 2. v. 6. t. 45. f. 1*—Malus sylvestris. *Dod. pempt. 690.*

Ad sepes, et in fruticetis; *monte Vezza, Piana Liguari, sotto la Torre di Campagnana, monte di Barano, e presso al paese, Morapane, Fontana, cava di Buceto, del Carusiello, e di Cerambi sopra Casamicciola, Lacca al monte Vico.*

Aprili, Majo. ♄

In planta spontanea *folia* saepius elliptica, acuta, vel acuminata, serrulata, subtus pallide pubescenti-lanata, uti petioli; *fructus* globosi, parvi, diametro pollicari, luteoli, semper acerbi.

Coluntur sequentes varietates; ac quibus praemittitur signum istud † aestate maturant.

† 1. *juliana;* pomo albido, subrotundo-depresso, odoro; pulpa firmiuscula parum sapida. *Gasp.*

*Milo gaetaniello.*

† 2. *augustina;* pomo ovato-subrotundo, vel subrotundo-depresso, flavescente-carneo; pulpa tenera, succosa, sapida. *Gasp.*

*Milo agostegno.*

† 3. *solstitialis;* pomo magno ( diam. 2-4-pollicari) subgloboso, subdepresso, odoro; epidermide albida, altero latere carnea; pulpa sapida; tenera; maturescit Junio, Julio. *Gasp.*

*Milo di S. Pietro.*

† 4. *stupea;* pomo magno (3-4-poll. alto), globose-oblongo, odoro, epidermide undique virente; pulpa subdulci, parum sapida, dura; maturescit Junio, Julio. *Gasp.*

*Mila stoppa, o capa d'asino.*

† 5. *cucumerina;* pomo grandi, oblongo, ex albido-virescente, quandoque colore carneo leviter suffuso; pulpa parum sapida. *Gasp.*

*Milo cetrulo.*

6. *lentiginosa;* pomo oblongo, albido, lentiginoso; pulpa tenera, succosa, sapida. *Gasp.*

*Milo limonciello.*

7. *levis;* pomo ovato-oblongo, levi, nitido, ex albido carneo; pulpa tenera, leviter odora. *Gasp.*

*Milo lappiolo.*

*b. major*; pomo duplo majori.

*Milo lappione.*

8. *grisea*; pomo ovato; epidermide sordide fusco-grisea; pulpa potius spissa, sapore *Pyri* et *Mali* parum succosa. *Gasp.*

*Milo piro.*

9. *fatua*; pomo grandi, ovato, vel depresso (diam. 2-3-polilari), odoro ex viridi albido, saepius altero latere carneo; pulpa parum sapida, fere fatua, spissa. *Gasp.* (Usque ad Majum perdurant fructus, sed parum sopidus, quamvis odorus, ita ut saepius coctus comeditur).

*Milo tramontana.*

10. *genevensis*; pomo ovato, apice interdum depresso, ex viridi-carneo; pulpa odora, spissa, parum sapida. *Gasp.*

*Milo genovese.*

11. *deliciosa*; pomo ovato vel subrotundo, levi, rubro-carneo; pulpa inodora, tenera, succosa, sapida. *Gasp.*

*Milo annurco.*

12. *albescens*; pomo mediocri (2 poll. alto), ovato-subrotundo, ex viridialbo; pulpa spissa, parum succosa, fere fatua. *Gasp.*

*Milo biancolillo.*

13. *maculata*; pomo parvo, 1-1 1/2 poll. alto, subrotundo-depresso, altero latere viridi, altero macula lata fere coccinea notato; pulpa parum sapida. *Gasp.*

*Milo pottanella.*

### 100. SORBUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 855 — Koch syn. ed. 2. p. 261.*

1. S. DOMESTICA. *Lin. sp. pl. 684 — Ten. fl. nap. 1. p. 278 — Bertol. fl. ital. 5. p. 152.*

Ic. *Duham. arb. ed. 2. v. 3. t. 34 — Matth. comm. 1. p. 237.*

In fruticetis, et in silvaticis apricis; *selve del Castiglione, di Casamicciola, di Forio, di Campagnano, di Catauro, del monte Vezza, Lacco al monte Vico.*

Aprili, Majo. ♄

Sequentes varietates coluntur:

1. *augustana*; pomo subrotundo, parvo, nucis *Avellanae* magnitudine, altero latere rubro: maturescit Augusto. *Gasp.*

*Suorvo agostegno.*

2. *autumnalis*; pomo subrotundo-turbinato, altero latere flavo, altero rubro, praecedentis triplo majore; maturescit Septembri. *Gasp.*

*Suorvo a panelle.*

Digitized by Google

3. *serotina;* pomo obovato-turbinato, hyeme maturescenti. *Gasp.* *Suorvo tardivo* o di *vendemia.*

### 111. CYDONIA.

*Tourn. inst. 632. t. 405 — Dec. pr. 2. p. 638*

1. C. VULGARIS. *Pers. syn. 2. p. 40 — Ten. fl. nap. 4. p. 280* — Pyrus Cydonia. *Lin. sp. pl. 687 — Bertol. fl. ital. 5. p. 171.*
Ic. *Jacq. austr. t. 342* — Cotonea Malus — *Matth. comm. 1. p. 217.*
Ad sepes nunc spontanea.
Majo, Junio. ♄
Vulgo *Cotugno.*

## 27. ONAGRIEAE. *Juss.*

### 112. EPILOBIUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 639.*

1. E. LANCEOLATUM. *Sabast. et Maur. fl. rom. pr. p. 138 — Ten. fl. nap. 4. p. 170 — Bertol. fl. ital. 4. p. 298.*
Ic. *Sebast. et Maur. l. c. t. 1. f. 2.*
In umbrosis humentibus, ad muros, ad sepes, et in silvaticis.
Majo, Junio. ♂, et ♃
Glabriusculum: *folia* lanceolata, obiter serrulata; inferiora definite petiolata, basi non decurrentia: *flores* pallide rosei; *petalis* emarginatis, vix calycem superantibus: *stigma* 4-partitum.
2. E. PARVIFLORUM. *Schreb. spicil. p. 146 — Bertol. fl. ital. 4. p. 297* — E. molle. *Lam. Ten. fl. nap. 4. p. 170* — E. pubescens. *Roth. tent. 1. p. 167.*
Ic. *Fl. dant. 347* — Lysimachia siliquosa, hirsuta, flore minore. *Bauh. hist. 2. p. 906 — Tabern. ic. 855.*
In humentibus umbrosis; *Rotaro sull'aquedotto di Buceto, Fontana, Moropane all' acqua de' Nitroli.*
Majo, Junio. ☉
Molliter pubescens: *folia* lanceolata, obsolete serrulata, sessilia: *flores* albi; *petalis* emarginatis calycem aequantibus: *stigma* 4-partitum.
3. E. TETRAGONUM. *Lin. sp. pl. 494 — Ten. fl. nap. 1. p. 197 — Bertol. fl. ital. 4. p. 300.*
Ic. *Coss. et Germ. atl. de la fl. Paris. t. 12. f. E. — Reich. cent. 2. f. 34* — Lysimachia siliquosa II. *Tabern. ic. 855.*
In humentibus; *Noja presso ad una scaturigine*, sed satis rarus.

Junio, Julio. ♂

Glaberrimum : *caules* lineis elevatis a foliorum basi decurrentibus tetragoni : *folia* anguste lanceolata, argute serrulata : *corolla* rosea, parva, tamen calyce major : *stigma* clavatum, indivisum.

## 28. LYTHRARIEAE. *Juss.*

### 113. LYTHRUM.

*Juss. gen. 332 — Dec. pr. 3. p. 80.*

1. L. HYSSOPIFOLIA. *Lin. sp. pl. 642 — Ten. fl. nap. 4. p. 254 — Bertol. fl. ital. 4. p. 14.*
   Ic. *Jacq. austr. 2. t. 133* — Hyssopifolia, sive Gratiola minor. *Bauh. pr. p. 108.*
   In bumentibus argillosis; *Bagno presso al lago*, e *ne'fossi degli orti*, sed nunc satis rarum et fere destructum; *Forio alla marina di Citara nel letto di una abolita salina artificiale presso al diruto fortino.*
   Majo, Junio. ⊙
   *Caules* in locis istis diffusi, ac frequenter rami terrae arcte adpressi : *flores* confertissimi, solitarii, brevissime pedunculati : *calycis* nervi 12, et uti dentes saepe rubentes ; ex quibus sex alterni minimi, triangulares, subscariosi; alii sex duplo longiores, lanceolati, acuti, patentes, in fructu vero conniventes : *petala* sex, parva, integra: *stamina* sex, intra calycis tubum.
2. L. PRESLII. *Guss. pl. rar. p. 188*, et *syn. 1. p. 524.*
   L. caule simplici suberecto quadrangulo, angulis membranaceo-alatis,foliis alternis cordato-oblongis, superioribus lanceolato-linearibus, floribus axillaribus solitariis bexapetalis decandris, staminibus calycinos dentes erectos superantibus.
   Ic. Polygonum aquaticum, majus. *Barr. ic. 773. f. 1 ?*
   In humentibus subargillosis ; *nella salita della cava di Brusomonte a Buceto nel fondo di Mansi* ; *S. Angelo alla costa del Funnolillo.*
   Majo, Junio. ⊙
   *Caules* in planta inarimensi vix palmares : *folia* ovalia, aut oblonga ; suprema lanceolata :*flores* semel majores, quam in *L. Graefferi*, et duplo quam in praecedente—Cl. *Bertol. in fl. ital. 5. p. 13*, et *Ten. in fl. nap. 4. p. 254* hoc a *L. Grafferi Ten.* non separant; tamen sunt species diversae; siquidem in hoc *flores* minores : *caules* graciliores, et basi fere suffruticosi.

Digitized by Google

## 29. MYRTACEAE. *Brown.*

### 114. MYRTUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 844.*

1. M. COMMUNIS. *Lin. sp. pl. 673 — Ten. fl. nap. 4. p. 271 — Bertol. fl. ital. 5. p. 117.*
   *a. italica* ; ramis rectioribus, foliis ovato-lanceolatis acutis. *Lin. l. c.* — M. communis, *baetica. Ten. fl. nap. 4. pr. in fol. p. 7.*
   Ic. *Lam. ill. gen. t. 419* — M. vulgaris, nigra et alba. *Bauh. hist. 1. p. 510.*
   *b. lusitanica* ; foliis anguste lanceolato-ovatis acutis. *Lin. l. c. p. 674.*
   Ic. M. sylvestris, foliis acutissimis. *Clus. hist. 1. p. 66.*
   In fruticetis apricis, et ad sepes in lapidosis ubique, tam in elatis, quam in demissis utraeque varietates : var. *c. Castiglione.*
   Januario, Augusto. ♄
   Vulgo *Mortella.*
   *Fructus* in utrisque varietatibus in hac Insula semper nigri— Monendum puto quod nonnullae varietates hujus speciei, quae in hortis cultae speciem distinctam videntur, uti *M. communis romana*, et var. *tarentina*, ex earum seminibus plantae provenientes, vel ad speciem vulgarem redeunt, vel alias varietates dant!

## 30. GRANATEAE. *Don.*

### 115. PUNICA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 847.*

1. P. GRANATUM. *Lin. sp. pl. 676 — Ten. fl. nap. 4. p. 271—Bertol. fl. ital. 5. p. 122.*
   Ic. *Duham. arb. ed. 2. v. 4. t. 11*—Mala Punica. *Matth. comm. 1. p. 205.*
   Ad sepes nunc spontanea, et passim culta.
   Junio, Julio. ♄
   Arbuscula ramosissima; *ramis* demum spinescentibus : *folia* inpunctata, decidua, nitide virentia, lanceolata; *flores* coccinei, subsessiles, terminales, solitarii, vel aggregati : *balaustium* globosum, calyce persistente coronatum : *seminum* arillus nitide rubeus.
   Vulgo *Granato* ; et coluntur sequentes duae varietates:
   *a. dulcis.*

*Granato lappio.*
*b. acida.*
*Granato agro.*

## 31. CUCURBITACEAE. *Juss.*

### 116. LAGENARIA.

*Ser. in Dec. pr. 3. p. 299.*

1. L. vulgaris. *Ser. l. c.* — Cucurbita Lagenaria. *Lin. sp. pl. 1434.*
*c. clavata.* fructu clavaeformi, vel tereti-elongato. *Ser. l. c.* — C. leucantha, *b. Lam. Dict. enc. 2. p. 150!*
Ic. *Rumph. herb. amboin. 5. p. 397. t. 144* — Cucurbita longior. *Dod. pempt. 669;* quae uti recte notat *Ser. l. c.* mala quoad flores, sed bona quoad fructus — C. oblonga. *Fuchs. hist. p. 370.*
Colitur.
Junio, Augusto. ⊙
Vulgo *Cocozza longa.*
Moschum fortiter redolet: *flores* albi.

### 117. CUCURBITA.

*Endl. gen. n. 5138.*

1. C. Pepo. *Lin. sp. pl. 1435* — *Gasparr. in Rend. della R. Acc. delle Sc. di Nap. v. 8. p. 337.*
*b. oblonga. Lin. l. c.*
C. caule sarmentoso, cirrhis parvis ramosis, foliis novissimis 5-7-lobatis, lobis latis acutis, reliquis palmato 5-fidis, lobis angustis, intermedio longiore, eroso-dentatis sublobatis, corollae campanulatae 5-fido-lobatae lobis ovatis planis integerrimis erectis, fructibus cylindraceo-oblongis angulis vix prominulis.
Ic. Pepo oblongus. *Lobel. ic. 641. f. 1* — C. indica, longa. *Dalech. hist. 1. p. 617. f. 1.*
Ubique colitur.
Majo, Octobri. ⊙
Vulgo *Cocozzelli.*
2. C. macrocarpa. *Gasparr. in Rend. l. c. v. 6. p. 447.*
C. caule scandente, foliis omnibus leviter 5-lobatis, lobis subacutis denticulatis, laciniis calycinis linearibus apico subulatis, ovario cylindraceo-clavato apice tantum carpellifero, bacca cylindrico-clavata levi apice cava seminifera, infra solida, seminibus oblongis margine laeviusculo.

Digitized by Google

Ic. *nulla.*
Colitur, sed non ita frequenter.
Junio, Septembri. ⊙
Vulgo *Cocozza di Spagna.*

3. C. MAXIMA. *Duchs.* in *Lam. dict. enc. 2. p. 151,* an cum synon. omn.?— *Dec. pr. 3. p. 316,* an cum var.? — *Gasparr. l. c. v. 8. p. 338.*
*c. leucocarpa.*
C. caulibus longe procurrentibus, cirrhis valde ramosis elongatis, foliis suborbiculatis late et profunde cordatis obsolete 5-lobatis, lobis denticulatis, corollae urceolato-campanulatae quinquefidae lobis rotundato-acuminatis reflexis margine undulato-crispis, fructibus (candidis) globoso-depressis obsolete et obtuse costatis.
Ic. Pepo maximus, indianus. *Lobel. ic. 641. f. 2—Dalech. hist. 1. p. 626.*
Colitur passim.
Junio, Octobri. ⊙
Vulgo *Cocozza pazza.*
*Caules* validi, longissime scandentes: *fructus* maximi, virides, maturi candidi.

## 118. CITRULLUS.

*Nek. elem. n. 389 — Endl. gen. n. 5131.*

1. C. VULGARIS. *Schrad.* in *Linnaea XII. p. 412* — C. edulis. *Spach* — Cucumis Citrullus. *Ser. in Dec. pr. 3. p. 301* — Cucurbita Citrullus. *Lin. sp. pl. 1435.*
Ic. *Blackw. herb. t. 157* — Anguria indica. *Rumph. herb. amb. 5. p. 400. t. 146,* optima — Cucumer Citrullus. *Fuchs. hist. 670.*
Colitur.
Majo, Augusto. ⊙
Vulgo *Mellone di acqua.*

## 119. CUCUMIS.

*Endl. gen. n. 5137.*

1. C. SATIVUS. *Lin. sp. pl. 1437.*
*b.* fructibus pallide viridulis. *Ser. in Dec. pr. 3. p. 300.*
Ic. *Blackw. herb. t. 4* — C. sativus, vulgaris. *Fuchs. hist. 697* — Cucumeres sativi, et esculenti. *Lobel. ic. 638.*
Colitur.
Majo, Julio. ⊙

Digitized by Google

Vulgo *Cetrulo.*

2. C. Melo. *Lin. sp. pl. 1436.*

Ic. *Blackw. herb. p. 329* — Melo vulgi, sive Cucumis antiquorum. *Lobel. ic. 639.*

Colitur.

Junio, Augusto. ⊙

Duae varietates coluntur:

*a. reticulatus;* fructu rotundato vel oblongo, cortice reticulato griseo. *Ser. in Dec. pr. 3. p. 300.*

*Mellone di pane di Spagna,* o *a rezza, di està.*

*b. maltensis;* fructu cortice levi tenui. *Ser. l. c.*

*Mellone di pane liscio.*

3. C. flexuosus. *Lin. sp. pl. 1437.*

C. caule humifuso cirrhoso petiolisque tetragono-sulcatis patenter setoso-scabris, foliis cordatis denticulatis, ramorum juniorum ovatis 5-lobatis, lobo intermedio oblongo duplo majore, reliquis orbiculato-ovatis obsolete angulato-lobatis indivisisque, floribus axillaribus fasciculatis, calycibus germinibusque dense albo-pilosis, fructibus teretibus elongatis obsolete sulcatis varie curvatis, junioribus albo-pilosis demum glabratis.

Ic. C. longus. *Dalech. hist. 1. p. 624*, optima — C. anguina. *Tabern. ic. 480.*

Colitur.

Majo, Julio. ⊙

Vulgo *Carota.*

*Cirrhi* simplices, vel ramosi: *folia* supra laete virentia, subtus pallidiora, longe petiolata; caulina intermedia minus profunde lobata, quam in ramis junioribus, lobo intermedio etiam in istis majore; in ramis adultis demum indivisa, vel obiter lobata: *flores* masculi in eadem axilla numerosi, pedunculis gracilibus pollicaribus suffulti, et in istis: *calyx* campanulatus, 5-fidus; laciniis anguste lanceolato-linearibus, tubo aequilongis, corolla duplo brevioribus: *corolla* campanulata, imo calycis adnata, 5-fida; lobis oblongis, obtusis, margine crispato-undulatis, patenti-recurvis: *filamenta* intra corollae tubum recondita, conniventia — *Flores* foeminei in eadem axilla solitarii, pedunculo demum incrassato suffulti; vel inter flores masculos ramulus brevis unifoliatus elongatur, qui in apice 1-4 flores foemineos inter folium et cirrhum gerit, inter quos unicus fertilis, et in istis: *calycis* tubus cylindricus, cum ovario connatus; limbo supero, 5-fido, laciniis lato-lanceolatis: *corollae* petala quinque, calyci inserta, oblongo-lanceolata, acuta, patenti-recurva, margine undulata: *fructus* juniores dense albo-molliterque pilosi, inde glabriusculi, utrinque obtusi, attenuati, non apice incrassati ut in *C. anguino,* 1 1/2 — 4-pedales, pallide virentes, demum lutescentes: *sapor*

fructus teneri, et immaturi *C. sativi*, sed magis gratus, et pulpa tenerior; sed jam perfecti saporem, odoremque *C. Melonis* magis referunt. Icon *Dalech.* inter alias veterum auctorum melior, nam fructuum forma xactissime hunc refert, sed illae *C. anguinus Lobel. ic. 639*, et *C. oblongus Dod. pempt. 662* (una ab altera mutuata) fructuum foliorumque forma diversae videntur. Praeterea *C. anguinus Dalch. l. c. f. 2.* verum *C. anguinum* in nostris hortis botanicis cultum refert; quae species male a Cl. *Ser.* in *Dec. pr. 3. p. 314* ad *Trichosanthem anguinam* auctoritate Cl. *Lam.* trahitur. Haec in nostris hortis quoque colitur, et ejus optima icon extat in *Rumph. herb. amb. 5. p. 407. t. 148*, et in *Mich. gen. 12. t. 9.*

### 120. ECBALIUM.

*Rich. dict. class. d'Hist. nat. v. 46. p. 12 — Endl. gen. n. 3132.*

1. E. Elaterium. *Rich. l. c.*—Momordica Elaterium. *Lin. sp. pl. 1434— Ten. fl. nap. 5. p. 270.*
   Ic. *Bull. herb. t. 81* — Cucumis silvestris. *Fuchs. hist. p. 705— Dod. pempt. 663.*
   In ruderatis, et in arenosis maritimis; *Ischia al Castello, Barano, Fontana, marina de' Maronti e di S. Angelo, Panza, Forio a Citara ed a S. Francesco, marina del Lacco, di Casamicciola, ed al Bagno.*
   Floret fere per totum annum. ♃, et in plagis calidioribus basi ♄
   Vulgo *Cocozzielli selvaggi.*
   Planta non cirrhosa, hispido-scabra ac glaucescens: *folia* cordata, angulato-lobata: *flores* sordide luteo-virentes: *bacca* longe pedunculata, deflexa.

## 32. PORTULACEAE. *Juss.*

### 121. PORTULACA.

*Juss. gen. 312. — Dec. pr. 3. p. 353.*

1. P. oleracea. *Lin. sp. pl. 638 — Ten. fl. nap. 1. p. 225, a — Bertol. fl. ital. 5. p. 6.*
   Ic. *Lam. ill. gen. t. 502. f. 1* — P. silvestris. *Fuchs. hist. p. 113.*
   In cultis, et in hortis.
   Majo, Septembri. ⊙
   Vulgo *Porchiacca.*
   Glaberrima: *folia* cuneiformia: *flores* parvi, lutei, sessiles — In acetariis locum habet.

## 33. PARONICHIEAE. *St. Hil.*

### 122. CORRIGIOLA.

*Lin. gen. pl. ed. Sehreb. n. 516.*

1. C. LITTORALIS. *Lin. sp. pl. 388— Ten. fl. nap. 3. p. 348—Bertol. fl. ital. 3. p. 501.*
   Ic. *Lam. ill. gen. t. 213* — Anthyllis latifolia, flore albo, polygonoides. *Barr. ic. 532?*, nam habitus *C. telephifoliae*, uti recte monet Cl. *Moris in fl. sard. 2. p. 96.*
   In apricis subarenosis; *colline del Bagno, Chiajano presso al Cratere dell'Arso e nella pianura, Vataliere, Chianole del Testaccio*; et in submontosis; *alle falde orientali di monte Vetta, e nel piano de' Muori.*
   Julio, Octobri. ⊙
   Herba glaberrima, fumum redolens: *flores* minuti, albi, in racemo primum corymboso, inde elongato breviter pedicellati.

### 123. HERNIARIA.

*Juss. mem. mus. 1. p. 389 — Dec. pr. 3. p. 367.*

1. H. CINEREA. *Dec. fl. fr. suppl. p. 375, et pr. 3. p. 367— Ten. fl. nap. 3. p. 252* — H. hirsuta, *b. Bertol. fl. ital. 3. p. 21.*
   Ic. *Dec. mem. des Paron. p. 10. t. 3* — H. hirsuta. *Bauh. hist. 3. p. 379. f. 1?*, nam radix videtur perennis.
   *b. glabrata*; pallide virens, non canescens, glabriuscula— H. virescens. *Salzm.* in *Dec. l. c.*
   In cultis arenosis, et ad vias ubique ab elatis ad demissa: var. *b. Chianole del Testaccio, Coste di S. Pancrazio, Punta dell'Imperatore.*
   Martio, Octobri. ⊙
   In var. *b. caules* tenue pubescentes: *folia* laete vel pallide virentia, ciliata, ad paginam superiorem glabra, subtus puberula: *sepala* exteriora elliptica, mutica, hirsuta; sed haec ipsa varietas cum *H. glabra*, quae perennis, et solummodo in submontosis apud nos provenit, nullimodo confundenda est.

### 124. POLYCARPON.

*Dec. pr. 3. p. 376.*

1. P. TETRAPHYLLUM. *Lin. sp. pl. 131 — Ten. fl. nap. 3. p. 115 — Bertol. fl. ital. 1. p. 834.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 51. f. 5.* — Anthyllis alsinaefolia, polygonoides, major. *Barr. ic. 534.*

*b. diphyllum. Bertol. l. c.*

Ic. P. diphyllum. *Cav. ic. 2. t. 151. f. 1.*

Ad vias, in arenosis aridis herbosis, nec non in cultis ubique: var. *b.* magis rara.

Glabriusculum, diffusum: *folia* tenuia, obovata: *flores* triandri, parvi; petalis emarginatis, albis.

2. P. ALSINAEFOLIUM. *Dec. pr. 3. p. 376 — Bertol. fl. ital. 1. p. 836* — Mollia alsinaefolia. *Ten. fl. nap. 3. p. 237.*

Ic. Alsine facie Paronychiae secundae Matthioli. *Bocc. sic. t. 38.*

In arenosis maritimis; *marina de' Maronti, marinella del Bagno, e dell'Arso*, sed nunc satis rarum.

Aprili, Majo. ⊙

Glaberrimum, diffusum: *folia* crassiuscula, ovalia: *flores* pentandri, parvi, dense congesti; *petalis* subintegris, albis.

## 34. CRASSULACEAE. *Dec.*

### 125. TILLAEA.

*Mich. gen. 22. t. 20 — Dec. bull. phil. 1081. n. 49 p. 2, et pr. 3. p. 381.*

1. T. MUSCOSA. *Lin. sp. pl. 186 — Ten. fl. nap. 3. p. 115 — Bertol. fl. ital. 1. p. 338.*

Ic. *Reich. cent. 2. f. 350* — T. muscosa, annua, perfoliata. *Mich. l. c. t. 20* — Polygonum muscosum, minimum. *Bocc. sic. t. 29*, et *Mus. 2. p. 36. t. 22.*

In apricis humidiusculis; *Ischia all'Arso sulla strada dal Bagno al Crovone, e nell'altra dal Bagno al Purgatorio detta la Campetella, Chiajano nel boschetto, Montagnone nel fondo del Cratere.*

Januario, Martio. ⊙

Planta pusilla, 4-12 lin. longa: *flores* minuti, herbacei.

### 126. UMBILICUS.

*Dec. bull. phil. 1801. n. 49*, et *pr. 3. p. 399.*

1. U. HORIZONTALIS. *Dec. l. c. p. 400* — Cotyledon horizontalis. *Guss. syn. 1. p. 513 — Ten. fl. nap. 4. p. 244 — Bertol. fl. ital. 4. p. 692.*

Ic. *Ten. l. c. 234. f. 1.*

Ad muros, et ad rupes in umbrosis, saepius vero in apricis.
Majo, Junio. ♃
*Flores* breviter pedunculati, erecti, demum horizontales?
Hic et sequens vulgo *Cuppetiello* appellantur, et ad rachides uberum mulierum sanandas adhibentur.

2. U. PENDULINUS. *Dec. pl. grass.*, et *pr. 3. p. 409*—Cotyledon Umbilicus. *Lin. sp. pl. 615—Ten. fl. nap. 4. p. 244—Bertol. fl. ital. 4. p. 651.*
Ic. *Dec. pl. grass. t. 156—Ten. l. c. t. 234*—Cotyledon. *Dod. pempt. 131.*
Cum praecedente, tamen in umbrosis magis frequens.
Aprili, Majo. ⊙, vel ♃
*Flores* magis tubulosi, elongati, longius pedunculati, penduli, ac pallidiores quam in praecedente; et una cum illa variat *caule* simplici vel ramoso, tamen semper basi indiviso; *foliis* integris, aut varie dentato-crenatis.

### 127. SEDUM.

*Dec. bull. phil. 1801. n. 49*, et *pr. 3. p. 401.*

1. S. STELLATUM. *Lin. sp. pl. 617 — Ten. fl. nap. 4. p. 245 — Bertol. fl. ital. 4. p. 690.*
*b. deltoideum;* foliis obovato-cuneatis subdeltoideis, integris aut crenato-dentatis, floribus roseo-albis. *Ten. l. c.*
Ic. Sempervivum tertium. *Columm. phyt. ed. neap. p. 42.*
Ad sepes, ac ad muros, et in saxosis ab elatis ad litus.
Aprili, Majo. ⊙
Planta undique glaberrima, laete virens: *bracteae* papillis tenuissimis pelluceidis ad margines instructae, ita ut nudo oculo ciliatae videntur; *calycis* laciniae in fructu parum elongatae, et inter capsulas patentes erectae, apiceque fere conniventes!: *petala* lanceolata, acuminata, concavo-carinata, alba uti fiamenta et pistillum, vel a medio ad apicem pallide rosea, ad carinam subtus virentia aut rubentia: *capsulae* mucronulatae, erectae, demum in cymae ramis recurvis stellato-patentes.

2. S. GALIOIDES. *All. ped. 2. p. 120—Griseb. fl. Rum.* et *Byth. 1. p. 323—Bertol. fl. ital. 4. p. 700* — S. Cepaca, *b. Ten. fl. nap. 1. p. 246—Guss. syn. 1. p. 515*, excl. syn. *Sibth.*
S. caulibus aggregatis vel basi ramosis ascendentibus puberulis, foliis inferioribus verticillatis 3-5-nis spathulatis obtusis, superioribus sparsis oblanceolatis omnibus integerrimis, cymis paniculatis, floribus pedicellum puberulum subaequantibus, petalis lanceolatis aristatis albo-incarnatis carina purpureis calycem triplo superantibus, antheris purpureis, ovariis glabriusculis.
Ic. *All. l. c. t. 65. f. 3.*

Ad muros, ad rupes, ad sepes in umbrosis ubique.

Majo, Junio. ⊙

*Petala* persistentia, et una cum capsulis aristata, istis demum adpressa. Confer Cl. *Bertol. l. c.*, et quae dixi in *syn. l. c.*; tamen cl. *Griseb.* melius quam alii characteres notavit, quorum ope *S. Cepaea*, et *S. tetraphyllum* ab hoc dignoscuntur.

3. S. LITOREUM. *Guss. pl. rar. p. 135 — Ten. fl. nap. 4. p. 246 — Bertol. fl. ital. 4. p. 697.*

S. annuum glabrum, caule erecto simplici vel a basi ramoso, ramis ascendentibus, foliis radicalibus rosulatis spatbulato-cuneiformibus semiteretibus, reliquis spatbulato-linearibus, omnibus adnato-sessilibus, floribus in cymae subtrifidae ramis sessilibus, calycinis laciniis obtusis petala lanceolata subaequantibus, stylo brevi, capsulis demum patulis.

Ic. *Guss. l. c. t. 37. f. 2.*

Ad maceries in umbrosis submuscosis; *ne' muri a secco a diritta della strada, che dalla Chiesa dell' Annunciata di Campagnano conduce al Monte, ed in quelli della strada che mena a Cartaromana dirimpetto al Casino di Monsignore.*

Majo, Junio. ⊙

Planta in hac insula ob locorum ariditatem vix pollicaris, gregarie crescens, lacte virens, glaberrima: *folia* infima rosulata, conferta, obtusissima, supra concaviuscula: *calycis* laciniae fere semiteretes, crassiusculae, obtusae, inter petala lutea lanceolato-aristulata profunde sulcata surrectae, illis breviores.

4. S. NICAENSE. *All. ped. 2. p. 122—Moris fl. sard. 2. p. 129*, excl. plur. syn. — S. rufescens. *Ten. fl. nap. 1. p. 248—Guss. syn. 1. p. 520* —S. altissimum. *Bertol. fl. ital. 4. p. 703*, excl. syn. *Jacq.*

S. glaberrimum caespitosum glauco-virens demum rubescens, caulibus basi suffruticulosis, floriferis erectis, foliis semiteretibus basi solutis inferioribus incurvis erecto-patulis spiraliter 5-fariam imbricatis, supremis rectis adpressis, floribus (albido-luteolis) ante explicationem angulatis secus cymae ramos demum recurvos subsessilibus, petalis lineari-spatbulatis obtusiusculis patentibus lacinias calycinas 5-4-plo superantibus, filamentis basi puberulis, capsulis longe rostratis.

Ic. *Ten. l. c. t. 41—All. l. c. t. 90. ic. 1*, pessima, uti recte notat *Moris l. c.* — S. altissimum. *Reich. cent. 3. f. 488?*

Ad rupes vulcanicas in fruticetis; *Ischia all'Arso nel boschetto sul Pennino di Mangialisi.*

Junio, Julio. ♄

Pro differentiis de hac specie cum *S. altissimo* confer Cl. *Ten. syll. p. 229*, et *syn. l. c.*; et pro *S. nicaensi Moris l. c.*

S. soluntinum *Tin.* a me in Insula introductum fuit.

## 35. FICOIDEAE. *Juss.*

### 128. MESEMBRYANTHEMUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 860.*

1. M. nodiflorum. *Lin. sp. pl. 688 — Ten. fl. nap. 4. p. 281 — Bertol. fl. ital. 5. p. 174.*
   Ic. *Dec. pl. grass. t. 58*— Kali neapolitanum, aizoides, repens. *Columm. ecphr. 2. p. 72. t. 73.*
   In ruderatis, ad pendices arenosas collium , in marnaceis, ac in rupestribus maritimis ; *Ischia al Castello, e n'scogli di S. Anna , coste di S. Pancrazio alla Scarupata, Succellaro, marina de' Maronti , scala del Testaccio, marina di S. Angelo, rupi di Citara presso Forio, Lacco al monte Vico scendendo a S. Montano.*
   Majo, Junio. ⊙
   *Flores* parvi, ex albo-luteoli ; *petalis* anguste linearibus.
2. M. acinaciforme. *Lin. sp. pl. 695.*
   Ic M. acinaciforme, flore amplissimo purpureo. *Dill. Elth. t. 311. f.270,* et *212. f. 271.*
   Ad rupes maritimas, *Ischia nelle rupi all'Ovest sotto al Castello*, ubi nunc sponte vegetat, et propagatur.
   Aprili, Majo. ♄
   Planta ramosissima, et ob ramos radicantes longe lateque procurrens, a rupibus dependens , laete virens , glaberrima: *flores* ampli , fere 3-4-pollicares, purpurei, speciosi.

## 36. CACTEAE. *Dec.*

### 129. OPUNTIA.

*Tourn. inst. 239. t. 122 —Mill. dict. — Dec. pr. 3. p. 471.*

1. O. Ficus indica. *Mill. dict. n. 2*—O. vulgaris. *Ten. fl. nap. 4. p. 270.*
   Ic. Cactus Ficus indica. *Dec. pl. grass. t. 138.*
   Ad rupes maritimas ; *Ischia sotto al Castello, Lacco al monte Vico, Punta di S. Angelo,* nunc spontanea.
   Aprili, Majo. ♄
   Vulgo *Fico d'india.*
   Cum plantae non coluntur hac in insula, sic fructus parvi remanent, tamen sapidi sunt.

Digitized by Google

## 37. SAXIFRAGEAE. *Dec.*

### 130. SAXIFRAGA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 764.*

1. S. TRIDACTYLITES. *Lin. sp. pl. 578 — Ten. fl. nap. 4. p. 196 — Bertol. fl. ital. 4. p. 494.*
*a. lobata ;* foliis inferioribus 3-5-lobis, superioribus saepe integriusculis, caule plus minus ramoso. *Dec. pr. 4. p. 35.*
Ic. *Sternb. Saxif. t.17. f. media*, ex *Dec.*—Paronychia altera. *Dod. pempt. 112.*
Ad muros in umbrosis muscosis humentibus ; *Ischia nella salita della strada della Puzzolana su de'muri esposti al Nord,* sed rara.
Martio, Aprili. ⊙
Planta pusilla, 2-4-pollicaris, glanduloso-pubescens, et viscidula : *flores* albi, parvi.

## 38. UMBELLIFERAE. *Juss.*

### 131. ERYNGIUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 456 — Dec. pr. 4. p. 87.*

1. E. MARITIMUM. *Lin. sp. pl. 337 — Ten. fl. nap. 1. p. 117 — Bertol. fl. ital. 3. p. 108.*
Ic. *Fl. dan. 875*—E. marinum. *Dod. pempt. 730—Clus. hist. 2. p. 159.*
In arenosis maritimis.
Majo, Julio. ♃
*Folia* coriacea, glaucescentia, dentato-spinosa, undulato-plicata: *flores* pallide coerulescentes.

### 132. SANICULA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 458 — Dec. pr. 4. p. 84.*

1. S. EUROPAEA. *Lin. sp. pl. 339 — Ten. fl. nap. 1. p. 120 — Bertol. fl. ital. 3. p. 121.*
Ic. *Bull. herb. t. 267* — Sideritis. *Column. phyt. ed. nap. p. 72.*
In silvis umbrosis, et ad sepes in humentibus.
Aprili, Majo. ♃
*Involucri* foliola patenti-recurva: *petala* alba, non revera desunt in floribus foemineis, uti cum *Scopoli* dixi in *syn. 1, p. 306;* sed cito deci-

Digitized by Google

dunt, et tunc eorum loco margo corollinus albidus remanet: *styli* saepe rubescunt.

### 132. APIUM.

*Hoffm. umb. 1. p. 75 — Dec. pr. 4. p. 100.*

1. A. GRAVEOLENS. *Lin. sp. pl. 379 — Ten. fl. nap. 3. p. 336 — Bertol. fl. ital. 3. p. 121.*
   b. *brachyphyllum;* foliolis rhombeis, vel rhombeo-ovatis abbreviatis, laciniis obtusis.
   Ic. A. hortense. *Fuchs. hist. 744 — Lobel. ic. 707.*
   In humentibus; *Ischia nell'Orto della Mandria, Lacco, Forio a Citara.*
   Majo, Septembri. ♂
   In speciminibus neapolitanis, et in illis quae ex Anglia habui, *foliola* fere oblongo-obovata, magis cuneata, et basi producta; earum dentes et laciniae acutiores, lanceolatae, evidentius mucronulatae: in planta inarimensi vero *foliola* fere deltoidea, basi minus cuneata, ac producta; earum dentes aut laciniae latae, obtusiores, fere ovatae, obsolete mucronulatae: *fructus* magis globosi— Icones citatae nostram varietatem optime exhibent, uti illa *Riv. pent. irr. t. 205* plantam neapolitanam ac anglicam exacte repraesentat.
   Sequentes varietates coluntur:
   a. radice dulci, alba.
   Vulgo *Accio bianco.*
   b. radice dulci, rubente.
   *Accio rosso.*

### 134. PETROSELINUM.

*Hoffm. umb. gen. 1. p. 78 — Dec. pr. 4. p. 102.*

1. P. SATIVUM. *Hoffm. l. c.—Dec. l. c.* — Apium Petroselinum. *Lin. sp. pl. 379.*
   Ic. *Blackw. herb. t. 172* — Apium hortense. *Dod. pempt. 694.*
   Colitur passim in hortis.
   Majo, Junio. ⊙
   Vulgo *Petrosino.*

### 135. AMMI.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 467 — Dec. pr. 4. p. 112.*

1. A. MAJUS *Lin. sp. pl. 349—Ten. fl. nap. 3 p. 286—Bertol. fl. ital. 3. p. 252,* excl. syn. *A. glaucifolii.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 273* — A. vulgare. *Dod. pempt. 639.*
Inter segetes in apricis ; *seminati fra le vigne di Fontana ed Ajetola*, rarum.
Majo, Octobri. ⊙
Glaberrimum ; *foliola* argute serrulata, margine cartilaginea ; in superioribus anguste lanceolato-linearia : *flores* albi.

### 136. PIMPINELLA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 498 — Dec. pr. 4. p. 49.*

1. P. PEREGRINA. *Lin. sp. pl. 378—Bertol. fl. ital. 3. p. 267*— Tragium peregrinum. *Ten. fl. nap. 3. p. 335.*
   Ic. *Jacq. H. Vind. 2. t. 131*—Daucus Dioscoridis. *Columm. Ecphr. 1. p. 109.*
   Ad sepes, in herbosis, et in silvaticis ; *salita di Barano, di Serrano, di Fontana a S. Nicola, monte Vetta, selve delle Falanghe, di Catreca, Casamicciola, salita della Pannella, Lacco al monte Vico, Panza.*
   Majo, Junio. ♂
   Tenue pubescsns : *foliola* in foliis radicalibus late-orbiculata, in supremis anguste pinnatifido-laciniata : *flores* albi.

### 1H7. BUPLEURUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 460 — Dec. pr. 4. p. 127.*

1. B. PROTRACTUM. *Linck fl. port. p. 287 — Ten. fl. nap. 3. p. 269 — Bertol. fl. ital. 3. p. 132.*
   Ic. *Reich. cent. 9. f. 1112, et 1113.*
   Inter segetes; *seminati fra Fontana e la Pietra dell'acqua*, unica tantum vice collegi.
   Aprili, Majo. ⊙
   Glaberrimum, glaucescens : *folia* oblonga, mucronata : *flores* lutei.

### 138. OENANTHE.

*Lam. dict. enc. 4. p. 526 — Dec. pr. 4. p. 136.*

1. O. PIMPINELLOIDES. *Lin. sp. pl. 366 — Ten. fl. nap. 1. p. 127*, var. *a.* et var. *b. vol. 3. p. 314 — Bertol. fl. ital. 3. p. 236.*
   Ic. *Jacq. austr. t. 394* — O. angustifolia. *Lobel. ic. 729.*
   In herbosis silvaticis, in fruticetis, et ad sepes passim ab elatis ad litus.
   Majo, Junio. ♃

Vulgo *Granfa di gatta.*

Glaberrima: *radicis* fibrae ad apicem in tubera globosa incrassatae: *foliola* in foliis radicalibus late obovato-cuneata; in superioribus anguste linearia, elongata; *flores* albi: *fructus* cylindraceo-compressi, multistriati.

*Cymae* tenerae aqua fervente lixatae, et sale ac oleo conditae, vel leguminosarum seminibus mixtae, in *Fontana, Barano, Moropane,* aliisque oppidis comeduntur.

## 139. CRITHMUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 473 — Dec. pr. 4. p. 164.*

1. C. MARITIMUM. *Lin. sp. pl. 354 — Bertol. fl. ital. 3. p. 333 —* Cachrys maritima. *Ten. fl. nap. 3. p. 395.*
   Ic. *Jacq. H. Vind. 2. t. 187 — Zannich. hist. t. 9.*
   Ad rupes maritimas ubique.
   Julio, Septembri. ♄
   Vulgo *Granfa di quaglia.*
   Sempervirens, glaberrimum, glaucescens : *folia* crassiuscula, *Petroselinum* olentia : *flores* albo-viriduli, demum viridi-luteoli.

## 140. FOENICULUM.

*Adans. fam. 2. p. 101 — Gaertn. de fruct. 1. p. 105 — Dec. pr. 4. p. 142.*

1. F. PIPERATUM. *Dec. pr. 4. 142 — Bertol. fl. ital. 3. p.342—*Anethum piperatum. *Ucria pl. ad Lin. opus add. n.6—* A. Foeniculum, *e. Lin. sp. pl. 378 —* Meum piperatum. *Ten. fl. nap. 3. p. 291.*
   Ic. F. asininum, foliis crispis, sive Millefolii, graveolens. *Cup. panph. 1. t. 171.*
   Cum sequente, sed magis quam illud obvium, simulque floret. ♃
   Praeter fructuum saporem acerrimum recedit a sequente, foliorum laciniis brevissimis rigidis glaucis. Colitur in hortis, et vulgari nomine *Carosella* appellatur. Ista enim quoad foliorum characterem et habitum potius *F. piperati*, quam *F. graveolentis*, vel *F. dulcis* progenies videtur.
2. F. VULARE. *Gaertn. de fruct. 1. p. 105—Dec. l. c.—*F. officinale. *Bertol. fl. ital. 3. p. 339 —* Anethum Foeniculum, *b. et d. Lin. sp. pl. 377 —* Meum Foeniculum. *Ten. fl. nap. 3. p. 290.*
   Ic. *Gaertn. l. c. t. 23—Riv. pent. irr. t. 61—*Foeniculum. *Dod. pempt. 297.*
   Ad muros, et in cultis lapidosis ubique.

Julio, Septembri. ♃

Vulgo *Finocchio selvatico* una cum praecedente.

3. F. DULCE. *Dec. pr. 4. p. 142*—Anethum Foeniculum, *a. Lin. sp. pl. 377.*
Ic. F. dulce, majore et albo semine. *Bauh. hist. 3. pars. 2. p. 4.*
Colitur passim in hortis.
Junio, Julio. ⊙
Vulgo *Finocchio.*

### 141. FERULA.

*Koch umb. p. 96 — Guss. syn. 1. p. 352.*

1. F. COMMUNIS. *Lin. sp. pl. 355 —Guss. syn. 1. p. 352— Ten. fl. nap. 3. p. 337*, ex parte, et excl. syn. *Guss. pr. 1. p. 365*, ac *Smith fl. gr. pr. 1. p. 190* — F. nodiflora. *Bertol. fl. ital. 3. p. 372.*
Ic. Ferula. *Dod. pempt. 321.* et *Lobel. ic. 778.*
In apricis rupestribus; *alle Falanghe sotto S. Nicola, discesa di Pietraperciata, e del Fasano, costa della Serra scendendo alle fumarole nella contrada del Bell' Omo sopra Forio.*
Majo, Junio. ♃
Vulgo *Cannaferra*, una cum sequente.
*Caules* 7-8-pedales, et ultra: *foliorum* radicalium laciniae in hac anguste lineares, sulcatae, non confertae, 1, 1-1/2 poll. longae; *fructus* oblongo-elliptici—F. *nodiflora Griseb. spic. fl. Rum. 1. p. 533*, ad *F. communem* spectare videtur ex descriptione.

2. F. NODIFLORA. *Lin. sp. pl. 356 — Guss. syn. 1. p. 353* — F. nodiflora, *b. Bertol. fl. ital. 3. p. 372.*
Ic. F. Foeniculi folio, semine latiore et rotundiore. *Bauh. hist. 3. p. 43.*
Ad rupes maritimas; *Ischia nelle rupi sotto al Castello, Succellaro alle Scarupata, e ne' margini delle selve fra le Falanghe ed il Fasano alla Fico,* una cum praecedente !
Aprili, Majo. ♃
*Foliorum* radicalium laciniae in hac duplo fere breviores, confertiores, tenuiores quam in praecedente: *semina* orbiculato-elliptica — Pro hac et antecedente confer quae dixi in *syn. l. c.*

3. F. NEAPOLITANA. *Ten. fl. nap. 3. p. 340* — F. nodiflora, *c. Bertol. fl. ital. 3. p. 372.*
F. caule glauco tereti gracili, foliis supra pallide viridibus subtus glaucis supradecompositis, foliolis 3-5-partitis, laciniis planis late linearibus obtusiusculis, umbellis intermediis pedunculatis, lateralibus elongatis masculis, involucris lineari-setaceis caducis, fructibus ellipticis utrinque acutis, costis prominulis.
Ic. *Ten. l. c. t. 132.*

Digitized by Google

Ad rupes maritimas, vel etiam a mare dissitas; *nelle rupi da Ischia a S. Pancrazio, e ne'scogli di S. Anna*, ubi vero rara; *rupi di Campagnano, del Castiglione, presso Fontana, Lacco al monte Vico, Forio alla Punta dell'Imperatore.*

Aprili, Majo. ♃

Vulgo *Cannaferla femminina.*

*Caules* sesquiorgiales, tamen graciles, diametro nempe vix 6-8-lineari, stricti, non sulcati: *flores* lutei, parvi: *fructus* immaturus utrinque convexiusculus, 4-5 lin. longus, costis tunc omnino obliteratis: *pedunculi* inferiores longiores, ideoque inflorescentia tota fere ovata—A duabus praecedentibus luce clarius distincta, *caule* graciliore non virente, sed polline coerulescente vel demum rubente tecto: *foliorum* laciniis planis, 2-3 lin. latis, glaucis, non intense virentibus: *fructibus* ellipticis, utrinque angustatis; ideoque *F. glaucae* magis proxima, quam duabus antecedentibus, cum quibus male associata.

## 142. DAUCUS.

*Dec. pr. 4. p. 209.*

1. D. SETULOSUS. *Guss. in Dec. pr. 4. p. 211—Bertol. fl. ital. 3. p. 158—Ten. fl. nap. 5. p. 335*; et *D. parviflorus* ejusdem in *fl. nap. 3. p. 284*, quoad plantam inarimensem — D. speciosus. *Cesati in Lin. 11. p. 322*, et in *Walp. rep. 2. p. 419*, ex specim. ab amico *Heldr.* communicato.

D. caule petiolisque sparse piloso-hispidis, foliis inferioribus circumscriptione oblongis 2-pinnatis, foliolis multifidis, laciniis anguste linearibus abbreviatis, superiorum conformibus, involucris pinnatifidis umbellam subsuperantibus involucellisque simplicibus lineari-setaceis ciliato-setosis, floribus breviter radiantibus, centrali sterili, fructus oblongi aculeis elongatis basi dilatatis ac coalitis apice glochidiatis ejusdem latitudinem superantibus.

Ic. *nostra t. IV. a. b. c. d. e* — Daucus vulgaris. *Zannich. hist. t. 190*, ex *Ten.*, sed folia videntur diversa.

In campis, collibus sterilibus, et ad vias in arenosis nihil communius, nec non ad vaporaria naturalia (*Fumarole*).

Aprili, Junio. ⊙

Vulgo *Pastinachella.*

*Caules* palmares vel sesquipedales, scabri, tamen semper graciles, erecti, vel ascendentes, et uti petioli setulis retrorsum versis tecti; quae setae ad vaginas, et foliorum basim longiores, confertiores, ac patentes: *folia* radicalia laete virentia, in orbem supra terram more generis expansa;

laciniis vix 1/2 lin. latis, 3-4 lin. longis, adproximatis, illa *Scandicis pecten* aemulantibus, uti recte notat Cl. *Bertol. l. c.*: *involucrum* sub anthesi deflexum umbellam aliquando superat, ejusdem laciniis involucellisque canaliculatis, subtus carinatis, vix lin. latis, aristatis: *involucelli* foliola valde inaequalia; nam 2-3 elongata, umbellulam excedentia, ac omnino virentia, aut margine angustissimo albo-scarioso prope basin instructa; reliqua duplo fere breviora, late albo-marginata ac ciliata, concava, obtusiuscula: *flores* candidi, breviter radiantes; centralis unicus aut plures steriles, atropurpurei: *fructus* 2-3-lin. longi, saepe una cum aculeis rubentes: isti vero basi dilatata coaliti, reliqua sui parte filiformes, graciles, albidi; *valleculis* fere planis, in mediana linea distiche breviterque setosis: *receptaculum* parum dilatatum— Flos centralis sterilis atropurpureus sat raro in hac specie deest, qui spiritu vini infuso optimam tincturam praebet.

2. D. POLYGAMUS. *Jacq. H. Vind. 3. p. 53* non *Gou. obs. p. 9— Ten. fl. nap. 3. p. 781.*

D. foliis hirsutiusculis, inferioribus circumscriptione oblongis, foliolis late ovatis oblongisque inciso-dentatis lobatisque, laciniis lobisque mucronatis, superiorum auguste linearibus elongatis, involucro pinnatifido umbella demum breviore, involucellis integris trifidisque umbellula aequilongis, flosculo centrali sterili carnoso, fructus ovalis aculeis basi subdilatatis distinctis, ejusdem latitudinem subaequantibus, apice setis 1-2 subuncinatis terminatis.

Ic. *Jacq. l. c. t. 78.*

In silvaticis herbosis, ad sepes, et in cultis passim.

Majo, Julio. ♂

Vulgo *Pastinaca selvaggia*, uti sequentes.

*Caules* aliquando 3-4-pedales, erecti, scabri: *foliorum* superiorum laciniae elongatae, ac inter se remotae: *fructus* parvi—Cl. *Bertol. in fl. ital. 3. p. 157* hunc a *D. Carota* non separat, et *D. Carota* cultus a *D. maximo* provenire putat, quod minime verum; nam hujus characteres cum planta culta non conveniunt. Interim specimina *D. Carotae* ab Europa septentrionali et media accepta potius cum *D. polygamo*, quam cum *D. Carota* convenire mihi videntur.

3. D. MAURITANICUS. *Lin. sp. pl. 348 —Bertol. fl. ital. 3. p. 168—Guss. syn. 1. p. 334!*

D. piloso-hispidus, foliis inferioribus circumscriptione triangulari-acuminatis, pinnis primariis rectangule patentibus, foliolis inferiorum ovato lanceolatis acutis aculeque inciso-dentatis, extimis brevioribus, superiorum subconformibus, involucro pinnatifido radiis breviore, involucellis anguste albo-marginatis subciliatis trifidis integrisve, floribus (albis parvis) breviter radiantibus, fructus ovalis aculeis basi subdilatatis distinctis apice glochidiatis ejusdem latitudinem aequantibus.



Digitized by Google

Ic. Pastinaca hirsuta, crispa, tenuifolia. *Bocc. sic. p. 28. t. 42.*

Ad rupes; *Ischia sotto al Castello, ed ai Scogli di S. Anna, rupi di Campagnano.*

Aprili, Majo. ♂

*Caules* 2-3-pedales: *folia* sequenti similia, et etiam nitide virentia, ac planta vulnerata succum resiniferum saepe manat; qui succus ad pedunculorum apicem fervente aestate sponte exsudat: *receptaculum* umbellare subdilatatum: *involucella* mucronata, ad carinam hirsutiuscula: *umbellulae* saepe haemisphericae: *fructus* inter omnes species inarimenses majores; aculeis sat raro basi coalitis, inter costas in vallecculis glabri, aut hirsutiusculi — Hunc quoad speeimina a me missa ad Cl. *Bertol.* ad *D. gummiferum* refert Cl. *Moris in fl. sard 2. p. 255.*

4. D. GUMMIFER. *Lam. dict. enc. 1. p. 634 — Guss. syn. 1. p. 332* — D. gummifer. *Ten. fl. nap. 3. p. 283*, sed ex ipso in *syll. p. 591.* ad D. *hispidum* refertur — D. Gingidium, *b. Bertol. fl. ital. 3. p. 165* ex planta sicula!

D. caule basi hispido superne glabrato scabro, foliis circumseriptione triangularibus 2-3-pinnatis, foliolis supra nitide virentibus subtus hirsutiusculis abbreviatis carnosulis cuneato-ovatis ovalibusque inciso-serratis, superiorum conformibus, involucris pinnatifidis umbella brevioribus, involucellis trifidis integrisve margine late albo-scariosis ciliatisque ad carinam hirsutis (floribus demum luteis), fructus ovalis aculeis rectis basi subdilatatis apice glochidiatis ejusdem latitudinem aequantibus.

*b.* floribus semper albis.

Ic. Pastinaca tenuifolia, lucida, gummi manans. *Bocc. mus. p. 30 t. 20.* planta hirsutior.

Ad rupes praesertim maritimas; *Lacco al monte Vico; Forio a S. Francesco, nelle rupi di Citara, ed alla punta dell'Imperatore; Punta di S. Angelo.*

Junio, Julio. ♃

*Caules* pro locorum natura 1/2-1 1/2 pedales: *foliola* in foliis radicalibus semper abbreviata, et supra nitide virentia; in superioribus etiam brevia, non elongata: *flores* praecedentis parum majores, flosculo centrali sterili nullo: planta vulnerata succum resiniferum copiosum manat— Species prae aliis hujus generis extricatu difficillima. Cl. *Lam.* expressis verbis notat plantam suam a *D. hispanico Gou.* differre, at Cl. *Dec.* in *pr. 4. p. 212*, nec non *Bertol.* in *fl. ital. 3. p. 170* illos associant, quod etiam notat Cl. *Moris* in *fl. sard. 2. p. 205*, quem confer — D. hispidus *Bertol. l. c. p. 163* (non *Desf.*, nec *Guss. syn.*) ex planta prope Cumam collecta certe ad hunc nostrum spectat!, et a D. hispido *Desf.* quoad istius iconem et specimen herbarii penitus alienus est — Tandem *D. gummifer Bertol. l. c. p. 170*, ex specimine a Cl. de *Notariis* com-

Digitized by Google

municato, et lecto in loco ab ipso Cl. *Bertol.* notato a nostro non differt, sed descriptio *Bertol.* quoad involucri longitudinem cum specimine isto non quadrat, nam involucrum umbella brevius est.

5. D. NITIDUS. *Gasparr.*

D. caule basi petiolisque retrorsum hirsutis glabratisque, foliis glabris nitide virentibus, radicalibus circumscriptione ovato-oblongis 2-pinnatis, foliolis ovatis oblongisque (saepe angustatis) basi cuneatis argute inciso-dentatis, superiorum angustioribus vix elongatis inter se remotis, involucri pinnatifidi umbella subbrevioris laciniis involucellisque integris anguste linearibus mucronatis, floribus (albis) vix radiantibus, fructus oblongi aculeis glochidiatis basi vix dilatatis distinctis ipsius latitudinem subsuperantibus.

Ic. *nostra t.* IV *a, b, c, d, e.*

In aridis maritimis glareosis, vel in rupibus collibusque aridis mare finitimis meridiem vel occasum spectantibus; *costa di S. Pancrazio, del Lapillo, del Pignatiello, di Succellaro, e della Scarupata, fino alle alte falde meridionali del monte Vezza, monte di Barano, Guardiola del Testaccio, scala di Maronti, Punta di S. Angelo, e dell'Imperatore.* Junio, Julio. ♂

*Caules* superne muricato-scabri, 1-3-pedales: *foliola* in foliis radicalibus 1-4 lin. lata, firmiuscula, ita lucida ut fere vernice oblinita videntur, sicuti in duobus praecedentibus, in foliis superioribus anguste linearia, 3-4 lin. longa, inter se remota; *involucri* foliola a basi ad medium margine angusto albo-scarioso instructa, sub anthesi saepe deflexa, et aliquando umbellam parum superantia: *involucella* raro tripartita, saepius integra, umbellulam ut plurimum semiglobosam aequantia, margine late albo-scariosa ac ciliata, praesertim quae breviora sunt: *fructus* longiores et angustiores, quam in sequente; costis saepe rubentibus, valleculis fere obliteratis in linea mediana obsolete setulosis. Planta vulnerata succum resinosum vix manat.

Confer *D. dentatus. Bertol. fl. ital. 3. p. 168*, et *Moris fl. sard. 2. p. 258*, sed praesertim et *D. maritimus* ejusdem *l. c. p. 260.*

6. D. BOCCONI. *Guss. pr. 1. p. 322*, et *syn. 1. p. 333 — Ten. syll. p. 531 — Bertol. fl. ital. 3. p. 161.*

D. foliis radicalibus circumscriptione ovato-oblongis 2-3-pinnatis, supra lucidis subtus petiolisque hirsutiusculis, foliolis radicalium abbreviatis cuneato-ovatis oblongisque breviter inciso-dentatis, laciniis oblongis mucronatis, superiorum subconformibus, involucris tripartitis latiusculis umbella brevioribus involucellisque subintegris glabris, fructus ovalis aculeis glochidiatis basi subdilatatis subcoalitis ipsius latitudinem vix aequantibus.

Ic. Pastinaca Oenanthes foliis. *Bocc. sic. 75. t. 40. f. 3.*

In arenosis herbosis maritimis, *Forio a Citara, ed a Montevergine, Succellara*, sed rarus.

Majo, Junio. ♂

*Foliorum* laciniae in planta inarimensi, nec non in illa quae prope Rhegium collegi, margine glabrae, non setuloso-scabrae, uti in plantis siculis: *faliala* in foliis superioribus parum elongata, ac angustiora; *flores* albi, breviter radiantes; *fructuum* valleculae glabrae.

Foliorum radicalium charactere hujus generis species nonnullae etiam ante anthesim inter se probe dignoscuntur. Sic quoad circumscriptionem folia ista oblonga in *D. polygamo* et in *D. setuloso*; ovato-oblonga in *D. nitido*, et in *D. Boceoni*: fere triangularia in *D. mauritanico* et *gummifero;* sed foliorum laciniae angustissimae in *D. setuloso*, et late ovatae in *D. palygamo*: in *D. nitido* basi cuneatae, et in *D. Bocconi* ovatae; denique in *D. gummifero* folia supra nitide virentia, sed magis quam in *D. mauritanica*. Tandem confer observationes Cl. *Moris* in *fl. sard. 2. p. 262* quoad specierum hujus generis limites fallaces.

## 143. ORLAYA.

*Hoffm. umb. 1. p. 58 — Dec. pr. 4. p. 249.*

1. O. maritima. *Dec. pr. 4. p. 209* — Daucus muricatus, *b. Lin. sp. pl. 349* — Caucalis maritima. *Ten. fl. nap. 3. p. 277*—C. pumila. *Bertol. fl. ital. 3. p. 182.*

Ic. *Cav. ic. 2. p. 1. t. 101* — *Gerd. prov. p. 237. t. 10* — Lappula lanaria, seu Caucalis maritima. *Bauh. hist. 3. pars. 2. p. 81.*

In arenosis maritimis; *marina del Lacco a S. Montano, ed a S. Restituta, Forio a Citara, ed a Montevergine, Punta di S. Angelo, arene del Bagno, e dell'Arso.*

Majo, Junio. ⊙

## 144. TORILIS.

*Spr. umb. pr. p. 24 — Dec. pr. 4. p. 218.*

1. T. Anthriscus. *Gaert. de fruct. 1. p. 83*—*Dec. pr. 4. p. 218*—*Bertol. fl. ital. 3. p. 186* — Caucalis Anthriscus. *Ten. fl. nap. 3. p. 278?* — Tordylium Anthriscus. *Lin. sp. pl. 346.*

Ic. *Jacq. austr. t. 261*—Caucalis semine aspero, flosculis subrubentibus. *Bauh. pin. p. 80* — Caucalis rubello flore. *Clus. hist. 2. p. 202.*

Ad sepes, et in silvaticis; *Via dal Crovane a Catauro per Campagnano*,

*via di basso di Chimmano, delle Chianole del Testaccio, discesa delle Falanghe, del Fasano, di Catreca, e della Pera.*

Majo, Augusto. ⊙

*Involucrum* polyphyllum : *petala* non radiantia : *fructuum* aculei rectiusculi, vel incurvi, apice simplices non glochidiati.

2. T. PURPUREA. *Guss. syn. 1. p. 337* — Caucalis purpurea. *Ten. fl. nap. 3. p. 279.*

T. caule erecto ramoso, foliis conformibus 1-2-pinnatis, foliolis lanceolatis integris vel pinnatifido-incisis aequalibus (terminali non elongato), involucro subnullo, involucellis polyphyllis (umbellae radiis 2-3), fructuum aculeis scabris apice glochidiatis.

Ic. *Ten. l. c. t. 131.*

Ad sepes, ad muros, et in silvaticis passim.

Aprili, Majo. ⊙

Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 3. p. 188* a *T. infesta*, a qua prorsus aliena est, non separat; nec *T. heterophylla* varietas est *T. purpureae*, uti ipse Cl. *Bertol. l. c.* aliique putant, nam habitus, et character foliorum constantes sunt, et dum haec in Insula ubique obvia, ex adverso *T. heterophyllae* unicum tantum specimen vidi!, quod certe erraticum, nam semina cum illis *Tritici* in Insula advecta videntur. Denique quod pejus Cl. *Webb.* in *Phyt. canar. vol. 3. pars 2. sect. 2. p. 166 T. purpuream, T. heterophyllam, T. neglectam,* et *T. helveticam* in unicam speciem associat.

3. T. HETEROPHYLLA. *Guss. pr. 1. p. 326,* et *syn. 1. p. 338* — *Dec. pr. 4. p. 219* — *Koch syn. ed. 2. p. 45*— T. purpurea, *b. Ten. fl. nap. 3. p. 279* — T. infesta, *b. Bertol. fl. ital. 3. p. 188.*

T. caule erecto parum ramoso, foliis inferioribus 1-2-pinnatis, foliolis lanceolatis incisis extimo non elongato, caulinis superioribus ternatis, foliolis linearibus elongatis inciso-serratis, supremis angustissime linearibus integris simplicibus, umbellae radiis 2-3, involucro subnullo, involucellis polyphyllis, fructuum aculeis scabris apice glochidiatis.

Ic. *nulla.*

In dumetis prope segetes rarissima; *monte Trippiti scendendo al piano di Muori.*

Majo, Junio. ⊙

Confer praecedentem.

4. T. NODOSA. *Dec. pr. 4. p. 219*—*Bertol. fl. ital. 3. p. 189*—Caucalis nodosa. *Ten. fl. nap. 3. p. 280*— Tordylium nodosum. *Lin. sp. pl 346.*

Ic. *Jacq. austr. 5. p. 40, et app. t. 24* — Caucalis ad alas florens. *Riv. pent. irr. t. 158* — *Lobel. ic. 726.*

Ad muros, maceries, ad rupes, et in lapidosis ubique.

Aprili, Majo. ⊙

Digitized by Google

*Umbellae* latera les, parvae, oppositi foliae, fere sessiles, densae, subglobosae : *petala* saepius alba.

**145. SCANDIX.**

*Gaertn. de fruct. 2. p. 33 — Dec. pr. 4. p. 219.*

1. S. Pecten Veneris. *Lin. sp. pl. 368—Ten. fl. nap. 3. p. 318—Bertol. fl. ital. 3. p. 199.*
 Ic. *Jacq. austr. t. 263* — Pecten Veneris. *Dod. pempt. 701.*
 *b. glabrescens* ; foliolis confertioribus tenuioribus intensius virentibus glabratis, seminum rostris validis elongatis ( 2-pollicar. ).
 Ic. *nulla.*
 Inter segetes, et in herbosis olim cultis passim : var. *b.* in cultis elatis ; *da Monte Vetta alla Pietra dell'acqua.*
 Aprili, Junio. ⨀
 In var. *b. caules* ad summum palmares, ac patuli *folia* radicalia vix superant, et *flores* minores: in utrisque vero *foliola* numerosa, approximata, pinnatifida ; laciniis anguste linearibus , brevibus : umbellae pauciradiatae, involucro destitutae: *flores* albi : *fructus* in parte seminifera glabri ; *rostro* compresso ad suturae margines hispido.

**146. CHAEROPHYLLUM.**

*Hoffm. umb. 1. p. 33 — Dec. pr. 4. p. 224.*

1. C. temulum. *Lin. sp. pl. 370* — Myrrhis temula. *Ten. fl. nap. 3. p. 321 — Bertol. fl. ital. 3. p. 213.*
 *a. lejocarpum* ; fructibus glabris.
 Ic. *Jacq. austr. t. 65*—Myrrhis annua, vulgaris, caule fusco. *Moris. hist. 3. s. 9. t. 10. f. 7.*
 *b. eriocarpum* ; fructibus sparse villosis.
 Ad sepes, et in silvaticis umbrosis : var. *b. nel cavone del Vataliere.*
 Majo, Junio. ♂, et aliquando ♃
 *Caules* basi hispidi, sub genicula tumidiusculi, saepe rubro-maculati : *foliola* lata, hirsutiuscula : *umbellae* nubiles cernuae : *involucella* ciliata, cuspidata : *flores* albi.

### 147. ECHINOPHORA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 461—Dec.pr. 4. p. 234.*

1. E. spinosa. *Lin. sp. pl. 334 — Ten. fl. nap. 3. p. 265 — Bertol. fl. ital. 3. p. 153.*
   Ic. *Dec.Ombell.p.64.t.16*, optima—Crithmum spinosum. *Dod.pempt.705.*
   In sabulosis maritimis; *Bagno alla marinella, Lacco a S. Montano, Forio a Citara ed a Montevergine, Punta di S.Angelo, Maronti, Succellaro.*
   Junio, Augusto. ♃
   Herba grate olens : *foliorum* laciniae rigidae , crassae , trifidae, canaliculato-trigonae, subulatae: *umbellae* terminales, densae; *involucra* et *involucella* spinosa : *flores* albi.

### 148. SMYRNIUM.

*Leg. am. nat. 2. p. 101 — Dec. pr. 4. p. 250.*

1. S. olusatrum. *Lin. sp. pl. 376 — Ten. fl. nap. 3. p. 330 — Bertol. fl. ital. 3. p. 289.*
   Ic. *Lam. ill. gen. t. 204* — Smyrnium. *Riv. pent. irreg. t. 191*, optima — *Dod. pempt. 686.*
   Ad sepes in silvaticis, ac in vineis in pinguibus humentibus ; *Serrono, Fontana, selve delle Falanghe, di Catreca, e del Caccaviello sopra Casamicciola, Lacco, Forio, siepi di Catauro presso Campagnano.*
   Martio, Aprili. ♂
   Planta glaberrima : *flores* triste virentes , odorem nauseosum spirantes ; *fructus* crassi, demum nigri.

### 149. CORNIADRUM.

*Hoffm. umb. p. 186 — Dec. pr. 4. p. 250.*

1. C. sativum. *Lin. sp. pl. 367 — Ten. fl. nap. 3. p. 317 — Bertol. fl. ital. 3. p. 250.*
   Ic. *Sibth. fl. gr. t. 283* — Coriandrum. *Riv. pent. irr. t. 71* — *Fuchs. hist. 345.*
   In vineis ; *Bagno nelle vigne alla salita della Cercola* ; inter segetes *alla Cavicella sotta alla selva dell' Ulicella* ; at videtur cultum olim , sed nunc sponte provenit, quamvis adhuc satis rarum.

Aprili, Majo. ☉
Vulgo *Cogliandro.*
*Herba* glabra, laete virens, odore cimicino nauseoso redolens : *umbellae* terminales : *flores* albi, radiantes : *semina* aromatica.

## 39. ARALIACEAE. *Juss.*

### 150. HEDERA.

*Swartz. fl. ind. occ. p. 518 — Dec. pr. 4. p. 261.*

1. H. Helix. *Lin. sp. pl. 292 — Ten. fl. nap. 1. p. 105 — Bertol. fl. ital. 2. p. 685.*
Ic. *Duham. arb. ed. nov. v. 3. t. 84* — Hedera. *Dod. pempt. 413. f. 1. — Lobel. ic. 614.*
Ad muros, et ad rupes.
Septembri, Octobri. ♄
Vulgo *Edera.*
*Pedunculi* pubescentes : *calycis* dentes minimi, triangulares, fusci : *petala* et *stamina* non virentia, uti ex *Koch*, sed luteola uti *germen*, quod demum virescens, et punctis scabrum : *petala* cito revoluta, facie interiore transverse plicata vel corrugata : *antherae* profunde sulcatae : *stylus* conicus, albidus.

## 40. CORNEAE. *Dec.*

### 151. CORNUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 194.*

1. C. sanguinea. *Lin. sp. pl. 171 — Ten. fl. nap. 3. p. 161 — Bertol. fl. ital. 2. p. 196.*
Ic. *Lam. ill. gen. t. 74. f. 2* — Virga sanguinea. *Dod. pempt. 782.*
In fruticetis; *Ischia all'Arso nel boschetto de' sig. Meglio.*
Aprili, Majo. ♄
Vulgo *Sanguiniello.*
*Frutex* ramosissimus : *folia* decidua : *cymae* pedunculatae : *petala* alba, angusta lanceolata, patentissima : *fructus* maturi nigri.

Digitized by Google

## 41. CAPRIFOLIACEAE. *Rich.*

### 152. SAMBUCUS.

*Lin gen. pl. ed. Schreb. n. 506.*

1. S. NIGRA. *Lin. sp. pl. 383 — Ten. fl. nap. 1. p. 136 — Bertol. fl. ital. 3. p. 488.*
Ic. *Duham. arb. ed. 2. v. 1. t.55*—Sambucus. *Dod. pempt. 845.*
Ad sepes, vel in silvaticis; *Falanghe presso i fossi della neve, siepi delle Chianole del Testaccio, di Campagnano, dello Schiapparo, del Vataliere, del Castello sopra Ischia.*
Aprili, Majo. ♄
Vulgo *Savuco.*

2. S. EBULUS. *Lin. sp. pl. 383 — Ten. fl. nap. 1. p. 136 — Bertol. fl. ital. 3. p. 486.*
Ic. *Fl. dan. 1156* — Ebulus. *Dod. pempt. 381.*
Ad agrorum margines in humentibus; *Chianole del Testaccio*, ubi solum vidi.
Julio, Augusto. ♃
*Cymae* rami superne sulcati, ad divisiones interne pubescentes: *flores* candidi, odori: *corollae* tubus brevissimus, calycem non excedens; limbi laciniis oblongis, patentibus, apice subsaccatis et mucronulatis: *stamina* et *pistillum* candida, crassa, invicem approximata, apice parum recurva, ideoque subdivaricata; *antheris* roseis, inde rufescentibus: *herba* ingratum, et virosum odorem spargit.

### 153. VIBURNUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 503.*

1. V. TINUS. *Lin. sp. pl. 283 — Ten. fl. nap. 1. p. 135— Bertol. fl. ital. 3. p. 481.*
*a. hirtum;* foliis ovali-oblongis, subtus margineque hirtis.
Ic. *Duham. arb. ed. 2. v. 2. t. 37*— Tinus, sive Laurus sylvestris 1. 11. et 111. *Clus. hist. 1. p. 49.*
In fruticetis apricis; *fruticeti del Castiglione, del Rotaro, selve del Carusiello, della cava di Brusomonte, di Buceto, e di Cerambi, siepi di Fontana e di Calimera.*
Martio, Aprili. ♄
*Frutex* sempervirens: *flores* albi, odori: *bacca* 1-locularis, immatura va-

cua, exsucca, calyce persistente, et stylo pyramidato-conico brevissimo coronata, atrocoerulea.

### 154. LONICERA.

*Desf. atl. 1. p. 183 — Dec. pr. 4. p. 330.*

1. L. IMPLEXA. *Ait. H. Kew. ed. 2. v. 1. p. 378 — Bertol. fl. ital. 3. p. 559.*
*b. balearica*; foliis inferioribus subcordatis connatis obovatis. *Dec. pr. 4. p. 331* — L. balearica. *Ten. fl. nap. 3. p. 213.*
Ic. *Simps. bot. mag. t. 640*, ex *Moris.*
In fruticetis, ad sepes, et ad rupes ubique, etiam *ai scogli di S. Anna, presso Ischia.*
Majo, Junio. ♄
Vulgo *Rocchiella.*
*Frutex* sempervirens: *folia* coriacea, subtus glaucescentia: *flores* amoene rosei, grate odori, sat raro in umbrosis corollarum tubus albidus, limbus vere pallide roseus: *genitalia* extra tubum exserta, tamen limbo corollino breviora: *stylus* pubescens: *germen* glandulosum: *baccae* globosae, fere *Pisi* magnitudine, coccineae, ac glaberrimae.

## 42. RUBIACEAE. *Juss.*

### 155. SHERARDIA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 156.*

1. S. ARVENSIS. *Lin. sp. pl. 149 — Ten. fl. nap. 3. p. 128 — Bertol. fl. ital. 2. p. 72.*
Ic. *Lam. ill. gen. t. 61* — Asperula flore carneo, acuto. *Barr. ic. 541. f. 1.*
Ad muros, ad vias, et in apricis herbosis ubique.
Martio, Majo. ⊙
*Caules* decumbentes: *folia* glabra, nitide virentia, mucronulata: *flores* coerulei, parvi, terminales, fasciculati.

### 156. ASPERULA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 157.*

1. A. ARVENSIS. *Lin. sp. pl. 150 — Ten. fl. nap. 1. p. 32 — Bertol. fl. ital. 2. p. 76.*

Ic. A. coerulea. *Dod. pempt. 355.*

Inter segetes ; *seminati di monte Vetta, del Fasano , delle Falanghe , di Fontana, di Calimera, di Serrano, di Barano, di Pansa , del vallone del Bubù sopra Casamicciola , della Guardiola del Testaccio.*

Aprili, Majo. ⊙

Erecta, glaberrima : *folia* superiora anguste lineari-lanceolata : *flores* terminales, fasciculati, amoene coerulei , a verticillo supremo foliorum superiorum involucrati , et superati ; quae folia longe ciliata : *fructus* glabri.

2. A. LAEVIGATA. *Lin. mant. 1. p. 380 — Ten. fl. nap. 5. p. 38 — Bertol. fl. ital. 2. p. 80.*

Ic. Rubia quadrifolia, minor, semine duplici. *Moris. hist. 3. s. 9. t. 21. f. 4.*

In silvaticis , et ad sepes umbrosas , praesertim in insulae plaga septentrionali.

Aprili, Majo. ♃

Glabra, ascendens : *folia* elliptica: *panicula* terminalis, trichotoma: *flores* albi, parvi : *fructus* glabri, punctato-scabri.

## 157. CRUCIANELLA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 163.*

1. C. MONSPELIACA. *Lin. sp. pl. 158 — Bertol. fl. ital. 2. p. 142* — C. latifolia. *Guss. syn. 1. p. 191 — Ten. fl. nap. 3. p. 144.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 140*—Rubia spicata, cretica—*Clus. hist. 2. p. 177.*

In aridissimis asperis, et ad muros ; *Bagno sul muro a sinistra del principio della strada che sale alla Cercola , stufa del Cacciuto presso Casamicciolo, nella parte bassa della cava di Cerambi, muri di Casamicciola, del Lacco, Chiajano sul cratere dell'Arso , e presso la punta del Lapillo, monte Vico scendendo a S. Montano, via della discesa della costa della Serra alle fumarole nella contrada del Bell' Omo sopra Forio.*

Aprili, Majo. ⊙

*Spica* tenuis , 2-8-pollicaris : *bractea* exterior margine albo-scarioso cincta, a medio ad apicem ciliata, uti duae interiores : *corollae* externe viridi-rubentes ; lobi vero interne viridi-luteoli, submarginati, apice penicillati ; sub apice vero appendice luteola anguste lineari lin. longa instructi, ita ut obtusi videntur, et inappendiculati ; tubo tenui, curvulo : *semina* fusca, obconica, apice truncata, leviuscula—Specimina *C. monspeliacae* , quae a Monspelio habui cum hac nostra ex asse quadrant , idoque recte cl. *Bertol. l.* c. hanc a C. *latifolia* diversam putat.

Digitized by Google

### 158. RUBIA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 164.*

1\. R. ANGUSTIFOLIA. *Lin. mant. p. 39 — Ten. fl. nap. 4. p. 22.*
Ic. *Lam. ill. gen. t. 60. f. 2.*
In apricis saxosis; *Pietra dell'acqua sotto S. Nicola, Chiajano nel cratere dell'Arso, costa della Scarupata a Succellaro.*
Aprili, Junio. ♄
Vulgo *Arova*, una cum sequentibus.
*Caules* breves, vix 1 1-1/2 pedales: *folia* perennantia, anguste linearia, uti caules ad angulos scaberrima: *corollarum* lobi obtusiusculi, sed apiculati.

2\. R. PEREGRINA. *Lin. sp. pl. 158 — Ten. fl. nap. 4. p. 22 — Bertol. fl. ital. 2. p. 147*, excl. nonn. syn.
Ic. R. sylvestris, aspera. *Moris. hist. 3. s. 9. t. 21. f. 2.*
*b. australis;* foliis senis elliptico-lanceolatis perennantibus firmioribus brevioribusque.
Ad sepes, et in fruticetis passim ; var. *b.* in sepibus mari finitimis.
Majo, Junio. ♄
*Corollarum* lobi longe apiculato-cuspidati : *stamina* semper quinque !, raro quatuor vel sex, et tunc totidem lobi corollini : var. *b.* sequentem quodammodo refert.

3\. R. BOCCONI. *Pet. inst. bot. 2. p. 255 — Ten. fl. nap. 1. p. 39.*
R. caule basi suberoso!, foliis perennantibus quaternis ovalibus, supra nitidis margine carina caulinisque angulis scabris, corollae 4-5-fidae lobis acutis ( non apiculatis ).
Ic. *Ten. l. c. t. 10* — R. minor, quadrifolia, atrovirens, saxatilis. *Bocc. mus. t. 73 — Barr. ic. 547.*
Ad rupes, ad maceries in demissis, nunquam in elatis ; *Casamicciola al Mortito, e sopra i muri a secco, Lacco al monte Vico, e nella valle di Cavallaro sulla strada di Forio, Punta di Zale.*
Aprili Junio. ♄
*Caules* et *folia* adulta saepius leves, ut in praecedente.
Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 2. p. 147*, sub *R. peregrina* hanc et *R. angustifoliam* refert; tamen apud nos non variant, et specificos characteres constantes servant.

Digitized by Google

## 159. GALIUM.

*Scop. carn. ed. 2. v. 2. p. 94 — Dec. pr. 4. p. 593.*

1. *Floribus paniculatis, aut cymosis.*

*a. Fructu glabro.*

1. G. ELATUM. *Thuil. fl. paris. ed. 2. v. 1. p. 76 — Jord. obs. fasc. 3. p. 103!*, ex ejus specimine.
Ic. *nulla.*
Ad sepes, et in silvaticis humentibus passim, tam in elatis, quam in demissis.
Junio, Augusto. ♃
*Planta* glaberrima, ramosissima: *flores* parvi, albi: *fructus* minutissimi, nigricantes, leves, tamen tenue foveolati, foveolarum fundo albido — Confer pro *G. mollugine. Coss. et Germ. atl. fl. Paris. t. 22. f. 6, 7, 8.*

2. G. DIVARICATUM. *Lam. dict. enc. 2. p. 580—Ten. fl. nap. 3. p. 139—* G. parisiense, *b. Bertol. fl. ital. 2. p. 135.*
Ic. *Dec. pl. gall. rar. t. 24* — G. album, minimum, spanospermum. *Barr. ic. 57.*
In aridis asperis passim; *Ischia all'Arso, colline del Bagno, Chiajano, Casamicciola, Lacco al monte Vico, Punta dell'Imperatore presso Forio, Punta di S. Angelo, Scarupata presso Succellaro, Guardiola del Testaccio.*
Aprili, Majo. ⊙
*Planta* gracilis, obscure virens: *folia* anguste linearia: *foliorum* verticilli ascendendo remotiores: *folia* inferiora latiora, oblongo-elliptica, demum deflexa: *pedunculi* tenuissimi, elongati, divaricati, apice trifidi; *pedicellis* saepe deflexis: *corollae* minutissimae, sordide carneo-virentes; lobis ovatis, ellipticisque, apiculatis, supra convexiusculis: *stylus* semibifidus, *stigmatibus* duobus globosis: *fructus* globosi, tenue tuberculati.

*b. fructu hispido, aut villoso.*

3. G. PARISIENSE. *Lin. sp. pl. 157 — Ten. fl. nap. 5. p. 327*, et G. anglicum. *v. 3. p. 137*, ex ipso — *Bertol. fl. ital. 2. p. 132*, excl. var. *b.*, et nonn. syn.
G. caule ascendente vel diffuso intricate ramosissimo, foliis subsenis anguste linearibus mucronatis margine cauleque ad angulos retrorsum scaberrimis, pedunculis axillaribus 2-3-floris (subtrichotomis) elongato-divaricatis, corollis muticis, fructibus patenter hispidis.

Ic. *Dec. pl. gall. rar. t. 26*—Aparine minima, flore a'bido. *Barr. ic.58.*
In asperis aridissimis lapidosis ; *Chiajano sulle lave dell'Arso , Bagno nella eollina presso al Lago, ed a sinistra della salita ehe eonduce alla Cercola , Fumarole uella contrada del Bell' omo sopra Forio*, ec.
Aprili, Majo. ⊙
*Caules* 6-14-pollicares; ramis saepe deflexis, valde intricatis: *flores* sordide viridi-rubentes , minutissimi : *eorollarum* lobi mutici: *fructus* non granulati : *habitus* plantae junioris praecedentem refert.

4. G. APARINE. *Lin. sp. pl. 157 — Ten. fl. nap. 3. p. 142 —Bertol. fl. ital. 2. p. 127.*
Ic. *Coss. et Germ. atl. fl. Paris. t. 23. f. D. — Bull. herb. t. 315* — Aparine. *Dod. pempt. 353.*
*b. minus* ; caulibus brevibus non elongatis ( vix pedalibus ) gracilibus, foliis angustioribus ( vix lin. latis ).
Ad sepes in berbosis ; var. *b.* in herbosis aridis lapidosis.
Aprili, Majo. ⊙
*Corollae* albae; et in var. *b.* earum lobi ovati, ac fere mucronulati.

2. *Pedunculis omnibus axillaribus subramosis.*

5. G. TRICORNE. *With. britt. ed. 2. p. 153 — Ten. fl. nap. 3. p. 140 — Bertol. fl. ital. 2. p. 125.*
Ic. Aparine semine levi. *Vaill. bot. paris. t. 4. f. 3. aa.*
Inter segetes ; *seminati del piano de' Muori, del monte Vetta , di Fontana, di Calimera, della Pietra dell'acqua, di Serrano, delle eoste di S. Panerazio, delle eave di Buceto, del Carusiello , e di Cerambi ;* etiam *presso al Bagno*, sed ibi rarum.
Martio, Aprili. ⊙
*Planta* undique scaberrima, vestibus adhaerens, uti praecedens: *flores* albi.

6. G. MURALE. *Dec. fl. fr. 4. p. 264*, et *pr. 4. p. 610—Ten. fl. nap. 3. p. 1111 — Bertol. fl. ital. 2. p. 135* — Callipeltis muralis. *Moris fl. sard. 2. p. 309*—Sberardia muralis. *Lin. sp. pl. 149*, excl. syn. *Column.*
Ic. *All. ped. t. 72. f. 1.*— Galium minimum, seminibus oblongis. *Buxb. cent. 2. p. 31. t. 3. f. 2.*
*b. hispidulum ;* caule foliisque hispido-canescentibus.
Ad muros , in lapidosis , et ad vias in ruderatis ; var. *b. Ischia all'Arso.*
Martio, Aprili. ⊙
Laete virens, glabriuscnlum, ramosissimum, decumbens : *eaules* filiformes : *folia* margine ciliato-scabra , aristata ; *flores* viriduli : *fructus* setis uncinatis hispidi, deflexi, demum nigrescentes.

Digitized by Google

### 160. VAILLANTIA.

*Dec. fl. fr. 4. p. 266, et pr. 4. p. 613.*

1. V. MURALIS. *Lin. sp. pl. 1490 — Ten. fl. nap. 3. p. 142—Bertol. fl. ital. 2. p. 138.*
   Ic. *Sabb. hort. 3. t. 83* — Cruciata romana, minima, muralis. *Columm. Ecphr. 2. p. 237*—V. annua, quadrifolia, verticillata, floribus ex viridi-pallescentibus, fructu echinato. *Mich. gen. p. 13. t. 7.*
   In lapidosis, et in ruderatis apricis; *Ischia all'Arso.*
   Martio, Majo. ⊙
   *Planta* laete virens: *caules* glabriusculi, 2-5-pollicares; ramis intricatis: *folia* glaberrima, patentia, vel reflexa, sub lente punctata, obovata, obtusa; superiora proximiora, 1-2 lin. lata ac longa, internodiis longiora vel breviora: *pedunculi* brevissimi, trifidi ac triflori, in fructu incrassati: *flores* parvi, pallide albido-virentes; corollae lobis acutis: *fructus* albidi, 4-cornes; cornu dorsali apice fimbriato.

## 43. VALERIANEAE. *Dec.*

### 161. VALERIANELLA.

*Moench. meth. 486 — Dec. pr. 4. p. 625.*

1. V. ERIOCARPA. *Desv. Journ. de bot. 2. p. 334* — Fedia eriocarpa. *Ten. fl. nap. 3. p. 33 — Bertol. fl. ital. 3. p. 186.*
   Ic. *Coss. et Germ. atl. fl. Paris. t. 24. f. E. — Reich. cent. 1. f. 132 — Desv. l. c. t. 33 — Loisel. not. t. 3. f. 2, et fl. gall. ed. 2. t. 23.*
   In collibus herbosis, et inter segetes passim.
   Aprili, Majo. ⊙
   *Flores* coerulei, densi: *fructus* ovati, hispidi, obsolete costati, umbilicati; *corona* campanulata, oblique truncata, 6-dentata: *bracteae* ciliato-serratae.
2. V. MORISONII. *Dec. pr. 4. p. 627* — Fedia Morisonii. *Ten. fl. nap. 5. p. 335.*
   *b. lasiocarpa;* fructibus villosis.
   Ic. Fedia dentata, *d. dasycarpa. Reich. cent. 1. f. 127.*
   In apricis collibus; *Bagno a S. Alessandro, Casamicciola alle stufe del Cacciuto, seminati presso la via di Catauro, del Vataliere, delle Chianole del Testaccio, di Chiajano, del monte Vetta, della valle di Canniani, della costa di Succellaro, e di S. Pancrazio.*

Aprili, Majo. ⊙

*Flores* coerulei, laxiusculi : *fructus* ovato-conici, obsolete costati, umbilicati ; *corona* angustissima, oblique truncata, acute denticulata : *bracteae* ciliatae.

3. V. AURICULA. *Dec. fl. fr. supp. p. 492, et pr. 4. p. 627* — Fedia dentata. *Bertol. fl. ital. 3. p. 389.*

Ic. Fedia auricula. *Reich. cent. 1. f. 128, 129.*

Inter segetes in elatis ; *seminati del monte Vetta ed alle Petrelle, in quelli del piano de' Muori.*

Aprili, Majo. ⊙

*Flores* coerulei, laxiusculi : *fructus* subgloboso-ovati, obsolete 5-costati, non umbilicati, non sulcati ; *corona* angustissima, oblique truncata, denticulata; dente unico lanceolato, latiori: *bracteae* ciliatae.

### 162. CENTRANTHUS.

*Dec. fl. fr. 4. p. 238, et pr. 4. p. 633.*

1. C. RUBER. *Dec. l. c. p. 239, et pr. l. c. p. 632* — Valeriana rubra. *Lin. sp. pl. 44 — Ten. fl. nap. 3. p. 29 — Bertol. fl. ital. 3. p. 363.*

Ic. *Lam. ill. t. 24. f. 2* — Valeriana rubra. *Dod. pempt. 350.*

*b. albiflorus ;* floribus albis. *Ten. l. c. var. c.*

*bb.* foliis lanceolatis.

*c. verticillatus ;* foliis ternis verticillatis, late ovato-lanceolatis.

Ad muros, et ad rupes a montis Epomaei summitate ad litus, tamen var. *b.* magis rara ; *monte S. Nicola, cava di Bucceto, muri a secco di Chiajano presso l'aquedotto, Castiglione, Casamicciola al Rostinale, Lacco superiore :* var. *bb. Casamicciola alla discesa dal Rostinale, monte S. Nicola presso alla Chiesa ;* var. *c.* rarissima ; *muri a secco di Chiajano presso all'aquedotto.*

Aprili, Octobri. ♃, et basi fere ♄

Vulgo *Cannocchiara.*

*Radices* inter murorum fissuras alte descendentes : *folia* radicalia ac caulina media integerrima, petiolata, vel in petiolum attenuata, ovato-lanceolata; superiora sessilia, subconnata, basi irregulariter dentato-crenata, magis acuminata: *bracteae* ex ovata basi lanceolatae, acutae, ovarium aequantes: *flores* in *a.*, et in *c.* rubentes: *calcar* tubo corollino parum brevius, sed ovario duplo fere longius : *pappus* albidus — Tota planta siccata, et cum ramis teneris foliisque Vitium commixta a jumentis expetitur.

2. C. CALCITRAPUS. *Dec. pr. 4. p. 632* — Valeriana Calcitrapa. *Lin. sp. pl. 44 — Ten. fl. nap. 3. p. 29 — Bertol. fl. ital. 1. p. 165.*

Digitized by Google

Ic. Valeriana Calcitrapra. *Sibth. fl. gr. t. 30* — Valeriana annua, sive aestiva. *Clus. hist. 2. p. 54.*

Ad muros, et in lapidosis, vel arenosis herbosis etiam mari proximis.

Martio, Majo. ⊙

Glaberrima, tenera, laete virens : *folia* superiora pinnatifida : *flores* terminales, corymbosi, rosei, parvi— Variat *caule* vix palmari ac simplicissimo, vel 2-pedali et brachiato-ramoso, tamen semper erecto.

### 163. VALERIANA.

*Nek. elem. 1. p. 123 — Dec. pr. 4. p. 632.*

1. V. officinalis. *Lin. sp. pl. 45 — Ten. fl. nap. 3. p. 30 — Bertol. fl. ital. 1. p. 167.*

Ic. *Fl. dan. 570 — Dod. pempt. 349 — Fuchs. hist. 857.*

In silvis elatis, vel demissis boream spectantibus ; *selve di Catreea, delle Falanghe, del Fasano, del cavone del Vataliere , di Campagnano,* ubi potius rara.

Aprili, Majo. ⊙

Glabra, elata : *caules* sulcati : *folia* impari-pinnata : *flores* terminales, corymbosi, albi.

## 44. DIPSACEAE. *Dec.*

### 164. DIPSACUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 148.*

1. D. sylvestris. *Mill. dict. n. 2 — Ten. fl. nap. 3. p. 118 — Bertol. fl. ital. 2. p. 14*— D. fullonum, *a. Lin. sp. pl. 140.*

Ic. *Jacq. austr. 5. t. 402* — D. sylvestris. *Dod. pempt. 735.*

In argillosis cultis, aut silvaticis; *monte Vetta dlle Petrelle, Fontana, alle Falanghe ed al Fasano, Panza, Laceo , Casamiceiola, Crovone , Vataliere.*

Majo, Junio. ♂

*Flores* coerulescentes: *receptaculi* paleae flexiles, rectae, cuspidatae, corolla longiores.

### 165. SCABIOSA.

*Roem. et Schult. s. veg. 3. p. 2.*

1. S. grandiflora. *Scop. del. fl. Ins. 3. p. 29* — S. maritima. *Bertol. fl.*



Digitized by Google

*ital. 2. p. 54*, ac *Moris fl. sard. 2. p. 327*, an et *Linn.*, et excl. syn. —S. ambigua, *a. Ten. fl. nap. 3. p. 126.*

Ic. *Ten. l. c. t. 209. f. 1* — *Scop. l. c. t. 14* — S. acutiflora. *Reich. cent. 4. f. 506.*

*b. albiflora*; floribus albis, concoloribus.

*c. canescens*; caule inferne et foliis radicalibus villoso-canescentibus.

*d. prolifera*; S. ambigua, *c. Ten. l. c.*

In collibus, in campis, in lapidosis, in rupestribus, etiamque in arenosis herbosis maritimis: var. *b.* in maritimis; var. *c.* in rupestribus maritimis; var. *d. Guardiola del Testaccio* in herbosis.

Junio, Augusto. ♃

Erecta, et *folia* glaberrima, excepta var. *c.*: *pedunculi* elongati: *flores* coerulescentes, radiantes: *pappus* 5-setosus, stipitatus; calyculi margine non explanato, sed inflexo — Species in maritimis totius Regni vulgatissima, et synonymis plurimis vexata, vel cum aliis speciebus confusa. Sic Cl. *Webb.* in *Phyt. can. v. 3. pars 2. sect. 2. p. 199*, ad S. maritimam adducit *S. Cupani*, *S. grandifloram*, *S. atropurpuream*, ac *S. Columbariam*, *a.* et *b. Bertol.*

2. S. URCEOLATA. *Desf. atl. 2. p. 122* — S. rutaefolia. *Vahl symb. 2. p. 26*—*Ten. fl. nap. 3. p. 128* — *Bertol. fl. ital. 2. p. 63.*

Ic. *Coult. dips. t. 2. f. 16* — S. maritima, Rutae caninae folio. *Bocc. sic. p. 74. t. 40*, et *p. 95. t. 52* — S. maritima, Rutaefolia. *Barr. ic. 245.*

In arenosis maritimis; *ulla marinella del Bagno fra il Lago ed il Mare, e nelle arene della marina dell'Arso*, sed nunc rarissima, et fere destructa.

Junio, Julio. ♃

Glaberrima: *folia* crassiuscula, caulina pinnata: *pedunculi* elongati: *involucri* urceolati *foliola* usque ad medium coalita: *flores* albidi.

Pro iconibus *Bocc.* et *Barr.* confer quae adnotavi in *syn. 1. p. 175.*

## 43. COMPOSITAE. *Lin.*

### 166. EUPATORIUM.

*Dec. pr. 5. p. 141.*

1. E. CANNABINUM. *Lin. sp. pl. 1173* — *Ten. fl. nap. 2. p. 207* — *Bertol. fl. ital. 9. p. 84.*

Ic. *Fl. dan. 795* — Eupatorium adulterinum. *Fuchs. hist. 265.*

In humentibus silvaticis, et ad sepes vel ad muros.

Julio, Augusto. ♃

Vulgo *Cannava selvaggia.*

*Flores* rosei, anthodio longiores : *pappus* corollis aequilongus : *semina* glandulis pellucidis tecta.

### 167. TUSSILAGO.

*Dec. pr. 5. p. 208.*

1. T. Farfara. *Lin. sp. pl. 1714 — Ten. fl. nap. 5. p. 231 — Bertol. fl. ital. 9. p. 203.*

Ic. *Bull. herb. t. 329* — Tussilago. *Fuchs. hist. 140.*

*b. australis* ; ligulis anthodium duplo excedentibus.

In argillosis humentibus ; *monte Vetta alle Petrelle , sorgenti di Bucceto, e nella sottoposta vallata fino a Casamicciola, vigne del Mortito, Lacco nel vallone del Larito, salita di monte Vezza*, ec. sola var. *b.*

Februario, Martio. ♃

Vulgo *Paparucchio, e Zotta di vuoi*, et decocto foliorum hujus plantae in tussi incolae utuntur.

In speciminibus Europae borealis et mediae, *ligulae* angustiores , anthodium vix excedentes ; hujus foliola obtusa: in nostra ista acuta sunt, et ligulis fere duplo breviora ; praeterea scapi *squamae* apice patentes , non vero adpressae.

### 168. ASTER.

*Dec. pr. 5. p. 226.*

1. A. Tripolium. *Lin. sp. pl. 1226 — Ten. fl. nap. 3. p. 228 —Bertol. fl. ital. 9. p. 253.*

Ic. *Fl. dan. 615* — Tripolium. *Dod. pempt. 379.*

*b. australis* ; elatus, foliis membranaceis oblongo-lanceolatis. *Ten. l. c.*

In salsis humentibus mari finitimis sola var. *b.* ; *Ischia nell' Orto della Mandria, Bagno presso al Lago, e negli orti alla foce.*

Septembri, Octobri. ♃

Planta glaberrima: *flores* corymbosi, in disco lutei, in radio coerulei: *semina* adpresse pilosa.

### 169. ERIGERON.

1. E. canadense. *Lin. sp. pl. 1210 — Ten. fl. nap. 5. p. 225 — Bertol. fl. ital. 9. p. 184.*

Ic. *Fl. dan. 292* — Conyza canadensis, annua, acris, alba, Linariae foliis. *Bocc. sic. p. 85. 4. 46.*

Digitized by Google

In cultis, et ad vias ubique,
Augusto, Septembri. ⊙
*Folia* confricata gratum odorem spirant: *flores* paniculato-pyramidati, albidi: *anthodia* parva, numerosa: *semina* glabra, levia.

### 170. BELLIS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1300.*

1. B. PERENNIS. *Lin. sp. pl. 1248 — Ten. fl. nap. 5. p. 233.*
Ic. *Lam. ill. t. 677* — B. sylvestris. *Dod. pempt. 265.*
In pratis humentibus elatis; *fra S. Nicola e Fontana.*
Februario, Aprili. ♃
Acaulis, glaberrima: *folia* obscure virentia: *semina* ut in sequente.
2. B. HYBRIDA. *Ten. fl. nap. 5. p. 233.*
B. radice fibrosa, caulibus ascendentibus diffusisque ramosis foliosis, foliis obovato-spathulatis crenato-dentatis villoso-hirsutiusculis, anthodii foliolis ciliato-hirsutis obtusiusculis.
Ic. *Ten. l. c. t. 194. f. 2.*
*b. micrantha*; caulibus breviter ramosis, foliis tenuioribus parvis, floribus minoribus.
In pascuis herbosis, et ad vias praesertim in humentibus ubique: var. *b. Ischia alla salita della strada della Pozzolana presso al muro a sinistra*, e *nella via di Cavallaro fra il Lacco e Forio.*
Februario, Martio. ⊙, et ♃
In var. *b.*, quae aliquando acaulis, caespites glabri, obscure virentes: *folia* obiter sinuato-dentata, glabrata: *flores* parvi, et fere dimidio minores: *anthodium* sub anthesi hemisphaericum; foliolis in medio plicatis, et inde horizontaliter patentibus, omnibus obtusis, non duplici sed simplici ordine: *ligulae* tenues, oblongo-lineares, obtusae, vix 1-dentatae: *receptaculum* conicum, glabrum, leve: *semina* compresso-plana, obovato-oblonga, obtusa, albida, ad facies puberula.

---

*B. annua*, quae in pascuis maritimis prope Neapolim ubique provenit, in hac insula desideratur.

### 171. SOLIDAGO

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1292.*

1. S. VIRGAUREA. *Lin. sp. pl. 1235 — Ten. fl. nap. 5. p. 228.*
*b. latifolia*: caule flexuoso apice ramoso et pubescente, foliis ovatis ellipticis et lanceolatis serratis glabratis, supremis integris, racemorum

pedunculis puberulis erectis paniculatis. *Koch syn. ed. 2. p. 390*, et *Moris fl. sard. 2. p. 355.*
Ic. Virga aurea vulgaris, latifolia. *Bauh. hist. 2. p. 1062?*
In silvis, et ad sepes in umbrosis elatis, aut demissis ubique.
Septembri, Octobri. ♃
*Folia* laete virentia, petiolata: *flores* aurei: *pedicelli* pubescentes uti *anthodii* foliola, ac *semina*, bracteolis plurimis instructi.

### 172. CONYZA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1286.*

1. C. AMBIGUA. *Dec. fl. fr. supp. p. 468*, et *pr. 5. p. 381—Ten. fl. nap. 5. p. 224* — Erigeron bonariense. *Ten. fl. nap. pr. p. XLIX.*—E. linifolium. *Willd. sp. pl. 3. p. 1955*— E. ambiguus. *Schulz* (Bip.) in *Webb. phyth. can. v. 3. pars 2. sect. 3. p. 208* — Dimorphanthes ambigua. *Moris fl. sard. 2. p. 372.* *
Ic. *nulla.*
In cultis, et ad vias passim.
Majo, Augusto. ⊙
*Planta* undique hirsuta: *folia* inferiora rosulata, obovato-lanceolata, reliqua anguste linearia: *flores* racemosi, in disco flavidi, in radio ex albido-purpurei: *semina* sparse pilosa, aut scabra—Cl. *Schultz*, et *Dec. l. c.* sub hac specie male referunt E. canadense *Ten. pr.* ex *syll. p. 428*, et plurium auctorum; siquidem in *Ten. l. c.* non *E. canadense*, sed *E. linifolium Willd.*, et *E. bonariense. Ten. pr. l. c.* uti synonyma citantur, quod equidem recte!
2. C. SAXATILIS. *Lin. sp. pl. 1205 — Ten. fl. nap. 3. p. 212 — Bertol. fl. ital. 9. p. 179* — Phagnalon saxatile. *Dec. pr. 5. p. 396.*
*b. Bocconi;* anthodii foliolis apice squarroso-recurvis margine undulatis, a medio ad apicem fusco-rubro-scariosis, intimis rectis non undulatis corollulas tubulosas filiformes aequantibus, foliis integris subundulatis. *Guss. syn. 2. p. 499.*
Ic. Helichrysum saxatile, singulari capitulo, amplo angusto Stoechadis folio. *Bocc. mus. p. 142. t. 104*, et H. sylvestri similis tota viridis. *Bocc. l. t. p. 145, t. 109.*
In saxosis, et ad muros sola var. *b.*; *sopra gli muri di Casamicciola inferiore, del Lacco, di Forio, e di Panza.*
Martio, Majo. ♄
*Caules* caespitosi, frutescentes: *folia* lineari-lanceolata, margine revoluta, saepius recurvo-arcuata: *flores* longe pedunculati, lutescentes: *semina* obconica, subcompressa, hirsutiuscula.

Phagnalon graecum. *Boiss. et Heldr.* , quod est P. saxatile *b. intermedium. Dec. pr. 5. p. 396* ex parte ad hanc spectat.

### 173. INULA.

*Gaertn. de fruct. 2. p. 449 — Dec. pr. 5. p. 463.*

1. I. Conyza. *Dec. pr. 5. p. 464* — Conyza squarrosa. *Lin. sp. pl. 1205 — Ten. fl. nap. 3. p. 209 — Bertol. fl. ital. 9. p. 175.*
Ic. *Lam. ill. t. 697. f. 1* — Conyza major , vulgaris. *Zannich. hist. p. 75. t. 245.*
In silvaticis, et ad sepes ubique.
Junio, Julio. ♃, et ♂
*Planta* undique pubescenti-pilosa, odoris nonnihil ingrati: *flores* corymbosi, lutei: *semina* striata, sparse pilosa.

2. I. salicina. *Lin. sp. pl. 1238 — Ten. fl. nap. 2. p. 227.*
Ic. *Fl. dan. 786* — Aster austriacus IV. *Clus. hist. 2. p. 15.*
In silvaticis montosis ; *selve delle Falanghe*, e *dell' Ulicella, di Catreca, e del monte Vezza.*
Julio, Augusto. ♃
*Folia* coriacea, nitida, oblongo-lanceolata: *flores* subcorymbosi ; *anthodii* foliolis extimis apice foliaceo-appendiculatis : *semina* striata, glabra.

3. I. viscosa. *Ait. H. Kew. ed. 1. v. 3. p. 233 — Ten. fl. nap. 2. p. 227* —Erigeron viscosum. *Lin. sp. pl. 1209* — Cupularia viscosa. *Gren. et Godr. fl. fr. 2. p. 181*, et *Bertol. fl. ital. 9. p. 197.*
Ic. *Brot. fl. lusit. 2. t. 164* — Conyza major. *Dod. pempt. 51* — Conyza capitata, seu globosa. *Bocc. sic. p. 14. t. 7.*
Ad muros, ad rupes, ad sepes, et in silvaticis ubique.
Septembri, Octobri. ♄
Vulgo *Pruteca.*
*Planta* undique piloso-viscosa, ac graveolens: *folia* oblongo-lanceolata, serrata : *flores* racemoso-paniculati: *semina* pilosa, non striata.

4. I. graveolens. *Desf. cat. H. Paris. ed. 2. p. 121 — Dec. pr. 5. p. 468* — Erigeron graveolens. *Lin. sp. pl. 1210 — Ten. fl. nap. 5. p. 225* —Cupularia graveolens. *Gren.* et *Godr. fl. fr. 2. p. 180*, et *Bertol.* in *fl. ital. 9. p. 195.*
Ic. Conyza minor, vera. *Lobel. ic. 346.*
*b. Barrelieri* ; foliis latioribus denticulatis, floribus majoribus sessilibus in racemis brevibus paucifloris dispositis. *Ten. l. c.*
Ic. Conyza minor, vera. *Barr. ic. 370.*
Ad vias, et in humentibus herbosis maritimis ; var. *b.* minus obvia , et vix distinguenda.
Augusto, Septembri. ⊙

*Planta* viscosa ac graveolens,uti praecedens: *folia* anguste lanceolata, subdenticulata, demum deflexa: *anthodii* foliola anguste linearia,apice non dilatata: *flores* inter alias species hujus insulae admodum minores, racemosi : *semina* pilosa, non striata.

### 174. PULICARIA.

*Dec. pr. 5. p. 477.*

1. P. DYSENTERICA. *Gaertn. de fruct. 2. p. 460 — Dec. pr. 5. p. 479—* Inula dysenterica. *Lin. sp. pl. 1237 — Ten. fl. nap. 2. p. 226.*
   Ic. *Fl. dan. 410* — Conyza media. *Dod. pempt. 52* — Calaminthae tertium genus. *Fuchs. hist. 436.*
   In humentibus silvaticis , in cultis, et ad vias ad fossarum margines.
   Julio, Septembri. ♃
   *Caules* pubescenti-lanati : *folia* sessilia , oblongo-lanceolata , subtus tomentosa : *flores* lutei, corymbosi: *semina* birsutinscula — In speciminibus Europae mediae , *habitus* robustior ; *folia* latiora ; *flores* majores.
2. P. ODORA. *Riech. fl. germ. 1. p.279* — Inula odora. *Lin. sp. pl. 1236 — Ten. fl. nap. 2. p. 226.*
   Ic. Asteris altera species , apula. *Column. Ecphr. 1. p. 251* — Baccharis minor, italica, flore Asteris luteo. *Barr. ic. 1145.*
   Ad muros , in collibus herbosis , et in silvaticis apricis ubique , nec non *ai Scogli di S. Anna presso Ischia.*
   Majo, Junio. ♃
   Vulgo *Coda di pecora.*
   *Herba* plus minus dense pilosa-pubescens: *folia* inferiora 3-4-plo latiora, subtus villoso-lanata , oblonga : *flores* corymbosi , praecedentis duplo majores, aurei: *semina* pilosiuscula.

### 175. PALLENIS.

*Cass. dict. v. 37. p. 275 — Dec. pr. 5. p.487.*

1. P. SPINOSA. *Dec. l. c.* — Buphthalmum spinosum. *Lin. sp. pl. 1274— Ten. fl. nap. 2. p. 255.*
   Ic. *Blackw. herb. t. 272* — Aster legitimus, alter , sive spinosus , luteus. *Barr. ic. 551.*
   In collibus lapidosis, et ad muros in apricis.
   Junio, Julio. ♃
   Variat *foliis* inferioribus villoso-lanatis, et anthodii foliolis subulatis , aut subinermibus ; *floribus* pallidioribus : *semina* pilosiuscula.

### 176. MARUTA.

*Moris fl. sard. 2. p. 413.*

1. M. MIXTA. *Moris l. c. p. 416*—Anthemis mixta. *Lin. sp. pl. 1260* — Ormenis mixta. *Cassin.* in *Dec. pr. 6. p. 18.*
 Ic. Anthemis maritima, lanuginosa, annua, foliis crispis, Pyrethri sapore, semiflosculis albis, circa discum luteis. *Mich. gen. 32. t. 30. f. 1.*
 In herbosis arenosis maritimis, et ad vias in apricis.
 Junio, Septembri. ⊙
 *Planta* pubescens, parum odora : *flores* longe pedunculati, sparsi; *ligulis* albis, basi flavescentibus : *semina* obsolete striata, obovata, compresiuscula, glabra.
2. M. COTULA. *Moris l. c. p. 414* — *Dec. pr. 6. p. 13* — Anthemis Cotula. *Lin. sp. pl. 1261* — *Ten. fl. nap. 2. p. 227.*
 Ic. *Fl. dan. 1179* — Chamaemelum foetidum, sive Cotula foetida. *Bauh. hist. 3. p. 120.*
 *b.* caule ramisque surrectis, foliorum laciniis elongatis virentibus rachide subapproximatis, pedunculis elongatis, corollularum tubo seminibusque saepe glandulosis — A. psorosperma. *Ten. fl. nap. 5. p. 235.*
 In cultis inter segetes; *seminati del Crovone, di Catauro, delle Chianole del Testaccio*, sola var. *b.*
 Majo, Junio. ⊙
 *Planta* glaberrima, ingrati odoris : *flores* corymbosi; in radio albi : *semina* obovata, teretia, 10-costata, glabra — Pro varietate *b.* confer *syn. 2. p. 871.*

### 177. ANTHEMIS.

*Moris fl. sard. 2. p. 410.*

1. A. INCRASSATA. *Loisel. not. p. 179, et fl. gal. ed. 2. p. 256.—Dec. pr. 6. p. 6*— A. arvensis. *Ten. fl. nap. 2. p. 248*, et *Moris fl. sard. 2. p. 410*, non *Lin.*
 Ic. Chamaemelum foetidum, marinum. *Bauh. hist. 3. p. 121.*
 In arvis, ad vias ubique, et nihil communius.
 Martio, Julio. ⊙
 *Planta* plus minus pubescens, erecta, aut procumbens : *pedunculi* demum incrassati, fistulosi: *flores* in radio albi: *semina* tetragona, sulcata, adulta suberoso-incrassata, et margine calloso rugoso-crenato coronata, uti optime monet cl. *Moris l. c.*—Confer pro hac specie, quae dixi in *syn. 2. p. 491, 866, et 870.*

2. A. MARITIMA. *Lin. sp. pl. 1259 — Ten. fl. nap. 3. p. 343.*
Ic. *Till. hort. pis. t. 19. f. 3*, mala — Chamaemelum maritimum. *Bauh. hist. 3. p. 122.*
In arenosis maritimis; *Forio a Citara, ed a Montevergine, Lacco a S. Montano*, sed rara.
Junio, Augusto. ♄
*Planta* glaberrima : *folia* crassiuscula, subtus punctata : *flores* in radio albi : *semina* tetragona, sulcata, verruculosa, glabra.

## 178. ACHILLEA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1313.*

1. A. LIGUSTICA. *All. ped. 1. p. 181 — Ten. fl. nap. 3. p. 352.*
Ic. *All. l. c. t. 53. f. 3* — Tanacetum album, tenuifolium, flore candido. *Bocc. mus. p. 33. t. 25.*
In silvaticis, ad muros, et ad sepes ubique.
Junio, Julio. ♃
*Planta* pubescens, grate odora: *anthodii* foliola exteriora nervo valido elevato carinata, ac saepius glandulis aureis conspersa: *flores* albi, corymbosi : *semina* oblongo-cuneata, compressa, glabra, viridula.

## 179. DIOTIS.

*Desf. atl. 2. p. 361 — Dec. pr. 6. p. 34.*

1. D. CANDIDISSIMA. *Desf. l. c. — Bertol. fl. ital. 9. p. 96* — Athanasia maritima. *Lin. sp. pl. 1182* — Santolina maritima. *Willd. sp. pl. 3. p. 1799*—Othanthus maritimus. *Spr. s. veg. 3. p. 456—Ten. fl. nap. 5. p. 204.*
Ic. Gnaphalium legitimum. *Gaertn. de fruct. 2. p. 381. t. 163 — Clus. hist. 1. p. 329.*
In arenosis maritimis; *Ischia nella marina dell'Arso, marinella del Bagno, Lacco a S. Montano, Forio a Montevergine ed a Citara.*
Majo, Junio. ♃
*Herba* fragrantissima, et undique tomento candido tecta: *flores* lutei, subcorymbosi : *semina* oblonga, subtetragona.

## 180. MATRICARIA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1308.*

1. M. Chamomilla. *Lin. sp. pl. 1256—Ten. fl. nap. 2. p. 239—Schultz* (Bip.) *de Tanac. p. 24 !*, et *Vis. oss. sopra alc. spec. di Matricaria p. 10 !*
 Ic. *Curtis Lond. 5. t. 63* — Chamaemelum vulgare. *Dod. pempt. 257*— C. leucanthemum. *Fuchs. hist. p. 13*, optima.
 In apricis herbosis ; *Bagno negli Orti pressa al Lago*, *Lacco al monte Vico, Casamicciola, Forio, Punta di S. Angelo.*
 Aprili, Majo. ⨀
 *Caules* apud nos erecti ; ramis infimis aliquando ascendentibus : *flosculorum* tubus teres, non angulatus : *semina* radii plerumque pappo dimidiato scarioso fere auriculaeformi coronata; omnia albida curvula, striata ; sed striis lateralibus resinosis destituta , uti notat *Schultz l. c.* ; dum ex ipso in *M. suaveolenti Smith* et *Dec.* flosculorum tubus utrinque alatus, et semina in dorso striis resinosis percursa sunt. Tamen Cl. *Vis.* in *fl. dalm. 2. p. 84*, et in *l. c.* has duas species inter se non differre putat. Confer quoque *syn. 2. p. 485.*

## 181. CHRYSANTHEMUM.

*Dec. pr. 6. pr. 63.*

1. C. segetum. *Lin. sp. pl. 1254 — Ten. fl. nap. 2. p. 234* — Xanthophtalmum segetum, *a. vulgare. Schultz* (Bip.) *de Tanac. p. 17.*
 Ic. *Fl. dan. 955* — C. segetum. *Clus. hist. 1. p. 334.*
 In arvis cultis passim.
 Aprili, Majo. ⨀
 Glaberrimum, glaucescens : *folia* apice dilatata, serrato-dentata : *anthodii* foliola ad apicem late scariosa, obtusa : *flores* omnino lutei: *semina* levia, costata ; in disco tereti-tetragona ; in radio triquetra.
2. C. coronarium. *Lin. sp. pl. 1254 — Ten. fl. nap. 2. p. 253*, var. *a.*
 Ic. C. creticum. *Clus. hist. 1. p. 335.*
 In aridis apricis maritimis, vel in ruderatis; *Lacco salendo da S. Restituta al monte Vico, Forio a S. Francesco*; sed rarum.
 Aprili, Majo. ⨀
 Glabrum , erectum: *flores* omnino lutei, corymbosi : *anthodii* foliola apice obtusa, et late scariosa : *semina* costata, glandulifera ; in disco tereti-tetragona : in radio trigono-alata.

### 182. PYRETHRUM.

*Gaertn. de fruct. 2. p. 430 — Dec. pr. 6. p. 53.*

1. P. PARTHENIUM. *Smith britt. 3. p. 90 — Ten. fl. nap. 2. p. 237* — Matricaria Parthenium. *Lin. sp. pl. 1255*— Tanacetum Parthenium. *Schultz.* (Bip.) *de Tanac. p. 55.*
   Ic. Matricaria Parthenium. *Bull. herb. t. 203* — Matricaria. *Dod. pempt. 35.*
   Ad agrorum margines ; *a Cataurο presso le case*, sed videtur ex plantis cultis propagatum.
   Majo, Junio. ♃
   Pubescens , grate olens : *folia* pellucido-punctata : *flores* corymbosi , in radio albi : *semina* tereti-tetragona, costata, saepe glandulis aureis conspersa, uti corollulae.

2. P. MYCONIS. *Moench. supp. p. 287 — Spr. s. v. 3. p. 587 — Dec. pr. 6. p. 61* — Chrysanthemum Myconis. *Lin. sp. pl. 1254 — Ten. fl. nap. 2. p. 234.*
   Ic. *Jacq. observ. 4. p. 10. t. 94* — Chrysanthemum Myconis. *Dalech. hist. 893.*
   In apricis herbosis, et ad vaporaria.
   Aprili, Majo; sed ad vaporaria Martio. ⊙
   *Planta* saepius glabra, inodora ; *folia* spathulata, serrata : *flores* omnino aurei, corymbosi : *semina* in disco teretia, striata ; in radio triquetro-compressa, sterilia, levia.

### 183. ARTEMISIA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1281.*

1. A. ARBORESCENS *Lin. sp. pl. 1188 — Ten. fl. nap. 5. p. 218— Bertol. fl. ital. 9. p. 121.*
   Ic. *Sibth. fl. gr. t. 856* — Abrotanum foemina , arborescens. *Dod. pempt. 21.*
   Ad rupes, et in fruticetis saxosis, vel ad sepes.
   Majo, Julio. ♄
   Vulgo *Erva janca.*
   Fruticosa, erecta, cinereo-sericea, ingrate olens: *flores* racemoso-paniculati, lutei: *anthodia* majuscula, nutantia, demum erecta; foliolis intimis late scariosis : *semina* obverse-pyramidata , glandulosa : *receptaculum* villosum — Saepe usu medio loco *Absynthii* usurpatur, sed ejus vires debiliores, quia vix amara.

Digitized by Google

2. A. VARIABILIS. *Ten. fl. nap. 3. p. 216 — Bertol. fl. ital. 9. p. 119.*
*a. virescens.*

A. frutescens caespitosa erecta glabra, foliis virentibus inferioribus bipinnatifidis, pinnis tripartitis, supremis trifidis, laciniis omnium lineari-filiformibus carnosulis semiteretibus, floribus racemoso-spicatis, racemis in paniculam pyramidalem vel lanceolatam dispositis, anthodii oblongi aut ovoidei obtuse angulati foliolis obtusiusculis margine scariosis, receptaculis glabris.

Ic. A. variabilis, *a. neapolitana. Bess. in mem. de l'Acc. de S. Peters. v. 1. p. 466. t. 6* — Absynthium marinum, Chamaemeli marini folio. *Bon. t. 176.*

*b. canescens*; foliis infimis et in ramis junioribus dense villoso-incanis fere subsericeis, pilis adpressis brevissimis.

In collibus aridis, ad rupes, et ad maceries ubique ab elatis ad litus: var. *b.* in insula magis rara, et in arenosis occurrit.

Septembri, Octobri. ♃

*Frutex* dense caespitosus, fere pedalis; ramis vero annotinis 1-3-pedalibus, paniculatis: *foliorum* laciniae supra obsolete sulcatae, sub lente punctis prominulis albidis conspersae videntur in *a.*; rudimentis fasciculatis ramorum in axillis: *anthodia* subsessilia, vel pedicello ipsa aequante suffulta, ovato-conica, aliquado subangulata; foliolis exterioribus ovatis, concavis, dorso gibbis, tenui margine albido scarioso circumdatis; et uti folia punctis scabra; interioribus duplo longioribus, obtusis, etiamque marginatis: *flosculi masculi* 3-4, tubulosi, 5-dentati, scariosi: *stigmata*, in fl. foemineis 3-4, purpurascentia; *germine* nitido, glaberrimo.

### 181. HELICHRYSUM.

*Dec. pr. 6. p. 169.*

1. H. LITOREUM. *Guss. syn. 2. p. 468* — Gnaphalium angustifolium. *Lam. dict. enc. 2. p. 746—Ten. fl. nap. 5. p. 220—Moris fl. sard. 2. p. 384*, excl. var. *b.*, non *Dec.* — Gnaphalium litoreum. *Bertol. fl. ital. 9. p. 133.*

H. fruticosum caespitosum undique albo-adpresse-tomentosum, foliis imis lanceolatis, reliquis anguste linearibus obtusis, inferioribus confertis, superioribus remotis, corymbo composito plano denso, anthodii tubuloso-campanulati (parvi nitide aurei) foliolis obtusis, exterioribus sparse lanuginosis brevibus ovatis, intimis lineari-oblongis glanduliferis.

Ic. Chrysocome marina, umbellata. *Barr. ic. 1125.*

A montis Epomaei summitate ad litus in rupibus.

Majo, Junio. ♃

Vulgo *Jancolella.*

*Caules* dense caespitosi, annotini 1/2-2 1/2 pedales : *folia* infima cito pereuntia exacte lanceolata, plana, obtusa, 2-3 lin. lata, fere rosulata: *flores* illis *H. italici* majores, sed duplo fere minores quam in *H. Stoechade: semina* teretiuscula, scabra — *H. serotinum Boiss. spec. exsicc.* ex Hispania meridionali ad hoc spectare videntur — Pro reliquis differentiis confer quae dixi in *syn. l. c.*

## 1?5. FILAGO.

*Tourn. inst. t. 259 — Dec. pr. 6. p. 247.*

1. F. GERMANICA. *Lin. sp. pl. 1311 — Bertol. fl. ital. 9. p. 157*, excl. plur. syn.—Gnaphalium germanicum. *Ten. fl. nap. 5. p. 172*, excl. var. *b.*

F. albo-lanata-canescens, caule erecto apice dichotomo, foliis lineari-lanceolatis acutis subundulatis, capitulis globosis sessilibus multifloris ad medium lanatis terminalibus et in dichotomia basi foliis 1-2 illa non excedentibus involucratis nudisque, anthodii cylindrici foliolis acuminato-cuspidatis, aristis rectiusculis glabris.

Ic. *Coss. et Germ. atl. fl. Paris t. 26. f. B* — F. canescens. *Jord. obs. fasc. 3. p. 203. t. 7. f. A !* — Gnaphalium. *Fuchs. hist. p. 222.*

In herbosis apricis, et in cultis : *Lacco, Forio.*

Aprili, Majo. ⊙

*Capitula* usque ad dimidium lana involuta , semper globosa : *anthodii* foliola, eorumque cuspides luteola : *folia* saepe margine revoluta: *caules* a basi ramosi ; ramis surrectis aut ascendentibus: *tomentum* semper albidum, aut canescens.

2. F. SPATHULATA. *Presl del. prag. p. 99—Jord. obs. fas. 3. p. 198, 199* — F. pyramidata, *b. spathulata. Guss. syn. 2. p. 461 , et 884* — F. Jussiaei. *Coss. et Germ.* in *ann. sc. nat. ser. 2. v. 20 p. 284* — F. germanica, *b. spathulata. Koch syn. ed. 2. p. 338.*

F. albo-lanata, caule erecto superne dichotome divaricato, foliis oblongo-vel obovato-spathulatis obtusissimis , capitulis globoso-ovatis sessilibus multifloris terminalibus et in dichotomia a basi ad medium lanatis foliis 3-4 illa excedentibus involucratis , anthodii 5-angulato-pyramidati foliolis exterioribus longo mucronato-cuspidatis, cuspidibus demum divaricatis.

Ic. *Jord. l. c. t. 7. f. C* — F. Jussiaei. *Coss. et Germ. atl. fl. Paris. t. 26. f. A.*

*b. virescens;* foliis viridi-lanatis—F. pyramidata, *a. Guss. syn. 2. p. 461.*

In arenosis herbosis, et ad vias ; *Bugno, Lacco, Forio , monte di Bura-*

*no , Guardiola del Testaccio :* var. *b. seminati di Monte Vetta , e di Fontana.*

Majo, Junio. ⊙

*Caules* saepe ab ipsa basi divaricato-dichotomi: *folia* semper obtusissima, patentia, et latiora quam in praecedente : *capitula* non exacte globosa, versus apicem una cum cuspidibus ( longioribus quam in antecedente ) glabra et albo-luteola ; intima aliquando nervo excurrente non cuspidata.

Hanc cum praecedente perperam confundit Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 9. p. 157 ;* sunt equidem diversissimae !, nec una in alteram transit.

3. F. GALLICA. *Lin. sp. pl. 1312—Bertol. fl. ital. 9. p. 163*, excl. syn. F. tenuifoliae *Presl* — Gnaphalium gallicum. *Ten. fl. nap. 5. p. 222* , var. *a.*

F. albo-lanata , caule versus medium ramoso superne dichotomo , ramis surrectis, foliis angustissime linearibus acuminatis adpressis margine non revolutis , supremis bracteantibus capitula excedentibus , omnibus rectis , capitulis sessilibus paucifloris terminalibus et in dichotomia , anthodii angulati foliolis acutiusculis muticis carinatis arachnoideis.

Ic. Logfia gallica. *Coss. et Germ. atl. fl. Paris t. 26. f.* E—Gnaphalium gallicum. *Smith engl. bot. t. 2369.*

In collibus apricis, et in cultis arenosis passim.

Aprili, Junio. ⊙

*Caules* basi simplices, versus medium ramis multis pyramidatis sub dichotomia instructi, 5-12-pollicares: *folia* recta, non recurva.

4. F. TENUIFOLIA. *Presl del. prag. p. 101 — Guss. syn. 2. p. 462*—Filago gallica, *b. Ten. fl. nap. 5. p. 222.*

F. sericeo-albo-lanata, caule erecto basi ramoso superne dichotomo, ramis ascendentibus sub dichotomia nullis, foliis anguste linearibus erecto patentibus, supremis bracteantibus recurvis capitula excedentibus , capitulis paucifloris sessilibus terminalibus et in dichotomia, anthodii angulati foliolis muticis obtusiusculis apice glabris , exterioribus carinatis arachnoideis.

Ic. *nulla.*

In aridis una cum praecedente , sed haec in apricis siccis demissis magis obvia.

Martio, Majo. ⊙

*Caules* ad summum 3-pollicares, ad medium simplices : *tomentum* magis adpressum ac sericeum quam in *F. gallica : semina* duplo fere minora, minusque cinerea — A praecedente non separat Cl. *Bertol. l. c.*

### 186. CINERARIA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1294.*

1. C. BICOLOR. *Willd. sp. pl. 3. p. 2085 — Ten. fl. nap. 5. p. 227.*
Ic. *nulla.*
In rupestribus elatis aut maritimis, ac ad muros.
Julio, Augusto. ♄
*Frutex* sempervirens, 2-4-pedalis : *folia* lyrato-pinnatifida , supra virentia, glabrata, subtus tomentoso-incana : *flores* lutei, paniculato-corymbosi : *anthodia* farinosa : *semina* striata, glabra.
2. C. MARITIMA. *Lin. sp. pl. 1244 — Ten. fl. nap. 5. p. 227.*
Ic. Jacobaea marina, sive Cineraria. *Bauh. hist. 2. p. 1056.*
Ad rupes maritimas ex *Ten.*, sed illam non vidi.

### 187. SENECIO.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1290.*

1. S. VULGARIS. *Lin. sp. pl. 1216 — Ten. fl. nap. 3. p. 215 — Bertol. fl. ital. 9. p. 212.*
Ic. *Bull. herb. t. 197* — Senecio. *Matth. comm. 2. p. 476.*
*b.* anthodiis conicis, basi incrassato-dilatatis.
In hortis, in cultis, ad muros, et ad rudërata ubique : var. *b.* ad muros.
Octobri, Majo, et var. *b.* Novembri et Decembri. ⊙
Vulgo *Cardillo.*
*Planta* arachnoideo-villosa, saepius vero glabra: *flores* subcorymbosi, non radiati, sub anthesi nutantes : *semina* striata , adpresse pubescentia.
2. S. FOENICULACEUS. *Ten. fl. nap. 2. p. 206*—S. lividus.*Bertol. fl. ital. 9. p. 216*, non *Lin.*
S. foliis cauleque glanduloso-subvillosis, inferioribus obovatis sinuato-dentatis in petiolum attenuatis , superioribus amplexicaulibus sinuato-pinnatifidis, lobis laciniisque dentatis, anthodii glabri foliolis intimis striatis, extimisque sphacelatis intactisve,corollulis radii anguste linearibus revolutis.
Ic. *Ten. l. c. t. 78* — S. trilobus. *Sibth. fl. gr. t. 896 — Till. hort. pis. t. 28*, mala.
In sylvaticis umbrosis humentibus ; *selve del Rotaro*, *di Casamicciola*, *del Bagno, di Catauro, di Campagnano.*
Aprili, Majo. ⊙
*Ligulae* minutae, anthodii longitudine 3-4-plo breviores *semina* adpresse

nam olt semina exteriora omnia immarginata, et multa protensa, potius ad var. *b.* sequentis spectat, uti — C. arvensis. *Tabern. ic. 335.*

*b. microcephala*; floribus duplo fere minoribus, habitu graciliore — C. microcephala. *Kralich pl. exsic.*

In cultis, et in apricis herbosis passim: var. *b. Lacco al monte Vico fra le vigne, ed all' Arso presso il pennino di Mangialisi.*

Septembri, Majo. ⨀

Vulgo *Patrostace*, una cum sequente.

*Semina* protensa fere nulla, sed dum adsunt brevia; quae vero cymbaeformia vix marginata sunt; margine integro, non dentato: in *b.* habitus gracilior; *flores* duplo fere minores, magnitudine sequentis; *semina* pariter omnia incurvata (nulla protensa), in margine alia immarginata, et haec numerosiora; pauca cymbaeformia intermixta, margine integra; omnia ista semina marginalia dorso subulato-muricata, in disco anulata, et dorso obtuse ac transverse corrugato-muricata. An var. *b.* species propria? — Confer quae pro hac specie notavi in *syn. 2. p. 522.*

2. C. MICRANTHA. *Tin.* et *Guss. syn. 2. p. 874.*

C. herbacea, foliis caulinis lanceolatis remote denticulatis, inferioribus obtusis obovato-cuneatis in petiolum attenuatis, caulinis amplexicaulibus, floribus concoloribus (luteis), radio anthodium parum excedente, seminibus marginalibus omnibus dorso cristatis, multis sigmoideis immarginatis longius cristatis anthodium duplo superantibus, paucis cymbaeformibus margine scarioso integro intus revoluto cinctis, in disco anulatis dorso transverse obtuse corrugato-muricatis.

Ic. *nostra t. VI.*

*b. ambigua*; floribus semel majoribus, seminibus marginalibus sigmoideis apice valido crasso terminatis.

In apricis herbosis: var. *a. dal monte di Campagnano al Malo passo, Succellaro, Chianole del Testaccio, Buceto al piano delle Zavatte, Schiappe di Garofalo, Casamicciola, Forio*; var. *b. Ischia al Castello, Bagno, discesa di Succellaro, e de' Maronti, Serrano, da Soccivo a S. Angelo, vigne di Chiummano, seminati di monte Vetta.*

Aprili, Majo. ⨀

*Semina* marginalia sigmoidea apice crasse rostrata sunt in *b*, rostro anthodium duplo superante—Var. ista quoad flores *C. arvensem b.* refert, sed quoad fructus *C. aegyptiacae* valde similis est, nisi ejusdem varietas.

## 189. CARLINA.

*Dec. pr. 6. p. 545.*

1. C. VULGARIS. *Lin. sp. pl. 1161 — Ten. fl. nap. 2. p. 192 — Bertol. fl. ital. 9. p. 54.*

Ic. *Gaertn. de fruct. 2. t. 163. f. 1* — Atractylis mitior . *Fuchs. hist. p. 121* — C. sylvestris, vulgaris. *Clus. hist. 2. p. 156.*
In sylvis, et ad incultos agrorum margines passim.
Augusto, Octobri. ♃, et ♂
*Anthodii* foliola radiantia albido-luteola.

2. C. INVOLUCRATA. *Desf. atl. 2. p. 251* — *Bertol. fl. ital. 9. p. 58* — C. corymbosa. *Ten. fl. nap. 2. p. 193,* quoad locum.
C. caule glabro bifido vel corymboso-ramoso , foliis oblongis subtus arachnoideo-villosis glabrisque pinnatifidis, laciniis ciliato-et dentato-spinosis , spinis subsquarrosis , anthodii globosi foliolis intimis radiantibus flavis exteriora involucrautia sinuato-spinosa basi incrassata non excedentibus.
Ic. *nulla.*
In saxosis collibus asperis, et in sylvaticis apricis ad vias ubique.
Augusto, Octobri. ♃
Vulgo *Curdagna.*
*Anthodia* basi rotundata, non cuneata, ut in *C. corymbosa*: et *foliola* interiora radiantia breviora quam in plantis siculis.

### 190. CENTAUREA.

*Less. syn. p. 7 — Dec. pr. 6. p. 565.*

1. C. DEUSTA. *Ten. fl. nap. 2. p. 266,* excl. *var. b.* —*b. tenuilaciniata.*
C. caule erecto subpaniculato-ramoso, foliis radicalibus pinnatifidis summis integris , istis laciniisque inferiorum lineari-lanceolatis angustis planis, anthodii ovati foliolis oblongis albo-scariosis fusco-maculatis setula longa terminatis, seminibus pappo destitutis.
Ic. *Ten. l. c. t. 84,* pro speciei typo.
In saxosis rupestribns apricis sola var. *b.*: *S. Pancrazia , coste del Piguatiella, della Scarupata,e di Funnolillo, Succellara, Testaccio alla scala da' Maronti, da Soccivo alla Punta di S. Angelo, Guardiola di S. Gennaro pressa Panza, Punta dell' Imperatore, coste della Serra, e nella contrada del Bell' omo presso Forio, rupi delle Falanghe.*
Majo, Junio. ♃, et basi ♄.
*Folia* praesertim inferiora saepe villoso-canescentia , uti *caules* inferne : *flores* purpurei—*C.* calva *Richter,* non *Led.* ad hanc speciem spectat.

2. C. CINERARIA. *Lin. sp. pl. 1290* — *Ten. fl. nap. 2. p. 261.*
Ic. Jacobea maritima ,candidissima, Stoebes foliis. *Moris. hist.3.p.141. s. 7. t. 26. f. 20.*
Ad rupes maritimas passim.

Junio, Julio. ♃, et basi ♄

Caespitosa, niveo-tomentosa: *flores* ut in praecedente purpurascentes, corymbosi: *anthodii* foliola glabra, apice ac margine fusco-maculata, longe ciliata: *semina* albida, tenue nervosa, ac puberula.

3. C. APLOLEPIS. *Moretti Bot. ital. n. 2. p. 21 — Dec. pr. 6. p. 584.*

Ic. *Moretti l. c. t. 3.*

Ad rupes; *al Bagno nella villa del Re*, sed ibi potius cum aliis plantis exportata, quamvis nunc spontanea.

Junio, Augusto. ♃

Elata, stricta, superne ramosa, adpresse canescenti-puberula; *flores* pallide coerulei, corymbosi: *anthodii* glaberrimi ac nitide virentis et subbracteati foliola concoloria, non scariosa, apice breviter et tenue ciliata, indivisa, apiculata: *semina* fusco-cinerea, villosiuscula.

4. C. CALCITRAPA. *Lin. sp. pl. 1297 — Ten. fl. nap. 2. p. 271.*

Ic. Hippophastum. *Columm. phyt. p. 107. t. 24* — Carduus muricatus, vulgo Calcitrapa dictus. *Clus. hist. 2. p. 7*, bona.

Ad vias in herbosis demissis, vel elatis.

Julio, Augusto. ⊙

Virescens, piloso-hirsuta: *caules* divaricato-ramosi: *folia* radicalia lyrata: *flores* rosei, laterales: *anthodii* foliola glabra, extima in spinam validam terminata: *pappus* nullus.

5. C. SPHAEROCEPHALA. *Lin. sp. pl. 1295 — Ten. fl. nap. 2. p. 269.*

*b. caespitosa*; caule ramosissimo procumbente, foliis caulinis lyrato-pinnatifidis. *Ten. l. c.*

Ic. C. caespitosa. *Cyr. pl. rar. neap. fasc. 1. p. 24. t. 8*—Jacea maritima, incana, capite purpureo spinoso majore. *Barr. ic. 1217.*

In arenosis maritimis sola var. *b.*; *Forio nelle arene della marina di Montevergine.*

Majo, Junio. ♃, et basi ♄

*Herba* amara, virens, pilis brevibus rigidulis, et lanugine arachnoidea obsita: *caules* in arenis dense caespitosi: *folia* caulina sessilia, amplexicaulia, non decurrentia, integra: *anthodii* arachnoideo-villosi, vel glabrati foliola palmato-spinosa: *flores* rosei, corollulis neutris majoribus radiantibus: *semina* nitida, glabriuscula, rufescentia, albido-maculata.

### 191. GALACTITES.

*Moench. meth. p. 158 — Dec. pr. 6. p. 616.*

1. G. TOMENTOSA. *Moench. l. c. — Ten. fl. nap. 2. p. 275* — Centaurea Galactites. *Lin. sp. pl. 1300.*

Ic. Centaurea Galactites. *Cav. ic. 3. t. 231* — Carduus Galactites *Bauh. hist. 3. p. 54.*

Digitized by Google

In collibus, ad muros, et ad sepes ubique.

Aprili, Majo. ⊙

*Folia* pinnatifido, et dentato-spinosa, supra albo-maculata, subtus caulisque erectus albo-tomentosa : *flores* rubri, aut purpurascentes , corymbosi : *semina* subovalia, compressa, levia, glabra.

### 192. KENTROPHYLLUM.

*Nek. elem. n. 155 — Dec. pr. 6. p. 610.*

1. K. LANATUM. *Dec. l. c. — Bertol. fl. ital. 9. p. 66* — Carduncellus lanatus. *Moris fl. sard. 2. p. 436* — Carthamus lanatus. *Lin. sp. pl. 1163 — Ten. fl. nap. 2. p. 189.*

Ic. Atractylis Theophrasti et Dioscoridis succo sanguineo. *Columm. ecphr. 1. p. 19. t. 23* — Atractylis. *Dod. pempt. 724.*

In arenosis herbosis maritimis ; nec non in cultis inter segetes.

Julio, Augusto. ⊙

Arachnoideo-villosum, erectum: *folia* dentato-spinosa, inferiora pinnatifida: *anthodii* foliola intima acuminato-cuspidata: *flores* saepius corymbosi, glabri, lutei: *semina* obovato-tetragona, truncata, ruguloso-tuberculata, glabra, albida — Recte notat *Columm. l.* c. quod plantae radix , folia, rami, et anthodia avulsa ante florescentiam succum sanguineum emittunt.

### 193. ONOPORDON.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1256.*

1. O. VIRENS. *Dec. fl. fr. 5. p. 456*, et *pr. 6. p. 618 —Ten. fl. nap. 2. p. 198.*

Ic. Onopordon. *Dod. pempt. 726. f. 1* — O. virens , majoribus capitis spinis. *Barr. ic. 501.*

In herbosis arenosis maritimis, ad vias, et in ruderatis ; *Lacco* , *Forio* , *via del Pennino di Belvedere al Crovone, da Chiajano a Buceto, Bagno a S. Alessandro.*

Junio, Julio. ♂

Differt ob *O. Acanthio* foliis glabratis, fere virentibus: *spinis* alarum caulis et foliorum validioribus: *anthodii* foliolis valide spinosis, infimis patentibus, demum deflexis – An *O. tauricum Willd. sp. pl. 3. p. 1687* ab hoc diversum ? nam uti istius varietates a *Bertol. in fl. ital. 9. p. 43* habetur.

### 194. SILYBUM.

*Gaertn. de fruct. 2. p. 378 — Dec. pr. 6. p. 616.*

1. S. Marianum. *Gaertn. l. c. — Dec. l. c.—Ten. fl. nap. 5. p. 204 —* Carduus Marianus. *Lin. sp. pl. 1153.*
Ic. *Blackw. herb. t. 79* — Spina alba, hortensis. *Fuchs. hist. p. 56.*
Ad agrorum margines ; *da Fontana a Serrano, ed a Panza.*
Majo, Junio. ⊙
Erectum, elatum: *folia* glabra, sinuato-spinosa, supra albo-maculata: *anthodia* glabra; foliolis extimis longe spinosis, divaricatis : *flores* rosei : *semina* fere ovalia, compressa, glabra.

### 195. CYNARA.

*Dec. pr. 6. p. 620.*

1. C. Scolymus. *Lin. sp. pl. 1159, b. hortensis.*
Ic. Scolymos, seu Cynara. *Lobel. ic. 2. t. 3* — Scolymus major. *Tabern. hist. 695.*
Colitur.
Junio, Julio. ♃
Vulgo *Carcioffa nera.*
2. C. Cardunculus. *Lin. sp. pl. 1159.*
Ic. Scolymus aculeatus. *Tabern. hist. 696.*
Colitur.
Junio, Julio. ♃
Vulgo *Carcioffa bianca.*

### 196. CARDUUS.

*Gaertn. de fruct. 2. p. 377 — Dec. pr. 6. p. 621.*

1. C. macrocephalus. *Desf. atl. 2. p. 245 — Dec. pr. 6. p. 621—Ten. fl. nap. 5. p. 206* — C. nutans. *Guss. syn. 2. p. 433,* non *Lin.*
Ic. *nulla.*
Ad agronum margines, ad vias, et in herbosis, vel inter segetes praesertim in apricis elatis; *Fontana, monte Vetta, Pietra dell'acqua, Barano, alle Falanghe ed a Pietra perciata, Panza.*
Majo, Septembri. ⊙
*Caules* aliquando 4-pedales, semper erecti, et basi simplices : *folia* interrupte decurrentia, lanuginoso-hirsuta, vel glabrata; laciniis squarro-

sis, ciliato-spinosis: *pedunculi* elongati, nudi (non alati): *anthodia* saepius diametro ultra pollicari, erecta, vel nutantia; foliolis arachnoideo-villosis, virentibus, longe acuminato-spinosis, exterioribus ultra basim subcoarctatis, demumque refractis; intermediis longius acuminatis, intimisque erectis: *semina* compressiuscula, nitida, albida, glaberrima, coronula brevissima terminata — Ab affini *C. nutante*, uti notat Cl. *Dec.* recedit *anthodio* duplo majore, indeque ejusdem foliolis latioribus longioribusque (15 lin. longis, 5 lin. latis); tamen individua maciora, et in locis aridis provenientia *C. nutantem* referunt, a quo Cl. *Bertol.* in *fl. ital.* 8. *p.* 618 non separat. Praeterea quoad descriptionem hujus speciei in *Gris. spic. fl. Rum.* 2. *p* 248 noster erit potius *C. hamulosus*, in quo uti notat laudatus auctor anthodia arachnoidea, et ejus foliola extima lanceolato-acuminata; dum in *C. macrocephalo* anthodia glabra, et foliola extima lanceolato-linearia dicuntur.

2. C. pycnocephalus. *Lin. sp. pl.* 1151 — C. peregrinus. *Ten. fl. nap.* 5. *p.* 207 — *Bertol. fl. ital.* 8. *p.* 625, an cum syn. omnibus?
Ic. *Jacq. H. Vind. p.* 17. *t.* 44.
In ruderatis, ad vias, et in cultis apricis.
Aprili, Majo. ⊙
*Caules* erecti, alato-spinosi, et uti folia subtus albo-tomentosi: *flores* saepius solitarii, breviter pedunculati, rosei: *anthodii* arachnoideo-villosi foliola exteriora lanceolato-spinosa, apice subpatula: *semina* albida, obovato-compressa, levia, saepe viscidula — In vineis prope *Forio* orgyalem altitudinem acquirit, ibique priusquam floreat excisus et terra obtectus ad vineas ipsas saginandas inservit — Cl. *Schultz* (Bip.) in *Phyt. can. tom.* 3. *pars.* 2. *sect.* 3. *p.* 377, sub hac specie *C. arabicum*, *C. tenuiflorum*, *C. australem*, *C. crispum*, et *C. peregrinum* uti synonyma perperam citat — Tam species ista, quam aliae hujus generis, nec non *Carlinae* et *Onopordonis* vulgari nomine *Cardogne* incolae designant.

### 197. CIRSIUM.

*Gaertn. de fruct.* 2. *p.* 383 — *Dec. pr.* 6. *p.* 634.

1. C. lanceolatum. *Scop. carn. ed.* 2. *v.* 2. *p.* 130 — *Ten. fl. nap.* 2. *p.* 203, excl. var. *b.*, ex ipso in *l. c. v.* 3. *p.* 209 — Cnicus lanceolatus. *Willd. sp. pl.* 3. *p.* 1666 — *Bertol. fl. ital.* 9. *p.* 8, excl. syn. *C. Rosani Ten.!* — Carduus lanceolatus. *Lin. sp. pl.* 1149.
Ic. Carduus lanceolatus. *Tabern. ic.* 699 — C. lanceolatus, sive sylvestris Dodonaei. *Bauh. hist.* 3. *p.* 38.
In sylvaticis humentibus, ad vias, et in vallibus passim.
Augusto, Octobri. ♃

*Caules* firmi, stricti, alato-spinosi : *folia* supra rigide setosa, subtus arachnoideo-sublanata ; laciniis valide spinosis : *flores* purpurei, sparsi vel aggregati: *anthodii* ovati basi arachnoidei foliolis exterioribus subulato-spinosis, patenti-recurvis: *semina* cuneata, compressa, levia, glabra, fusco-maculata—Nescio qua ratione Cl. *Dec.* in *pr. 6. p. 636*, et *Bert. l. c.* sub hac specie C. *Rosani Ten. syll. p. 414* referant, sunt equidem species diversissimae!, et planta cl. *Tenorii C. eriophoro* magis proxima!

2. C. ARVENSE. *Scop. carn. ed. 2. v. 2. p. 126* — *Ten. fl. nap. 2. p. 205* — Cnicus arvensis. *Bertol. fl. ital. 9. p. 31* — Serratula arvensis. *Lin. sp. pl. 1149.*

Ic. *Fl. dan. 1. 644* — Ceanothus Theophrasti. *Columm. ecphr. 1. p. 45. t. 46.*

In arvis arenosis, vel argillosis humentibus ; *seminati del piano de' Muori, vigne presso la Torre di Campagnano, ed in quelle della cava di Cerambi, pianure di Campotese presso Panza, Chianole del Testaccio, Casamicciola, Lacco nelle vigne.*

Majo, Junio. ♃

*Radices* repentes : *flores* purpurei, corymbosi : *anthodii* ovato-conici arachnoidei foliola exteriora adpressa, breviter mucronata.

### 198. LAPPA.

*Juss. gen. p. 173* — *Dec. pr. 6. p. 661.*

1. L. MAJOR. *Dec. pr. 6. p. 661* — Arctium Lappa. *Lin. sp. pl. 1143* — *Ten. fl. nap. 2. p. 195* — *Bertol. fl. ital. 8. p. 598.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 665* — Personata. *Fuchs. hist. p. 72.*

In silvaticis humentibus ; *selve del Rotaro, di Catreca, delle Falanghe, del Fasano, di Buceto, cava di Brusomonte*, e *di Cerambi, Casamicciola, Chianole del Testaccio, cavone delle Rose, selve e siepi di Campagnano, valloni di Moropane, di Fontana, di Serrano*, ec.

Julio, Augusto. ♂, vel ♃

Vulgo *Zecchetielli gruossi.*

*Anthodia* virentia, obsolete arachnoideo-villosa ; foliolis intimis quoque virentibus nec coloratis : *flores* rubri.

### 199. SCOLYMUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1252.*

1. S. HISPANICUS. *Lin. sp. pl. 1143* — *Ten. fl. nap. 2. p. 187* — *Bertol. fl. ital. 8. p. 594.*

Digitized by Google

Ic. Scolymus Theophrasti. *Clus. hist. 2. p. 153*—Carduus Chrysanthemus. *Dod. pempt. 715.*
In herbosis maritimis, et ad vias.
Julio, Augusto. ♃
Vulgo *Cardogna.*
*Folia* supra glabra, aliquando maculata, decurrentia: *anthodia* sessilia, lateralia, et terminalia, glabriuscula; foliolis omnibus acuminato-cuspidatis: *flores* lutei: *semina* obovata, levia, glabra, 2-3-aristata — Radices et foliorum costae adhuc tenerae inter olera usum habent.

## 200. LAPSANA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1247.*

1. L. COMMUNIS. *Lin. sp. pl. 1141 — Ten. fl. nap. 2. p. 183 — Bertol. fl. ital. 8. p. 579.*
Ic. *Fl. dan. 500* — Lampsana. *Dod. pempt. 675.*
In sylvaticis, et ad sepes.
Majo, Junio. ⊙
Erecta, pubescens: *flores* lutei, parvi.

## 201. RHAGADIOLUS.

*Lin gen. pl. ed. Schreb. n. 1248.*

1. R. EDULIS. *Gaertn. de fruct. 2. p. 354 — Ten. fl. nap. 2. p. 185 — Bertol. fl. ital. 8. p. 583.*
Ic. *Sibth. fl. gr. t. 818.*
In herbosis, ad sepes, et ad sylvarum margines passim.
Martio, Majo. ⊙
In innumeris speciminibus, quae vidi, *folia* lyrata, et *anthodii* squamae una cum seminibus glaberrimae — Inter olera in usum venit.

## 202. HEDYPNOIS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1243.*

1. H. CRETICA. *Willd. sp. pl. 3. p. 1617 — Ten. fl. nap. 2. p. 173.*
Ic. Hyoseris cretica. *Gaertn. de fruct. 2. p. 372. t. 160. f. 2.*
In apricis herbosis, nec non in arenosis maritimis, ubi rara.
Aprili, Majo. ⊙
Species sequenti valde proxima, a qua *foliis* minus profunde incisis, ac pedunculis ad apicem fistuloso-clavatis dignoscitur; tamen cave ne cum

*H. tubaeformi Ten.* confundas, in qua *anthodia* majuscula ac exacte globosa, et *pedunculi* valde fistuloso-clavati sunt : *foliorum* vero forma ac incisione conveniunt ; sed Cl. *Bertol. in fl. ital. 8. p. 557* a sequente non separat.

2. H. MAURITANICA. *Willd. sp. pl. 3. p. 1616* — H. monspeliensis. *Ten. fl. nap. 2. p. 172.*
   Ic. H. cretica. *Sibth. fl. gr. 9. t. 813*, ex *Moris*—Hieracium facie Hedypnois. *Lobel. ic. 239?*
   In herbosis collibus, et praesertim in campis mare proximis.
   Aprili, Majo. ☉
   Confer praecedentem.

### 203. CICHORIUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1251.*

1. C. INTYBUS. *Lin. sp. pl. 1142* — *Ten. fl. nap. 2. p. 186* — *Bertol. fl. ital. 8. p. 558.*
   Ic. *Fl. dan. 907* — Intybus sylvestris. *Fuchs. hist. 679* — *Lobel. ic. 228. f. 2.*
   *b. latifolium* ; foliis inferioribus amplis obovato-runcinatis, reliquis laciniatis.
   *Cicoria di S. Pasquale.*
   In pascuis, et ad vias non satis frequens, et colitur.
   Majo, Junio. ♃
   Vulgo *Cicoria* una cum sequente, et utriusque speciei folia cruda vel cocta, tam inter olera, quam in acetariis in usum veniunt — *Flores* in utrisque coerulei.
2. C. DIVARICATUM. *Schous. marocc. p. 197* — *Ten. fl. nap. 5. p. 203* — C. pumilum. *Bertol. fl. ital. 8. p. 590.*
   Ic. *nulla.*
   *b.* pedunculis gracilibus.
   In herbosis apricis ; *Bagno*, e *Casamicciola*, sola var. *b.*
   Majo, Junio. ♂, et ♃
3. C. ENDIVIA. *Lin. sp. pl. 1142.*
   Ic. Intybum sativum. *Dod. pempt. 634.*
   Colitur.
   Majo, Junio. ☉
   Sequentes varietates coluntur :
   *a. latifolia* ; foliis latis, elongatis, laceris.
   *Scaroloni.*
   *b. communis* ; foliis oblongis, latis, sinuatis.



Digitized by Google

*Scarola procidana.*

c. *crispa*; foliis elongatis, laceris, crispis — C. Endivia, *b. Lin. l. c. p. 1143.*

*Scarola riccia.*

### 204. TOLPIS.

*Gaertn. de fruct. 2. p. 371 — Biv. mon. delle Tol. 1809 — Dec. pr. 7. p. 85.*

1. T. umbellata. *Bertol. fl. ital. 8. p. 541*, an cum syn. omnibus? — T. barbata. *Ten. fl. nap. 5. p. 202.*

Ic. Hieracium calyce barbato. *Columm. ecphr. 2. p. 28. t. 27. f. 1.*

In apricis herbosis; *Ischia all' Arso, Bagno, Casamicciola presso la stufa del Cacciuto, ed alle fumarole di Pietra Vona, Lacco al monte Vico, Forio alle fumarole nella contrada del Bell'omo, Punta di S. Angelo, coste del Funnolillo presso alle fumarole, marina de' Maronti, scala del Testaccio.*

Aprili, Majo. ⊙

*Folia* radicalia vel indivisa, vel repando-sinuato-serrata: *bracteolae* setaceae, anthodium farinoso-puberulum superantes, patulae: *corollulae* sulphureae, in disco atropurpureae — Sententiae Cl. *Bertol.* qui in *l. c.* hanc a vera *T. barbata* (Crepis barbata *Lin.*) differre putat, libenter assentio, pro quorum differentiis confer laudatus auctor.

2. T. altissima. *Pers. syn. 2. p. 377 — Ten. fl. nap. 5. p. 202* — T. virgata. *Bertol. amoen. p. 67,* et *fl. ital. 8. p. 544* — Crepis ambigua. *Balb. mem. dell'Acc. di Tor. p. 77,* non *Biv.*

Ic. T. sexaristata. *Biv. mon. delle Tolp. p. 11. t. 2 — Triumph. prael. p. 62.*

In apricis argillosis herbosis non satis frequens; *via da Moropane a Fontana alla salita della cava del Ballerino a sinistra salendo.*

Majo, Junio. ♃

*Folia* radicalia repando-sinuata, glaucescentia: *anthodia* farinoso-incana; *foliolis* exterioribus bracteisque brevibus adpressis: *flores* citrini, concolores, parvi: *semina* 4-6-aristata.

### 205. HYPOCHAERIS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1236.*

1. H. glabra. *Lin. sp. pl. 1141 — Ten. fl. nap. 5. p. 201 — Bertol. fl. ital. 8. p. 571.*

*b. minima*; scapis simplicibus, foliis glabratis hirsutiusculis grosse si-

nnato-dentatis, aut sublyratis. *Dec. pr. 7. p. 90* — H. minima. *Cyr. pl. rar. neap. fasc. 1. p. 29 — Ten. fl. nap. 5. p. 202*, et H. arachnoides. *Ten. l. c. p. 201.*

Ic. *Cyr. l. c. t. 10* — Hieracium minimum. *Column. ecphr. 2. t. 27.*

In apricis herbosis ; var. *b.* in collibus campisque siccioribus.

Martio, Majo. ⊙

Quamplurimis speciminibus inspectis *H. arachnoidem* ab *H. minima* non differre mihi visum est, nec uti species diversae ab *H. glabra* utraequae habendae sunt. Confer *Dec.* et *Bertol. l. c.*

2. H. NEAPOLITANA. *Dec. pr. 7. p. 91* — H. dimorpha. *Ten. fl. nap. 5. p. 201*, non *Brot.*

H. radice perenni ad collum multiplici, fibris crassis, caulibus nudis erectis ascendentibusque glabris simplicibus ramosisve, foliis oblongo-obovatis dentato-sinuatis lyratisve hirsutis glabratisque, pedunculis bracteatis, anthodii foliolis flosculis duplo brevioribus, pappo seminum centralium longe stipitato, marginalium (paucorum) sessili, setis ejusdem basi arachnoideo-plumosis.

Ic. nulla.

Ad vias, in collibus herbosis, et in cultis ubique.

Majo, Junio. ♃

Vulgo *Mussoporcielli*, et inter olera aliquando in usum venit — Male cum *H. radicata* hanc associat Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 8. p. 573;* siquidem radicis forma, et seminibus diversa est.

### 206. SERIOLA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1245.*

1. S. AETNENSIS. *Lin. sp. pl. 1139 — Ten. fl. nap. 2. p. 182 — Bertol. fl. ital. 8. p. 560.*

Ic. *Jacqu. obs. 4. p. 3. t. 79 — Lam. ill. t. 656. f. 1.*

In tectis, ad muros, et in aridis collibus lapidosis incultis passim.

Martio, Majo. ⊙

Virescens : *folia* radicalia obovata, rosulata, integra, vel sinuato-dentata: *pedunculi* elongati, una cum anthodiis setosi : *flores* lutei.

### 207. THRINCIA.

*Roth. cat. bot. 1. p. 99 — Dec. pr. 7. p. 99.*

1. T. TUBEROSA. *Dec. fl. fr. 4. p. 52*, et *pr. 7. p. 100— Ten. fl. nap. 5. p. 187* — Apargia tuberosa. *Willd. sp. pl. 3. p. 1549 — Bertol. fl. ital. 8. p. 442* — Leontodon tuberosum. *Lin. sp. pl. 1123.*

Ic. Chondrilla altera Dioscoridis, monspeliensium. *Lobel. ic. 232.*

*b. Oliverii*; foliis una cum scapo et anthodii foliolis piloso-hirtis ac fero canescentibus, floribus majoribus. *Dec. l. c.*

In pascuis herbosis, inter fruticeta in apricis, et ad vias in herbosis ubique : var. *b.* in pascuis elatis ; *praterie del monte Vetta*, *e sotto S. Nicola.*

Septembri, Octobri. ♃

In var. *a.* omnia glabriora, et intense virentia : in *b.* foliorum laciniae aut lobi aliquando obtusissimi: in utrisque *tubera* fusiformia, fasciculata : *scapi* ascendentes, hirtuli, vel glabri : *flores* lutei, ligulis subtus rubentibus *semina* disci fusea, a medio attenuato-rostrata ; illa radii incurva, albida anthodii foliolis demum patentibus inclusa.

## 208. LEONTODON.

*Juss. gen. 170 — Dec. pr. 7. p. 101.*

1\. L. Rosani. *Dec. pr. 7. p. 104* — Apargia Rosani. *Ten. fl. nap. 5. p. 186.*

L. scapo glabriusculo sub anthodio puberulo folia multo superante, foliis obovato-oblongis obtusis dentato-pinnatifidis sublyratis pilis rigidis subhispidis, anthodii hispiduli foliolis exterioribus lanceolato-linearibus adpressis, seminibus striatis muricatis levibusque.

Ic. *Ten. l. c. t. 180.*

In argillosis elatis; *monte Vetta alla salita delle Petrelle, ed al Jetto.*

Augusto, Septembri, sat raro Julio. ♃

*Folia* virentia, et sero autumno canescentia, dense rosulata, vix 2-3 lin. lata, 1-2 pollicaria, pilis glochidiatis cum simplicibus intermixtis tecta: *semina* badia, striata, plus minus muricata, sat raro levia—Specimina *L. Villarsii*, *Loisel.* ex Delphinatu, quae Cl. *Jord.* misit cum hoc nostro quoad habitum exacte conveniunt, et ideo nihil mirum si Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 8. p. 436* simul conjunxerit ; sed *folia* profundius secta, ac hispido-canescentia ; *anthodia* una cum scapis hirsuta, foliolis exterioribus saepe apice patulis ; dum in *L. Rosani folia* uti scapi et anthodia glabrata sunt. An ejusdem speciei lusus uti Cl. *Dec.* suspicatur ?

## 209. UROSPERMUM.

*Scop. introd. (1777) — Dec. pr. 7. p. 116.*

1\. U. Dalechampii. *Desf. cat. p. 90 — Ten. fl. nap. 5. p. 177 —Bertol. fl. ital. 8. p. 352* — Arnopogon Dalechampii. *Willd. sp. pl. 3. p. 1496* — Tragopogon Dalechampii. *Lin. sp. pl. 1110.*

Digitized by Google

Ic. Hieracium sulphureum, incisis foliis, montanum. *Barr. ic. 209.*
In apricis herbosis collibus, ab elatis ad litus.
Majo, Junio. ♃
Vulgo *Cazzabuotti.*
*Folia* fere omnia radicalia, virentia, aut canescentia ; caulina paucissima, saepe terna : *pedunculi* apice fistuloso-incrassati: *flores* magni, sulphurei ; *anthodio* sericeo-pubescente.

2. U. PICRIOIDES. *Desf. cat. p. 90 — Ten. fl. nap. 5. p. 177 — Bertol. fl. ital. 8. p. 354* — Arnopogon picrioides. *Willd. sp. pl. 3. p. 1496* — Tragopogon picrioides. *Lin. sp. pl. 1111.*
Ic. *Lam. ill. gen. t. 646. f. 3* — Sonchus asper, laciniatus, creticus. *Bauh. pr. p. 60.*
In herbosis apricis, ad sepes, ad agrorum margines, et in lapidosis ubique.
Martio, Majo. ⊙
*Caules* ramosi, foliosi : *folia* margine denticulata : *pedunculi* elongati, apice clavato-incrassati : *anthodia* hispido-aculeata : *flores* lutei.

## 210. HELMINTHIA.

*Juss. gen. 170 — Dec. pr. 7. p. 132.*

1. H. ECHIOIDES. *Willd. sp. pl. 3. p. 1607 — Ten. fl. nap. 2. p. 181 — Bertol. fl. ital. 8. p. 379* — Picris echioides. *Lin. sp. pl. 1114.*
H. hispida, foliis dentatis, anthodii foliolis externis basi cordato-ovatis.
Ic. *Lam. ill. gen. t. 648* — Buglossum echioides, luteum, Hieracio cognatum. *Lob. ic. 577. f. 2.*
*b. mollis* ; caule et anthodii foliolis subinermibus. *Dec. pr. 7. p. 132.*
In herbosis praesertim humentibus ; var. *a. nel vallone di Buceto;* var. *b. salita di Pietra Sparaina, Forio alle fumarole di Frasso, ed in quella della contrada del Bell'omo, e nelle terre coltivate presso il diruto Fortino a Citara.*
Junio, Octobri. ♂, et ♃
Cl. *Schultz* (Bip.) in *Webb. Phyt. can. tom. 3. pars. 2. sect. 3. p. 384 H. humifusam* ab hac non separat; tamen quamvis affines, habitu certe differunt. Confer Cl. *Bertol.* l. c. pro hac et sequente.

2. H. HUMIFUSA. *Trevir. act. soc. nat. cur. Bonn. 13. p. 195 — Dec. pr. 7. p. 132 — Ten. fl. nap. 5. p. 188 — Bertol. fl. ital. 8. p. 381.*
H. hispidula, foliis dentatis, anthodii foliolis externis basi rotundatis.
Ic. Hieracium capitulis Cardui benedicti, glabrum. *Herm. parad. p. 185. t. 52.*
In pratis argillosis humentibus ; *cava del Ballarino sotto Fontana, mon-*

*te Vetta alla salita delle Petrelle, al piano de' Muori ne' campi coltivati, Forio nel letto argilloso di un'antica salina presso il diruto fortino di Citara, ne' siti argillosi del bosco e della cava del Carusiello.* Junio, Octobri. ♂, et ♃

*Caules* saepius decumbentes, vel surrecti, irregulariter ramosi, glabri, vel sparse hispiduli: *anthodii* angulato-pyramidati foliola exteriora erecta, sed ab interioribus parum longioribus parallele remota, ovali-lanceolata, externe concava ob margines revolutos, glabra, sed marginibus crebre ciliato-spinulosa; interiora exquisite sed obtuse carinata, basi incrassato-gibbosa, udique hispidula vel glabrata, tamen semper sub apice acuto inermi spinula ramosa lin. longa instructa: *corollulae* saepe externe rubentes: *semina* rufescentia, levia, obtusa, brevia, pappi stipite filiformi elongato terminata.

## 211. PICRIS.

*Juss. gen. 170 — Dec. pr. 7. p. 128.*

1. P. SPINULOSA. *Guss. syn. 2. p. 400* — P. hieracioides. *Ten. fl. nap. 2. p. 180*, non *Lin.* — *Bertol. fl. ital. 8. p. 374*, excl. syn. *Guss.*

P. pilis furcatis patentibus setisque hirta, caule erecto angulato-sulcato ramoso, foliis oblongo-lanceolatis dentato-sinuatis, superioribus amplexicaulibus integris, floribus subcorymbosis, pedunculis non incrassatis, anthodii villosi foliolis ad carinam incrassato-spinulosis exterioribus semipatentibus apice subsquarrosis, pappo sessili.

Ic. Hieracium altissimum, longifolium, sinuatum, asperum, unicaule, polycephalum. *Bon. t. 151*, optima.

In sylvaticis, et ad agrorum margines ubique.

Junio, Octobri. ♂, et ♃

Vulgo *Zecchetielli minutoli.*

*Caules* aliquando fere orgyales: *folia* tuberculato-hispida: *flores* flavi, axillares, vel in ramorum extremitate glomerati — A vera *P. hieracioide* differt notatis characteribus, qui minime variabiles sunt, proinde male Cl. *Schultz* (Bip.) in *Web. phyt. can. tom. 3. pars. 2. sect. 3. p. 464* P. grandifloram. *Ten.* (quae vera P. *hieracioides*, et quae nonnisi in Aprutii, et Samnii sylvaticis montosis apud nos provenit) P. *scaberrimam Guss.* et hanc simul associat, sunt equidem species diversissimae, quae cultura non mutantur, nec ejusdem speciei lusus.

## 212. LACTUCA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1234.*

1. L. MURALIS. *Dec. pr. 7. p. 139 — Bertol. fl. ital. 8. p. 401* — Praenanthes muralis. *Lin. sp. pl. 1121 — Ten. fl. nap. 5. p. 182.*
Ic. *Fl. dan. 509* — Sonchus levis, vulgaris 11. *Clus. hist. 2. p. 146.*
Ad muros, et ad rupes in umbrosis.
Majo, Junio. ⊙, et ♂
*Flores* parvi, lutei in hac et in sequentibus, ac plantae lactescentes.
2. L. SCARIOLA. *Lin. sp. pl. 1119 — Ten. fl. nap. 5. p. 181 — Bertol. fl. ital. 8. p. 407.*
Ic. *Fl. dan. 1227* — Endivia major, lactucina, spinosa. *Barr. ic. 135.*
Ad sepes, et in sylvaticis; *da Barano a Fontana, salita del Telegrafo di Pietra Sparaina, da Serrano a Panza, coste della Serra, ed a S. Maria del Monte sopra Forio.*
Julio, Augusto. ♂
*Folia* runcinato-pinnatifida, mucronato-denticulata: *flores* paniculato-pyramidati: *semina* 5-striata, puberula, rostro albo aequilonga; in sequente rostrum bis superat semen, uti recte notat Cl. *Koch* in *syn. ed. 2. p. 495.*
3. L. SALIGNA. *Lin. sp. pl. 1119 — Ten. fl. nap. 5. p. 181 — Bertol. fl. ital. 8. p. 409.*
Ic. *Jacqu. austr. t. 250* — Chondrylla viscosa, humilis. *Bauh. pr. p. 68* — Endivia minor, lactucina, spinosa. *Barr. ic. 136.*
*b. Wallothriana;* foliis caulinis linearibus carina levibus, caule subascendente a basi ramosissimo. *Dec. pr. 7. p. 136.*
Ad vias in herbosis, ad agrorum margines et ad maceries; *Ischia all'Arso, Campagnano, Catauro, Chianole del Testaccio, da Barano a Fontana, da Serrano scendendo a Panza, Noja, Calimera, bocca della Serra, S. Maria del Monte, e nella contrada del Bell' omo sopra Forio, Casamicciola alla stufa del Cacciuto,* utraeque varietates; sed *a.* magis rara.
Julio, Septembri. ♂
*Folia* infima runcinato-pinnatifida; reliqua linearia, integerrima: *flores* racemoso-spicati.
4. L. SATIVA. *Lin. sp. pl. 1118,* var. *a — Dec. pr. 7. p. 138* — L. sativa, c. *longifolia. Lam. dict. enc. 3. p. 403.*
Ic. *Blackw. herb. t. 88.* — L. folio obscurius virente, semine nigro. *Moris. hist 3, s. 7. t. 2. f. 9* — L. romana, longa, dulcis. *Bauh. hist. 2. p. 998.*

Digitized by Google

Colitur.
Majo, Junio. ☉
*a. atrovirens*; foliis elongatis, adpressis, concavis, atroviridibus.
*Lattuca romana.*
*b. pallida*; folio albido-virentibus, brevibus.
*Lattuca biancolella.*

5. L. capitata. *Dec. pr. 7. p. 138*—L. sativa, *a. capitata. Lam. dict. enc. 3. p. 403.*
Ic. *Dod. pempt. 645*—L. sativa sessilis, sive capitata. *Lobel. ic. 242. f. 2.*
Colitur.
Majo, Junio. ☉
*a. viridis*; foliis dense capitatis, albo-viridulis, crassiusculis.
*Lattuca mortarella.*
*b. albida*; foliis laxiuscule capitatis, albidis, sucosis, teneris.
*Lattuca incappucciata.*

6. L. crispa. *Dec. pr. 7. p. 138*— L. sativa, *b. crispa — Lin. sp. pl. 148. Lam. dict. enc. 3. p. 403.*
Ic. *Dod. pempt. 644*—L. crispa, non capitata. *Lobel. ic. 242*, male a *Dec.* ad *L. laciniatam* citata, nam eadem ac illa *Dod.*
Colitur.
Majo, Junio. ☉
*Lattuca riccia.*

## 213. CHONDRILLA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1235.*

1. C. juncea. *Lin. sp. pl. 1120 — Ten. fl. nap. 5. p. 182 — Bertol. fl. ital. 8. p. 415*, excl. nonn. syn.
Ic. *Jacqu. austr. t. 427*—C. juncea, viminea, arvensis. *Tabern. ic. 178* — C. prima Dioscoridis. *Column. phyt. p. 10.*
In campis aridis, et in arenosis ubique.
Julio, Septembri. ♃
In hac folia caulina non sunt rigide ciliata, ut in *C. juncea, b. Dec. pr. 7. p. 142*, quae est *C. virgata Presl del prag. p. 116.*

## 214. TARAXACUM.

*Hall. helv. 1. p. 23 — Dec. pr. 7. p. 145.*

1. T. officinale. *Wigg. prim. fl. hols. p. 56* — T. Dens Leonis. *Desf. atl. 2. p. 228 — Dec. l. c.* — Leontodon Taraxacum. *Lin. sp. pl. 1122 — Ten. fl. nap. 5. p. 183 — Bertol. fl. ital. 8. p. 425*, var. *b.*

Ic. *Bull. herb. t. 217* — Hedypnois. *Fuchs. hist. 680.*

In apricis herbosis ; *Bagno nella Real Villa , salita di monte Vezza al Nord, Casamicciola nelle vigne sotto alle Croci.*

Martio, Aprili. ♃

*Pedunculi* floriferi horizontaliter patentes : *anthodii* foliola exteriora reflexo-patentia ; interiora erecta , omnia sub apice non corniculata : *semina* spadicea, versus apicem tantum muricata, et supra muricaturam attenuata, ac in stipitem ipsis longiorem producta: *pappus* anthodium excedens — Foliorum laciniis plus minus latis longisque valde variat.

2. T. corniculatum. *Kit.* in *Dec. pr. 7. p. 146* — Leontodon corniculatus. *Ten. fl. nap. 5. p. 183* — T. officinale, *corniculatum. Koch syn. ed. 2. p. 492*, sub var. *b.*

T. glabrum, foliis runcinato-pinnatipartitis, lobis inaequalibus lanceolatis subdentatis, anthodii foliolis omnibus sub apice calloso-corniculatis, exterioribus patulis, seminibus striatis (rufescentibus) sub apice spinelloso-muricatis rostro suo brevioribus.

Ic. *nulla.*

In apricis; *dalle falde meridionali di S. Nicola sopra Fontana alla marina* passim, et magis quam praecedens obvium.

Martio, Majo. ♃

*Anthodii* foliola exteriora patenti-recurva, non recta, nec reflexa, omnia sub apice corniculata a *T. laevigato* dignoscitur, in quo ex *Dec. in fl. fr. 6. p. 450* in apice, non sub isto vix calloso-mucronulata sunt.

3. T. palustre. *Dec. fl. fr. 4. p. 45*, et *pr. 7. p. 148* — Leontodon palustre. *Ten. fl. nap. 4. in syll. p. 112.*

T. glabrum, foliis obovato-lanceolatis sinuatis subruncinatisque, anthodii foliolis apice ecorniculatis acutis, exterioribus lanceolatis adpressis, seminibus striatis ( pallide rufescentibus ) apice spinelloso-muricatis rostro suo 3-4-plo brevioribus.

Ic. *Engl. bot. t. 553*, ex *Dec.*

In cultis humentibus ; *Casamicciola nelle vigne del Mortito , in quelle del Lacco e di Forio.*

Martio, Majo. ♃

In plantis inarimensibus *anthodii* foliola exteriora duplo angustiora sunt, quam in speciminibus gallicis.

### 215. CREPIS.

*Willd. sp. pl. 3. p. 1592.*

1. C. BULBOSA. *Cass. ann. sc. nat. v. 29. p. 4* — Aetheorrhiza bulbosa. *Id.* in *Dec. pr. 7. p. 160* — Praenanthes bulbosa. *Dec. fl. fr. 4. p. 7* — Hieracium bulbosum. *Willd. sp. pl. 3. p. 1562* — *Bertol. fl. ital. 8. p. 453* — Leontodon bulbosum. *Lin. sp. pl. 1112* — *Ten. fl. nap. 5. p. 185.*
   C. radicis fibris tuberiferis, scapo monocephalo aphyllo vel inferne monophyllo apice anthodioque basi hirto, stolonibus diffusis radicantibus, foliis rosulatis oblongo-lanceolatis glabris integris subdentatisve.
   Ic. Hieracium stoloniferum. *Viv. frag. 1. t. 20* — Chondrylla altera Dioscoridis. *Columm. phyt. p. 13. t. 4* — C. altera Dioscoridis putata. *Clus. hist. 2. p. 143.*
   In apricis pascuis arenosis maritimis, ad agrorum margines arenosos, super muros ac maceries.
   Martio, Aprili. ♃
2. C. VESICARIA. *Lin. sp. pl. 1132* — *Ten. fl. nap. 2. p. 175* — Barckausia scariosa. *Bertol. fl. ital. 8. p. 522.*
   Ic. Cichorium sylvestre, vesicarium, pratense. *Columm. ecphr. 1. p. 238. t. 237*, a *Willd.*, et a *Dec.* sub *C. scariosa* citata.
   In apricis herbosis elatis; *fra Fontana*, *Serrano*, *e S. Nicola*, *campi della salita dalle Petrelle a monte Vetta, discesa delle Falanghe.*
   Aprili, Majo. ♂, et ♃
   *Folia* fere omnia radicalia, glabra, rosulata, runcinata: *bracteae* latae, concavae, scariosae: *flores* lutei, corymbosi — Aliquando *bracteae* ita angustae sunt, ut C. *taurinensem* referat; a qua tamen satis diversa.
3. C. LEONTODONTOIDES. *All. auct. ad fl. Ped. p. 13* — *Bertol. fl. ital. 8. p. 533* — Barckausia tenerrima. *Ten. fl. nap. 5. p. 199*, ex quo B. taraxacifolia, *b. syll. p. 404* — Lagoseris taraxacoides. *Reich. cent. 1. p. 28.*
   Ic. *Reich. l. c. f. 63* — Hieracium minus, Dentis Leonis folio obtuso, caule procumbente exili multifido intricato, flore parvo. *Bon. t. 134.*
   *b.* anthodiis pedunculisque hirsutiusculis.
   *bb. microcalycina*; pedunculis anthodiisque ut in *b.*, sed istis duplo fere minoribus.
   In silvaticis apricis herbosis, ad muros, ad rupes, ac ad agrorum margines umbrosos ubique: var. *b.* magis obvia: var. *bb.* in elatis, *presso la chiesa di S. Nicola.*
   Majo, Junio. ♂, et ♃

Digitized by Google

*Lagoseris Leontodontoides. Reich. cent. 1. f. 35*, plantam *Allionii* exacte refert ex *Ten.*, sed *fig. 63* quoad habitum nostrae magis similis; praeterea observandum est iconem istam a planta exsiccata prope *Paestum* collecta depromptam fuisse, ubi *C. Leontodontoides*, et non *C. taraxacoides* occurrit!

4. C. NEGLECTA. *Lin. mant. p. 107 — Bertol. fl. ital. 8. p. 535*, excl. syn. C. corymbosae *Ten.* — C. cernua. *Ten. fl. nap. 5. p. 198.*
Ic. *Ten. l. c. t. 183 — Reich. cent. 4. f. 479.*
In aridis sterilibus; *Bagno nella Real Villa*, nonnisi praeterita aestate vidi.
Junio, Julio. ⨀
*Folia* fere omnia radicalia, glabra, runcinato-pinnatifida: *pedunculi* graciles, cernui, non corymbosi: *flores* lutei, parvi, anthodiis glabris.

5. C. GLANDULOSA. *Guss. pl. rar. p. 329* — C. foetida. *Ten. fl. nap. 2. p. 178*, ex parte — Barkausia glandulosa. *Dec. pr. 7. p. 158* — B. foetida. *Bertol. fl. ital. 8. p. 523*, quoad plantam siculam.
C. erecta hirta ac scabra canescens, foliis runcinato-pinnatifidis superioribus sessilibus lanceolato-sagittatis basi profunde dentato-incisis, floribus (luteis) corymbosis, pedunculis anthodiisque pilis glanduliferis rufescentibus hirtis.
Ic. *Guss. l. c. t. 56* — Hieracium Cichoriifolio, foliis Amygdali amari odore. *Bar. t. 119.*
In asperis aridis, vel in herbosis; *Ischia all'Arso, Bagno, Pieo, Chiajano, ec.*
Majo, Junio. ⨀
C. *corymbosa Ten.*, quae prope Neapolim ubique provenit, in hac insula desideratur.

## 216. ZACINTHA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1249.*

1. Z. VERRUCOSA. *Gaertn. de fruct. 2. p. 358 — Ten. fl. nap. 2. p. 184 — Bertol. fl. ital. 8. p. 577.*
Ic. *Gaertn. l. c. t. 137* — Cichorium verrucatum, Zacintha. *Clus. hist. 2. p. 144.*
In cultis argillosis, vel in herbosis apricis; *ne' campi seminati di monte Vetta, Ischia all'Arso, Forio alla marina di Citara*, (rara), *e nella contrada del Bell' omo presso le fumarole.*
Aprili, Majo. ⨀
Glabra: *caules* irregulariter dichotomi: *folia* radicalia rosulata, obovata, varie incisa: *anthodia* parva, sessilia, terminalia vel lateralia, basi demum conica, ac tumentia: *flores* lutei.

## 217. PICRIDIUM.

*Desf. atl. 2. p. 220 — Dec. pr. 7. p. 182.*

1. P. VULGARE. *Desf. l. c. p. 221 — Pers. syn. 2. p. 362* — Sonchus picrioides. *Lam. dict. enc. 3. p. 384 — Ten. fl. nap. 5. p. 181 — Bertol. fl. ital. 8. p. 398* — Scorzonera picrioides. *Lin. sp. pl. 1114.*
Ic. *All. ped. t. 16. f. 1 — Jacq. ic. rar. t. 577* — Sonchus asper, laciniatus, creticus. *Bauh. pr. p. 60.*
Ad muros, ad rupes, et in cultis ubique.
Martio, Septembri. ♃
Vulgo *Paparastiello*, et inter olera locum habet.
Species quoad *habitum*, et *folia* variabilissima; siquidem ista virentia, aut glaucescentia, 2-8 lin. lata, integra vel plus minus sinuato-dontata, lyrata, ac lyrato-pinnatifida; laciniis angustis, aut latis, denticulatis, saepe subfalcatis : *pedunculi* aliquando radicales : *anthodia* virentia, vel albo-farinosa : *flores* lutei.

## 218. SONCHUS.

*Dec. pr. 7. p. 184.*

1. S. FALLAX. *Wallr.* in *Dec. pr. 7. p. 185* — S. asper. *Spr. s. veg. 3. p. 649 — Ten. fl. nap. 5. p. 180 — Bertol. fl. ital. 8. p. 392.*
Ic. *Fl. Dan. 893* — Sonchus laciniatus, spinosus. *Dod. pempt. 643 — Fuchs. hist. 674.*
Aprili, Octobri. ☉
Vulgo *Trunzo*, una cum sequente appellatur, et inter acetaria usurpantur.
*Pedunculi* subumbellati, et *caules* superne piloso-glandulosi : *anthodia* glabra : *semina* ovalia, compressa, sulcata, levia, submarginata, in disco utrinque longitudinaliter tristriata, non transverse rugosa.
2. S. CILIATUS. *Lam.* in *Dec. pr. 7. p. 185* — S. oleraceus. *Lin. sp. pl. p. 1116*, ex parte — *Ten. fl. nap. 5. p. 180 — Bertol. fl. ital. 8. p. 390.*
Ic. *Fl. dan. 682* — S. levis, latifolius. *Dod. pempt. 643.*
*b. runcinatus*; foliis runcinatis.
*c. subbipinnatifidus*; foliis fere bipinnatifidis.
In cultis, in campis, et ad muros magis quam praecedens obvius.
Octobri, Julio. ☉
*Pedunculi* subumbellati, subnudi, juniores ad apicem tomentoso-farinosi; *anthodia* glabra : *semina* subcompressa, nam fere cylindrica, non mar-

ginata, in disco utrinque tristriata, ac praeterea transverse rugulosa !; quo praesertim charactere a praecedente dignoscitur.

4. S. TENERRIMUS. *Lin. sp. pl. 1117 — Ten. fl. nap. 5. p. 181 — Bertol. fl. ital. 8. p. 395.*

Ic. *Reich. hort. t. 139* — Hieracium foliis in tenues lacinias profunde sectis, flore luteo. *Plukn. phyt. t. 93. f. 3.*

*b. italicus*; foliis bipinnatifidis, laciniis anguste linearibus — S. italicus. *Spr. s. veg. 3. p. 651.*

In herbosis super muros; *Casamicciola, Lacco, Forio, Ischia sopra i muri, ed al Castello.*

Octobri, Julio. ⊙, et aliquando basi ♄

Species quoad foliorum incisionem, et anthodii pubescentiam polymorpha; tamen semper glabra, laete virens: *pedunculi* nudi, subumbellati: *flores* aurei: *semina* subtetragona, striata, transverse rugulosa.

## 219. ANDRYALA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1240.*

1. A. DENTATA. *Sibth.*, et *Smith fl. gr. pr. 2. p. 140* — A. integrifolia, *b. Ten. fl. nap. 2. p. 200.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 811.*

In herbosis apricis passim.

Majo, Junio. ⊙

*Flores* intense sulphurei !, et duplo fere majores, quam in sequente — Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 8. p. 548*, cum *A. integrifolia* conjungit; a qua quoad florum colorem aliasque notas prorsus aliena, nec apud nos unquam variat !

2. A. UNDULATA. *Presl del. Prag. p. 113* — A. sinuata. *Ten. fl. nap. 5. p. 200?*

Ic. Hieracium marinum, tomentosum, incanum, Cichorii folio, flore candido sulphureo. *Bon. t. 126.*

In collibus herbosis, et ad vias.

Majo, Junio. ⊙

*Anthodia* setis purpurascentibus glanduliferis tomento intermixtis instructa: *receptaculum* pilosum—Potius haec varietas *A. integrifoliae* est, sub qua refertur a cl. *Bertol.*, et a *Dec.*, sed a praecedente diversissima, *habitu*, et *florum* colore, qui in hac albidi vel pallidissime sulphurei !

## 220. HIERACIUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1238.*

1. H. BRACHIATUM. *Bertol. fl. ital. 8. p. 460*, et in *Dec. fl. fr. 6. p. 442* in notis, nec non in *pr. 7. p. 200* — H. bifurcum. *Ten. fl. nap. 5. p. 191*, non *Marsch.*

H. stoloniferum strigoso-pilosum, scapo subaphyllo diviso, pedunculis elongatis unifloris, foliis coriaceis lanceolatis acutis obtusisque integerrimis subtus stellato-cano-tomentosis, anthodiis ovato-globosis tomentosis setisque nigris eglanduliferis tectis, anthodiis hirsutis, foliolis demum in fructu patulis.

Ic. *nulla.*

In herbosis apricis elatis subargillosis, vel arenosis; *monte Trippiti presso la casetta, salita dalle Petrelle a monte Vetta, selve delle Falanghe, e del Fasano ne' siti aperti ed arenosi, discesa del Rotaro alla Quercia presso la Nsertolella.*

Majo, Junio. ♃

*Stolones* tomentosi, aliquando fere obliterati, et sat raro floriferi: *pedunculi* ad apicem, et anthodia araneosa-pubescentia; illi setis sparsis eglandulosis basi nigris, apice in setulam gracilem productis hinc inde vestiti; ista setis crebris biformibus tecta, aliis nempe nigris acutis, aliis uti illae pedunculorum, in setulam gracilem attenuatis, omnibus vero glandulosis: *semina* cylindrica, levia, striata, nigra — Comparatis speciminibus herbarii Cl. *Bertol.* et *Ten.* cognovi plantam caucasicam ab italica differre; ideoque uti fecit Cl. *Dec.* speciem *Bertol.* servavi.

2. H. PRAEALTUM. *Vill. voyag. p. 62 — Froel. in Dec. pr. 7. p. 205.*

H. laete virens, stolonibus nullis, caule glabro inferne uni-paucifolio, foliis viridi-glaucescentibus oblongo-lanceolatis obtusis submembranaceis glabris setis rigidis longis sparsis supra margineque tectis, corymbo denso polycephalo fastigiato demum laxiusculo, pedunculis anthodiisque cano-puberulis setis eglandulosis tectis ( floribus parvis ).

Ic. *Reich. cent. 1. f. 114 — Vill. l. c. t. 2. f. 1.*

*b. obscurum*; pedunculis anthodiisque pilis nigro-glandulosis instructis, corymbo laxiusculo inordinate ramoso, floribus paullo majoribus. *Froel.* in *Dec. l. c.*

Ic. H. obscurum. *Reich. l. c. f. 115.*

In sylvaticis umbrosis herbosis; var. *a. selve del Bagno, di Casamicciola, del Rotaro, delle Falanghe, del Fasano, di Catreca, di Campagnano*: var. *b.* in apricis elatis; *presso la Pietra dell'acqua, e Pietra perciata sotto S. Nicola, monte Trippiti.*

Majo, Junio. ♃

*Anthodia* tantum subcanescentia in *a.* ac setis nigris eglandulosis, vel raro glanduliferis tecta; quae setae in pedunculis aliquando deficiunt: in *b. pedunculi* pubescentes, pilis viridulis sparsis rarisque glandulosis instructi: *anthodia* cano-pubescentia; foliola ad costam praecipue setis rigidis nigris eglandulosis aliis glandulosis intermixtis tecta: *folia* vero in utrisque similia, et sat raro in *b.* pilis stellatis brevissimis conspersa; in qua varietate aliquando unus aut alter ex stolonibus florifer est.

3. H. CHINITUM. *Sibth. et Smith fl. gr. pr. 2. p. 134* — *Ten. fl. nap. 5. p. 195* — *Dec. pr. 7. p. 223.*

H. caule erecto pilosissimo superne folioso basi aphyllo, foliis piloso-ciliatis viridi-glaucescentibus, radicalibus ovato-oblongis acutis basi grosse dentatis longe petiolatis, caulinis ovatis (bracteaeformibus parvis) sessilibus integerrimis acuminatis, pedunculis bracteisque villosissimis, floribus racemoso-corymbosis, anthodiis tenue pubescentibus.

Ic. H. folio ovato acuto leviter sinuato, Pilosellae lanugine. *Bon. t. 144.*

*b. glabratum*, caule pedunculis bracteisque pilis longis albis destitutis, anthodii foliolis virentibus apice adpressis setulis nigris eglandulosis pilisque brevibus conspersis.

Ad muros, ad rupes, vel ad terram in umbrosis passim; var. *b. salita di Pietra sparaina, cavone delle Rose, selve del Castiglione, di Pietra Vona, del Fasano, e delle Falanghe, monte Trippiti, salita dalle Petrelle a monte Vetta.*

Septembri, Octobri. ♃

*Folia* in var. *a.* saepius integerrima, ut in specie, ac intensius virentia uti *anthodia*: ista non puberula, foliolis apice adpressis!, setulis nigris eglandulosis et pilis brevibus conspersa: *habitus* parum alienus — A *H. sylvatico* non disjungit Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 8. p. 485*, sed in illud non transit.

4. H. LACTARIS. *Bertol. amoen. p. 64*, et *fl. ital. 8. p. 505* — H. umbellatum, *b. lactaris. Dec. pr. 7. p. 224.*

H. glabrum, pallide virens, caule rigido oligocephalo erecto glabro ad apicem umbellato-ramoso, foliis lanceolato-oblongis (tenuibus) sessilibus laxe denticulatis, supremis subito abbreviatis bracteaeformibus anguste lanceolatis, anthodii tenue pubescentis ac virentis foliolis squarrosis.

Ic. H. sabaudi varietas prima, Erinus quibusdam Matthioli dicta. *Bauh. hist. 2. p. 1030.*

In sylvaticis asperis; *selve del Bagno, di Castiglione, di Casamicciola, di Cavallaro, e di Canniani presso Fontana, cavone delle Nocelle, e delle Rose.*

Septembri, Octobri. ♃

Digitized by Google

*Folia* in hoc non rigida, ut in sequente, versus apicem caulis subito abbreviata, 5-7-plo breviora quam alia, et saepe loco in isto rosulata, ut in *Euphorbia amygdaloide!*, quod non in sequente.

5. H. UMBELLATUM. *Lin. sp. pl. 1131 — Ten. fl. nap. 5. p. 196—Bertol. fl. ital. 8. p. 506.*

H. obscure virens, caule rigido erecto polycephalo glabro vel birsuto superne ramoso, ramis ultimis umbellatis, foliis (firmis) late-vel anguste lanceolatis dentatis integerrimisque in brevem petiolum attenuatis, supremis subsessilibus, radicalibus nullis, anthodii foliolis apice rectis squarrosisque.

Ic. *Fl. dan. 680* — H. tertium genus, angustifolium. *Clus. hist. 2. p. 140.*

*b. latifolium*; caule elato setis longis sparsis tecto, foliis basi sparse setosis 3-pollicaribus 1 1/2 poll. latis oblongo-ellipticis remote patenterque dentato-serratis, anthodii foliolis glabratis erectis, habitu *H. sylvatici.*

*c. ambiguum;* caule glabriusculo inordinate ramoso, foliis (tenuibus) oblongis obtusis glabratis integerrimis, floribus non umbellatis, anthodii glaberrimi foliolis virentibus apice squarrosis, pedunculis nudis vel sparse squamosis.

In sylvaticis elatis; *monte Trippiti presso la casetta, discesa della costa della Serra alle fumorole nella contrada del Bell' omo sopra Forio; siepi della vigna di Bardino presso la strada al Rotaro;* var. *b.* ad valles in demissis; *nel cavone delle Nocelle*: var. *c. monte Trippiti.*

Septembri, Octobri. ♃

*Caules* 2-4-pedales, firmi!: *folia* radicalia sub anthesi nulla: *pedunculi* pube stellata canescentes, sub anthodio crassiores: *anthodia* sub anthesi cylindriacea, demum cylindraceo-conica; *foliolis* glabris vel sparse puberulis, laete virentibus, apice viridi-fuscis, obtusiusculis, subcarinatis: *semina* nigra, striata: *receptaculi* glabri alveola ad margines ciliato-lacera — *Foliis* plus minusque latis variat, uti *anthodia* et *pedunculi* setis nonnullis nigris rigidis sparsis eglandulosis aliquando conspersa sunt.

## 46. AMBROSIACEAE. *Linn.*

### 221. AMBROSIA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1427.*

1. A. MARITIMA. *Lin. sp. pl. 1401 — Ten. fl. nap. 2. p. 346.*

Ic. *Sehk. t. 292*, ex *Reich.* — Ambrosia. *Dod. pempt. 35* — A. vulgaris. *Barr. ic. 1144.*

Digitized by Google

In arenosis maritimis.
Junio, Julio. ♃
*Planta* canescens ac pubescens, grate aromatica, erecta : *folia* varie pinnatifido-incisa : *flores* parvi, luteo-virentes, capitulis masculis in ramis terminalibus ; foemineis masculis subjecti.

### 222. XANTHIUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1426.*

1. X. SPINOSUM. *Lin. sp. pl. 1400 — Ten. fl. nap. 2. p. 345.*
Ic. *Lam. ill. gen. t. 765. f. 4* — X. lusitanicum, spinosum. *Herm. parad. t. 246* — X. lusitanicum, laciniatum, validissimis aculeis munitum. *Magn. hort. monsp. p. 208. t. 21.*
Ad vias, et in ruderatis passim.
Augusto, Septembri. ⊙
Erectum, glabrum : *folia* varie sinuato-pinnatifida, albo-maculata : *stipulae* tripartito-spinosae: *fructus* villosi, aculeati; aculeis apice uncinatis.

2. X. STRUMARIUM. *Lin. sp. pl. 1400 — Ten. fl. nap. 2. p. 345.*
Ic. *Fl. dan. 970* — Xanthium. *Fuchs. hist. 570.*
In cultis humidiusculis ; *Chianole del Testaccio, campi coltivati del piano del Crovone presso l'acquedotto,* et inter culta Gossypii siamensis; *al principio della valle del Crovone verso l'Arso.*
Julio, Septembri. ⊙
Inerme , pubescens , erectum : *folia* cordata , 3-5-loba : *fructus* ovales , hirsutiusculi, aculeati; *aculeis* rectis, apice vero uncinatis; *rostris* non hamatis, ut in *X. orientale.*

## 47. CAMPANULACEAE. *Dec.*, et *Duby.*

### 223. CAMPANULA.

*Alph. Dec. mon. Camp. p. 213 — Endl. gen. n. 385.*

1. C. DICHOTOMA. *Lin. sp. pl. 237 — Ten. fl. nap. 1. p. 74 — Bertol. fl. ital. 2. p. 508.*
Ic. *Sibth. fl. gr. t. 211* — C. hirsuta, Ocymifolio caulem ambiente, flore pendulo. *Bocc. sic. p. 83. t. 45. f. 1.*
Ad muros, ad maceries, ad sepes, nec non in collibus lapidosis.
Aprili, Majo. ⊙
Villoso-hirsuta : *folia* elliptico-oblonga, integra : *flores* amoene coerulei, penduli, solitarii, majusculi , sat raro albi.



Digitized by Google

2. C. Erinus. *Lin. sp. pl. 240 — Ten. fl. nap. 1. p. 73 — Bertol. fl. ital. 2. p. 510.*

Ic. Erini, sive Rapunculi minimum genus. *Columm. phyt. 2. p. 29. t. 27.*

Ad muros, ad rupes, et in ruderatis ubique.

Aprili, Majo. ⊙

*Planta* breviter hispidiuscula: *calycis* laciniae lanceolatae, *corollae* parvae amoene sed pallide coeruleae tubuloso-campanulatae aequilongae, demum stellate-patentes : *capsulae* cernuae.

Nec *C. Trachelium*, nec *C. Rapunculus* in insula proveniunt.

## 224. SPECULARIA.

*Heist. syst. p. 8 — Alph. Dec. Camp. p. 44 — Endl. gen. n. 3086.*

1. S. falcata. *Alph. Dec. l. c. p. 345* — Prismatocarpos falcatus. *Ten. fl. nap. 1. p. 77* — Campanula falcata. *Bertol. fl. ital. 2. p. 523.*

Ic. *Ten. l. c. t. 20* — Campanula arvensis, flore minimo, capsula grandi. *Buxb. cent. 4. p. 24. t. 38.*

In cultis elatis, et ad agrorum margines in demissis; *Campagnano, Chiajano, Pieo, Chiunole del Testaccio, Rotaro presso l'aequedotto, seminati nel fondo del cratere del Vataliere, in quelli di monte Vetta, della Pietra dell'acqua, delle Falanghe, e del Fasano.*

Majo, Junio. ⊙

Glabriuscula : *calycis* laciniae lineari-acuminatae, demum falcatae, corollae coeruleae saepe longiores, capsulam subaequantes.

2. S. Speculum. *Alph. Dec. l. c. p. 346* — C. Speculum. *Lin. sp. pl. 238.*

*b. hirta ;* foliis undique villoso-canescentibus — Prismatocarpos hirtus. *Ten. fl. nap. 1. p. 76* — Campanula Speculum, *b. Bertol. fl. ital. 2. p. 520.*

Ic. *Ten. l. c. t. 19.*

In cultis arenosis, sed potissimum inter segetes.

Majo, Junio. ⊙

A speciei typo recedit *pubescentia* canescente omnium partium ; *foliis* caulinis basi latioribus — *Corollae* amoene coeruleae, in fundo albidae, calycinas lacinias lineares aequantes, aut parum excedentes.

3. S. hybrida. *Alph. Dec. l. c. p. 348* — Prismatocarpos hybridus. *Ten. fl. nap. 1. p. 77* — Campanula hybrida. *Lin. sp. pl. 239 — Bertol. fl. ital. 2. p. 522.*

Ic. Campanula arvensis, minima, erecta. *Moris. hist. 2. s. 5. t. 2. f. 22.*

Inter segetes, in herbosis, ad agrorum margines passim.

Digitized by Google

Majo, Junio. ⊙

Hirsutiuscula : *calycis* laciniae foliaceae, lanceolatae, *capsulae* apice coarctatae 2-3-plo breviores, sed corollam parvam pallide coeruleam duplo fere superantes.

## 48. ERICEAE. *Lindl.*

### 225. ARBUTUS.

*Gaertn. de fruct. 1. p. 284 — Dec. pr. 7. p. 581.*

1. A. Unedo. *Lin. sp. pl. 566 — Ten. fl. nap. 4. p. 184 — Bertol. fl. ital. 4. p. 432.*

Ic. *Duham. arb. ed. 2. v. 1. t. 21* — Arbutus. *Dod. pempt. 804.*

In fruticetis elatis, aut demissis, ac ad rupes.

Octobri, Novembri. ♄

Vulgo *Suorvo peluso*, et fructus comeduntur.

*Arbuscula* sempervirens, vel frutex: *folia* laete virentia, coriacea: *racemi* compositi, nutantes: *flores* albi: *fructus* globosi, tuberculati, maturi intense coccinei.

### 226. ERICA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 659.*

1. E. arborea. *Lin. sp. pl. 502 — Ten. fl. nap. 4. p. 173 — Bertol. fl. ital. 4. p. 321.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 351* — E. Coris folio I. *Clus. hist. 1. p. 41.*

In fruticetis, et aliquando ad rupes ubique; nec non *ai scogli di S. Anna presso Ischia.*

Februario, Majo. ♄

Vulgo *Ulice.*

*Frutex* sempervirens; ramis ramulisque breviter hirto-canescentibus: *flores* parvi, albi, odori, nutantes: *antherae* inclusae, purpurascentes, basi cristatae: *stigma* peltatum, exertum.

Digitized by Google

# III. *COROLLIFLORE.*

## 49. PRIMULACEAE. *Vent.*

### 227. CYCLAMEN.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 262.*

1. C. REPANDUM. *Sibth. fl. gr. 2. p. 72 — Ten. fl. nap. syll. app. 5. p. 7,* ex quo C. hederaefolium. *Ten. fl. nap. 3. p. 196* — C. vernum, et C. repandum. *Bertol. fl. ital. 2. p. 405, et 406.*
   Ic. *Sibth. fl. gr. t. 186* — Cyclaminus verno tempore florens. *Clus. hist. 1. p. 265.*
   Ad sepes, et in fruticetis apricis, nec non in sylvaticis.
   Martio, Aprili. ♃
   *Tubera* parva, orbiculata, depressa : *folia* synanthia, unicoloria aut maculata, cordato-ovata, vel orbiculata, margine repanda aut inaequaliter crenata, ac obiter angulata : *flores* intense persicini; ore tubi corollini campanulato-globosi, circulari, nudo—Denuo monendum puto *C. vernum* et *C. repandum Bertol. l. c.* non differre, siquidem folia variant; sed radicis forma, florum color, et florendi tempus constantes sunt. Confer *Giord. oss. sopra due specie di Ciclam. in Rivista nap. Gen. e Feb. 1842,* et *Ten. syll. l. c.*
   C. *neapolitanum* in Insula non provenit; et plantae quae nunc inveniuntur a me illuc allatae fuerunt.

### 228. LYSIMACHIA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 269.*

1. L. LINUM STELLATUM. *Lin. sp. pl. 211 — Bertol. fl. ital. 2. p. 417* — Asterolinum stellatum. *Hoffm. et Link. fl. port. 1. p. 332.*
   Ic. *Sibth. fl. gr. t. 189* — Linum minimum, stellatum. *Magn. bot. monsp. p. 163. fig. p. 162.*
   In apricis collibus ad saxorum umbram ; *Ischia all' Arso , Chiajano nel boschetto del Belvedere, coste orientali del Montagnone a Sarzano, Casamicciola ; Lacco al Monte vico,* ubi rara.
   Martio, Aprili. ⊙
   *Planta* gracilis, pusilla, 1-2-pollicaris: *flores* pedunculati, axillares, nutantes : *corolla* ex albo-pallide virens, rotata, calycinis laciniis acuminatis duplo fere minor.

### 229. ANAGALLIS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 270.*

1. A. ARVENSIS. *Lin. sp. pl. 211 — Ten. fl. nap. 1. p. 86 — Bertol. fl. ital. 2. p. 422.*
   Ic. *Fl. dan. t. 88* — A phoeniceo flore. *Zannich. hist. t. 238.*
   In herbosis, et in cultis apricis passim.
   Aprili, Majo. ⊙
   *Flores* coccinei.
2. A. COERULEA. *Schreb. spic. fl. Lips. p. 5 — Ten. fl. nap. 1. p. 87 — Bertol. l. c. p. 424.*
   Ic. A. arvensis. *Fl. dan. 1570 — Sabb. hort. rom. 2. t. 46.*
   Cum praecedente eodemque tempore floret.
   *Corollae* amoene coeruleae; lobis crenulatis, eglandulosis in hac; in praecedente vero glanduloso-ciliatis, uti notat *Koch syn. ed. 2. p. 668.*

### 230. SAMOLUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 294.*

1. S. VALERANDI. *Lin. sp. pl. 243 — Ten. fl. nap. 1. p. 80 — Bertol. fl. ital. 2. p. 551.*
   Ic. *Lam. ill. gen. t. 101* — Anagallis aquatica, tertia. *Lobel. ic. 467.*
   In humentibus ; *Bagno presso al Lago, Casamicciola, Lacco, acquedotto di Buceto, Moropane alla sorgente di Nitroli , Pantano sulla strada presso alle scaturigini.*
   Aprili, Julio. ⊙, et ♃
   *Planta* glaberrima : *racemi* terminales : *flores* parvi, albi.

## 50. OLEACEAE. *Lindl.*

### 231. FRAXINUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1597.*

1. F. ORNUS. *Lin. sp. pl. 1510 — Ten. fl. nap. 5. p. 298 — Bertol. fl. ital. 1. p. 52.*
   Ic. *Sibth. fl. gr. t. 4* — F. minor, foliis oblongis , fructu tenui retuso. *Mich. gen. p. 225. t. 107. f. 1.*
   *b. rotundifolia* ; foliolis subrotundo-ellipticis. *Ten. l. c.* — F. rotundifolia. *Spr. s. veg. 1. p. 96 — Bertol. fl. ital. 1. p. 54.*

Ic. F. folio rotundo, latiore, ec. *Michel. l. c. f. 2—Bauh. hist. 1. p. 177.*

In fruticetis umbrosis ; var. *b. cavone delle Nocelle.*

Aprili, Majo. ♄

Vulgo *Orniello* utraeque varietates.

*Petala* quatuor, anguste linearia, alba, calyce multo longiora, stamina parum superantia : *samarae* lanceolato-lineares, acutae vel obtusae, pendulae — Var. *b.* ab *a.* non differt, uti notat ipse Cl. *Bertol. in add. l. c. p. 841.*

### 232. OLEA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 25.*

1. O. EUROPAEA. *Lin. sp. pl. 11 — Ten. fl. nap. 3. p. 8 — Bertol. fl. ital. 1. p. 45.*
   *a. oleaster* ; ramis spinescentibus — O. europaea, *b. Lin. l. c.* — O. europaea, *sylvestris. Ten. l. c.*
   Ic. *Duham. arb. ed. 2. v. 1. t. 26* — Sylvestris Olea. *Matth. comm. 1. p. 181.*
   *b. sativa* ; ramis non spinescentibus — O. europaea, *a. Lin. l. c.*
   Ic. *Duham. arb. ed. 2. v. 1. t. 25* — Olea sativa. *Matth. l. c. p. 182.*
   Ad rupes, et in fruticetis: var. *a.* spontanea satis rara : var. *b.* passim colitur, et in vulcanicis saxis optime vegetat.
   Aprili, Majo. ♄
   Var. *a.* vulgo appellatur *Ogliastro*, et var. *b. Oliva.*
   *Flores* albo-luteoli, odori, in racemis axillaribus simplicibus aut ramosis : *drupae* ovales aut subglobosae, maturae violaceae.

### 233. PHILLYREA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 24.*

1. P. ANGUSTIFOLIA. *Lin. sp. pl. 10 — Ten. fl. nap. 3. p. 7 — Bertol. fl. ital. 1. p. 41.*
   Ic. *Lam. ill. gen. t. 8. f. 3* — Phillyrea. IV. *Clus. hist. 1. p. 52.*
   In fruticetis , tamen rara.
   Aprili, Majo. ♄
   Vulgo *Latierno* , una cum sequente ; et in utrisque *folia* coriacea , glaberrima, perennantia : *racemi* axillares , folio breviores : *flores* albidi, odori : *drupae* globosae , demum nigrae.
2. P. MEDIA. *Lin. sp. pl. 10 — Ten. fl. nap. 3. p. 6 — Bertol. fl. ital. 1. p. 40.*

Ic. *Duham. arb. ed. nov. v. 2. t. 27* — *Matth. comm. 1. p. 155.*
*b. ligustrifolia* ; foliis oblongo-lanceolatis integris — *Ait. H. Hew. ed. 2. v. 1. p. 19* — P. virgata. *Willd. en. H. Ber. p. 12.*
Ic. Phillyrea 111. *Clus. hist. 1. p. 52.*
In fruticetis ubique utraeque varietates ; sed *a.* magis obvia.
Aprili, Majo. ♄

## 51. APOCYNEAE. *Lindl.*

### 234. VINCA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 419.*

1\. V. MAJOR. *Lin. sp. pl. 304* — *Ten. fl. nap. l. p. 113* — *Bertol. fl. ital. 2. p. 749.*
Ic. *Duham. arb. ed. 2. v. 1. t. 14* — Clematis daphnoides, major. *Dod. pempt. 406.*
In sylvaticis, et ad sepes umbrosas ; *Bagno, Campagnano, Pieo, al Crovone, cavone delle Nocelle, dello Schiapparo, e del Vataliero, pennino di Piano Liguori al Nord, Barano, Serrano, Fontana, Casamicciola.*
Martio, Majo. ♃
Glaberrima, sempervirens, late excurrens ; sed *rami* floriferi erecti : *folia* ovata, et una cum laciniis calycinis margine ciliata: *flores* magni, amoene coerulei.
*V. minor* in Insula non provenit, quamvis prope Neapolim frequens.

## 52. ASCLEPIADEAE. *Brown.*

### 235. GOMPHOCARPOS.

*Brown. Wern. soc. 1. p. 38*, et *in Dec. pr. 8. p. 556.*

1\. G. FRUTICOSUS. *Brown. l. c.*, et *in Dec. pr. 8. p. 557* — *Ten. fl. nap. 3. p. 242* — *Bertol. fl. ital. 3. p. 14* — Asclepias fruticosa. *Lin. sp. pl. 315.*
Ic. Asclepias fruticosa. *Jacq. misc. 1. p. 25. t. 2* — Apocynum erectum, africanum, salicis folio, folliculis pilosis. *Pluk. alm. t. 138. f. 2.*
In aridis maritimis ; *Lacco alla marina di S. Restituta*, etiam ex *Ten. syll. p. 63*, at nunc fere destructa.
Aprili, Junio. ♄
*Frutex* erectus, sempervirens, lactescens : *folia* glaberrima, anguste lan-

ceolata : *flores* albi, in pedunculis extraxillaribus umbellati : *folliculi* ventricoso-inflati, echinati.

## 53. GENTIANEAE. *Lindl.*

### 236. ERYTHRAEA.

*Pers. syn. 1. p. 283 — Dec. pr. 9. p. 57.*

1. E. MARITIMA. *Pers. syn. 1. p. 283 — Ten. fl. nap. 3. p. 240—Bertol. fl. ital. 2. p. 646* — Gentiana maritima. *Lin. mant. p. 55.*
   Ic. *Sibth. fl. gr. t. 237* — Centaurium luteum, novum. *Column. ecphrs. 2. p. 78. t. 77.*
   In apricis collibus herbosis, nec non *ai scogli di S. Anna presso Ischia.*
   Aprili, Majo. ⊙
   Viridi-glaucescens, erecta ac glaberrima uti sequentes, pusilla, 2-5-pollicaris : *flores* sessiles vel pedunculati, lutei, parvi.
2. E. CENTAURIUM. *Pers. syn. 1. p. 183 — Ten. fl. nap. 3. p. 238*, var. *a*. — *Bertol. fl. ital. 2. p. 642*, excl. nonn. var. — Gentiana Centaurium. *Lin. sp. pl. 332.*
   Ic. *Fl. dan. 617* — Erythraea. *Reneal. spec. t. 78*, optima.
   *b. albiflora. Ten. l. c.*
   In aridis vel herbosis apricis passim tam in demissis, quam in elatis: var. *b. Punta di S. Angelo, ed al Vataliero.*
   Majo, Junio. ⊙
   Vulgo *Cimmino.*
   Virescens: *flores* subsessiles, rosei, conferte corymbosi; calycinis laciniis subulatis, adpressis, tubo corollino dimidio brevioribus.
   Folia, aut tota planta contusa, et cum urina commixta ad uvas conspurcandas ad agrorum margines sitas, ne a viatoribus comedantur, incolae utuntur, et passim quoque uso medico inservit.
3. E. PULCHELLA. *Fries nov. ed. 2. p. 74* — E. ramosissima. *Pers. syn. 1. p. 283*, excl. var. *b.*—*Ten. fl. nap. 3. p. 239* — E. Centaurium, *c. Bertol. fl. ital. 2. p. 643*, an cum syn. omnibus?
   Ic. *Fl. dan. 1637* — Centaurium minus, palustre, ramosissimum, flore purpureo. *Vaill. bot. paris. t. 6. f. 1.*
   In humentibus; *Casamicciola presso la stufa del Cacciuto alle fumarole di Monteceito, di Pietra Vona, presso quelle del Fasano, e del Fico sotto le Falanghe, de' Frassitelli, e del Bell'omo sopra Forio, del vallone delle petrelle e delle coste del Funnolillo presso S. Angelo.*
   Aprili, Majo. ⊙
   Virescens, 3-6-pollicaris : *caules* superne dichotomi, tamen rami non diva-

ricati : *flores* laxiuscule corymbosi, rosei, fere omnes sessiles, nam raro alares pedunculati : *calycis* laciniae tubo corollae adpressae, illo fere duplo breviores : *corollae* lobi oblongo-elliptici , obtusi ac rotundati , sub anthesi horizontaliter patentes : *antherae* luteae , excrtae : *stylus* apice bifidus, cruribus crassiusculis: *stigmata* globoso-ovalia, styli cruris paullo breviora — Cum praecedente male confusa ; tamen a descriptione *E. pulchellae Koch syn. ed. 2. p. 567* recedit , floribus alaribus fere semper sessilibus , corollae laciniis obtusis non acutis ; caule in ramos patentes non diviso.

### 337. CHLORA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 653.*

1. C. INTERMEDIA. *Ten. fl. nap. 4. p. 173* — C. perfoliata, *b. acuminata. Griseb. in Dec. pr. 9. p. 69.*

C. glaucescens, foliis caulinis ovatis perfoliatis , calyce ad basim usque 8-partito, laciniis angustissime linearibus carinatis basi invicem remotis, corollae lobis oblongis obtusis, stylo bifido.

Ic. Centaurium luteum, perfoliatum, Aphaco foliis, ramisque et floribus minoribus. *Cup. panph. 1. t. 124.*

Ad rupes, et ad muros in umbrosis, praesertim humentibus.

Augusto, Septembri. ⊙

*Corollae* lobi denticulati, aliquando acutiusculi , aut vix emarginati , patentes: *stylus* luteus; *stigmatibus* bipartitis, globoso-didymis, granulatis, luteis : *capsulae* ovatae, vel subglobosae.

2. C. SEROTINA. *Koch syn. ed. 1. p. 485* , et *2. p. 558 — Ten. fl. nap. 4. p. 172* — C. perfoliata, c. *sessilifolia. Griseb. in Dec. pr. 9. p. 69.*

C. glaucescens, foliis caulinis ovatis perfoliatis lobisque corollae ovalibus acutis, calyce 8-partito, laciniis lineari-lanceolatis basi latioribus invicemque approximatis connexisve corolla subduplo brevioribus, stylo bifido.

Ic. *Reich. cent. 5. f. 351*, sed stigmata emarginato-bifida— Centaurium minus , perfoliatum. *Barr. ic. 515. f. 516.*

*b. inarimensis* ; foliis et corollae grandioris lobis obtusis.

In humentibus ; *Bagno presso al lago, Campagnano al Monte, Rotaro* ; var. *b. ai Maronti, ed alla punta di S. Angelo.*

Majo, Junio. ⊙

*Stylus* et *stigma*, ut in praecedente, a qua calycis laciniarum charactere penitus diversa : varietas *b.* ad *C. siculam Tin.* accedit, sed ab ea differre videtur notatis characteribus.

## 54. CONVOLVULACEAE. *Vent.*

### 238. BATATAS.

*Rumph. amb. 5. p. 367 — Chois.* in *Dec. pr. 9. p. 337.*

*Sepal. 5. Cor.* campanulata. *Stam.* inclusa. *Styl. 1.*; stigmate capitato, bilobo. *Caps.* 4-locularis, aut abortu 2-3- locularis (*Chois.*).

1. B. SINUATA. — B. littoralis. *Chois. l. c.*, quoad plantam neapolitanam, et Africae borealis. — Convolvulus sinuatus. *Petagn. instit. bot. 2. p. 353* (an. 1787) — C. stoloniferus. *Cyr. pl. rar. neap. fasc. 1. p. 14.* (an. 1788) — C. Imperati. *Vahl sym. bot. 1. p. 17* (an. 1790)—*Ten. fl. nap. 3. p. 308—Bertol. fl. ital. 2. p. 453.*

B. caule repente stolonifero, foliis nitidis petiolatis basi cordatis oblongis panduriformibus sinuatis vel palmato-partitis emarginatis, pedunculis folio subbrevioribus, sepalis elliptico-oblongis concavis obtusis mucronulatis corolla candida sesquipollicari 2-3-plo brevioribus, seminibus lanato-tomentosis.

Ic. *Cyr. l. c. t. 5 — Ten. l. c. t. 121* — Convolvolo marino. *Imp. hist. nat. p. 754. ic. 767*—Soldanella marina, longo et sinuoso folio. *Barr. ic. 856.*

In arenosis maritimis; *nell'arene dell'Arso presso al mare* (rara); copiose vero *Lacco alla marina di S. Montano.*

Augusto, Septembri. ♃

*Planta* glaberrima, lactescens, habitu *Calystegiae Soldanellae: pedunculi* solitarii, in medio articulati, ibique bracteolis duabus minimis lanceolatis acutis adpressis instructi, supra medium incrassati, et albido-virentes: *sepala* persistenia, adpressa, integra, obtusa cum brevi mucronulo, ad margines versus apicem saepe rubentia, et versus basim tenue scariosa, 5-6-lin. longa: *corollae* tubuloso-campanulatae, sesquipollicares, summo mane et vespere explicatae, candidae, a basi ad medium luteolae, fasciis conicis interne ac externe virentibus a medio ad apicem notatae, ac ad istarum apicem mucronulo instructae: *filamenta* basi utrinque villosa, duo reliquis longiora, pistillum aequantia: *stylus* glaber; *stigmate* globoso, bilobo: *capsula* glabra, albido-cartilaginea, globosa, matura 2-3-sperma, profunde sulcata, ideoque 2-5-cocca videtur, majuscula uti semina, quae fusco-rufescentia, hinc convexa, inde plana, vel omnino globosa.

*Flores* aliquando Junio incipiunt, et calida tempestate perdurante usque ad Octobris medium explicantur.—Cl. *Petagna* l. c. notat hanc speciem primum a Cl. *Cavolini* post *Imperati* fuisse delineatam, et amicis suis ostensam, dum Cl. *Cyr. l. c.* observat sequentia « *sed pace tanti viri*

« *sexaginta annis ante* Cl. *Cavolini, Imperati in catalogo plantarum*
« *regni Neapolitani a Patruo meo et Francisco Perrusio conflato , et*
« *qui a me asservatur , peculiariter adnotatur , atque ab Angelo Fa-*
« *sano nobisque omnibus dignoscebatur ante Cavolinum ; suum ideoque*
« *cuique tribuendum.* » Tamen cum Cl. *Petagna* ante alios typis evulgaverit, sic prioritatis jure istius nomen servandum, si species ista est revera distincta a *C. litorali Lin.*, uti mihi videtur ex characteribus tum a *Lin.* quam ab aliis auctoribus *C. litorali* tributis ; quod si fallor tum *B. litoralis* erit appellanda cum *Chois.*

## 230. CONVOLVULUS.

*Chois. in Dec. pr. 9. p. 399.*

1. C. ARVENSIS. *Lin. sp. pl. 218 — Ten. fl. nap. 1. p. 61 — Bertol. fl. ital. 2. p. 434.*
   Ic. *Bull. herb. t. 269* — Smilax levis, minor. *Dod. pempt. 553.*
   b. *auriculatus*; foliis lineari-oblongis angustis, auriculato-sagittatis, auriculis longis acutis. *Lam. dict. enc. 3. p. 540 — Ten. l. c.* — C. arvensis, *b. Lin. l. c.*
   Ic. C. minimus, angusto auriculato folio. *Bocc. mus. t. 33. f. 1.*
   In cultis, et ad vias : var. *b.* praesertim in arenosis.
   Junio, Septembri. ♃
   Vulgo *Camponielli.*
   *Radices* longe repentes , alte descendentes : *caules* graciles , volubiles, puberuli: *folia* glabra, sagittato-hastata: *flores* parvi, pallide rosei.
2. C. ITALICUS. *Roem. et Schult. s. veg. 4. p. 266* — C. hirsutus. *Ten. fl. nap 1. p. 60*—C. altheoides. *Bertol. fl. ital. 2. p. 433,* ex parte.
   Ic. *Ten. l. c. t. 15* — C. altheaefolio. *Clus. hist. 2. p. 49.*
   In apricis herbosis collibus , aut in marnaceis magis frequens : *Ischia al Castello, Campagnano , coste del Pignatiello, del Lapillo, di S. Pancrazio e della Scarupata, Testaccio, da Barano a Moropane, coste da S. Angelo a Forio, Lacco nella colliuetta presso al mare ,ed al monte Vico.*
   Aprili, Julio. ♃
   Virescens. vel hirsuto-canescens : *caules* volubiles : *flores* magni, rosei.
   In omnibus insulae plagis nunquam faciem mutat, nec in *C. altheoidem* transit, cum quo ideo immerito a plerisque confusus.
3. C. LINEATUS. *Lin. sp. pl. 224—Ten. fl. nap. 1. p. 63—Bertol. fl. ital. 2. p. 444.*
   Ic. C. marinus, repens , angusto et oblongo folio, flore purpurescente. *Barr. ic. 1132.*

Digitized by Google

In marnaceis calcareo-argillosis; *Guardiola di S. Gennaro verso la punta, e nella costa occidentale.*

Majo, Junio. ♃, et basi fero ♄.

*Radices* repentes: *caules* ad basim fere fruticulosi; annotini vero 1-6-pollicares: *folia* spathulata, obtusa, vel anguste lanceolata et acutiuscula, 2-4-lin. lata, lineata, sericeo-candida: *corollae* pallide carneae, vel ex albo-carneae: *capsulae* ovatae, villosae.

### 240. CALYSTEGIA.

*Brown. pr. p. 438 — Dec. pr. 9. p. 433.*

1. C. Soldanella. *Brown. l. c.* — Convolvulus Soldanella. *Lin. sp. pl. 226 — Ten. fl. nap. 3. p. 208 — Bertol. fl. ital. 2. p. 451.*
   Ic. Convolvulus, seu Brassica marina. *Lobel. ic. 602. f. 2.*
   In arenosis maritimis; *arene dell'Arso presso al mare, Bagno alla marinella del Lago, Forio a Citara, ed a Montevergine.*
   Majo, Junio: ♃
   *Planta* glaberrima, procumbens, lactescens: *flores* rosei.
2. C. sylvatica. *Brown. in Dec. pr. 9. p. 433* — Convolvulus sylvaticus. *Wald. et Kit. pl. rar. Hung. 3. p. 290 — Ten. fl. nap. 3. p. 209* — C. sylvestris. *Bertol. fl. ital. 2. p. 438.*
   Ic. *Wald.*, et *Kit. l. c. t. 261.*
   Ad sepes, et in sylvaticis, sed deest in locis meridiem spectantibus.
   Aprili, Junio. ♃, et basi fere ♄
   Vulgo *Verrucchio.*
   Glaber, inter sepes vel in fruticetis alte scandens: *folia* lata, laete virentia, cordato-ovata, acuta vel obtusa cum mucronulo; auriculis basi saepius rotundatis: *bracteae* inflato-ventricosae, altera alteram amplectens: *flores* magni, albi, odori—Folia cruda oleo illinita, ad furunculos jam maturos sanandos, et ad eorum ventriculum (vulgo *radica*) evellendum incolae frequenter utuntur.

### 241. CUSCUTA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 288.*

1. C. Epithymum. *Lin. syst. veg. ed. 13. p. 140—Ten. fl. nap. 3. p. 250 - Bertol. fl. ital. 3. p. 69.*
   Ic. *Lam. ill. gen. t. 88 — Reich. cent. 5. f. 692.*
   Parasitica Graminum, Rubiacearum, Compositarum, Leguminosarum, ec. in apricis collibus, sed non satis frequens.
   Majo, Junio. ⊙

*Calycis* laciniae albae, obtusiusculae, corollae tubum subaequantes: *corollae* candidao lobi horizontales, patentes, ovato-lanceolati, acuti, tubo aequilongi: *stigmata* duo, filiformia!: *squamae* hypogynae, oblongae, obtusao, apice denticulatae.

## 55. BORAGINEAE. *Juss.*

### 242. HELIOTROPIUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 239.*

1. H. TENUIFLORUM. *Guss.* — H. europaeum, *b. tenuiflorum. Guss. syn. 1. p. 216 — Dec. pr. 9. p. 535.*
   H. calycibus persistentibus una cum spicarum rachide patenter setoso-hirsutissimis, laciniis anguste linearibus rectis tubo corollino adpressis demum stellate-patentibus, corollae (parvae) limbi lobis ellipticis obtusis, stigmate pubescente conico subattenuato apice inaequaliter bifido stylum brevem semel superante antherarum apicem non excedente, seminibus glabriusculis perfectis verrucoso-scabris.
   Ic. *nostra t. VII. f. 1. a, b, c, d, e, f.*
   In cultis praesertim arenosis, elatis, aut demissis ubique.
   Septembri, Octobri. ☉
   *Pubescentia* albidior ac densior, quam in sequente: *spicae* ob fructus minores graciliores, saepe demum elongatae, 5-6-pollicares: *flores* parvi, grate *Jasminum* olentes; *corollarum limbo* mill. longo, sero autumno profunde usque ad basim secto, uti aliquando in *H. europaeo*: *antherae* sub medio tubi insertae, ideoque *stigmate* 1-1/2 mill. longo aequialtae: *stylus* glaber: *semina* saepius glabrata, et magis verrucosa ac excavata quam in sequente, sat raro nonnullis punctis aureis conspersa: *florescentia* usque ad serum autumnum perdurat.
2. H. EUROPAEUM. *Lin. sp. pl. 137 — Ten. fl. nap. 1. p. 112 — Bertol. fl. ital. 2. p. 251.*
   H. calycibus persistentibus una cum spicarum rachide villoso-hirsutis, laciniis lanceolatis rectis tubo corollino adpressis, demum stellate-patentibus, corollae limbi lobis ovatis obtusissimis (non acutis), stigmate conico basi tenuissime glanduloso-puberulo apice attenuato elongato stylum brevem in aequaliter bifidum 2-3-plo superante antherarum apicem excedente, seminibus (saepius) hirsutis glabratisve perfectis tenue verruculoso-scabris.
   Ic. *nostra t. VII. i, k — Jacq. austr. 9. t. 207 — Plenk offic. 7. p. 43. t. 74. ex Bertol.— Lam. ill. gen. t. 91. f. 1 — Sabb. H. Rom. 2. t. 33*—H. majus, vulgare. *Bocc. sic. p. 91. t. 49 — Clus. hist. 2. p. 46—Dod. pempt. 70 —Matth. comm. 2. p. 636—Tabern. ic. 248*

— *Moris. hist. 3. s. 11. t. 31. f. 7*—H. majus, et herba cancri. *Lobel. ic. 1. p. 260.*

In cultis pinguibus, vel in arenosis ubique.

Junio, Septembri. ⊙

*Pubescentia* tenuis ac magis virescens, quam in praecedente: *spicae* non ita graciles, ac elongatae: *flores* vix aliquando versus vesperam vel autumno tenue odori, semel majores, nempe limbi lobis 2. mill. longis: *antherae* supra basim tubi insertae, tamen stigmatis apice depressiores: *stylus* brevis, glaberrimus; *stigma* 2-mill. longum, a medio ad apicem glabrum: *semina* in hoc saepius hirsutiora, subcanescentia, obsolete verrucosa, ac excavata: *florescentia* raro ultra Septembrem protrahitur.

3. H. Bocconi. *Guss. ind. sem. H. R. in Bocc. an. 1825; p. 6. pr. 1. p. 211, et syn. 1. p. 217*—*Bertol. fl. ital. 2. p. 253* — H. aetnicum. *Jan. elench. p. 3.*

H. calycibus persistentibus una cum rachide patenter villoso-hirsutissimis, laciniis linearibus tubo corollino adpressis apice vero squarrosis demum stellate-patentibus, corollae (majusculae) lobis orbiculatis obtusissimis, stylo conico brevi apice pubescente ac inaequaliter vix emarginato stylum brevem parum superante antherarum apice aequialto, seminibus glabriusculis perfectis verrucoso-scabris.

Ic. *nostra t. VII. lit. 1.* H. siculum, majus, flore amplo odorato. *Bocc. sic. p. 90, et 91. t. 49. f. A. B. C.* — *Bonn. t. 27.*

In herbosis humentibus calidis (g. 30. ad 40 *cent.*); *alle fumarole nella contrada del Bell'omo sopra Forio* tantum provenit.

Septembri, Octobri. ⊙

*Habitus* ac *pubescentia* omnino praecedentis; sed *calyces* hirsutiores: *flores* gratissime *Jasminum* olentes, duplo majores, limbi lobis 3. mill. longis; corollae tubo saepe calycem longe excedente: *stylus* brevis; *stigmate* conico, apice vix attenuato: *semina* ut in *H. tenuifloro*—Pro differentiis cum *H. suaveolenti Marsch.*, et *H. villoso Desf.* confer cl. *Bertol.* et *syn. l. c.*

4. H. macrocarpum. *Guss.*

H. calycibus persistentibus una cum spicarum rachide adpresse setoso-hispidis canescentibusque fructiferis globoso-ovatis, laciniis ex ovata basi lanceolatis rectis semina undique tegentibus, demum vix patulis, corollae limbi lobis orbiculatis obtusis, stigmate pubescente conico apice inaequaliter bifido stylum brevissimum superante antherarum apice aequialto, seminibus glabriusculis perfectis verrucoso-scabris.

Ic. *nostra t. VII. f. 2. g, h.*

In argillosis elatis, vel in arenosis aridis cultis; *Chiajano nelle vigne presso l'acquedotto dietro alla taverna al trivio, piano di Muori fra gli saliceti cedui, Forio negli orti di Citara.*

Septembri, Octobri. ⊙

*Habitus* quam in praecedentibus robustior, quamvis caules pedalem altitudinem vix superent, dum in illis aliquando 2-pedales et ultra: *folia* crassiora, rigidiora, magis glaucescentia ac lineata, nonnumquam fero orbiculata: *spicae* ob calyces majusculos, ac approximatos densiores, crassioresque, 1-3-pollicares: *calycis* laciniae lineam et ultra latae, seminibus jam deciduis vix semipatentes: *flores* odori, magnitudine *H. europaei; corollae* tubo calycem aequante: *antherae* basi tubi insertae: *stylus* ita brevis, ut fere obliteratus: *stigmate* 1-1/2 mill. longo: *semina H. tenuifloro* similia; tamen *gynobasis* major, ideoque calyces videntur majores.

Species superius enumeratae conveniunt inter se *duratione* annua: *scabritie* ac *pubescentia* plus minusque cinerea, plus minus adpressa omnium partium: *caule* erecto, ramoso; ramis infimis saepe patulis: *foliis* petiolatis, integerrimis, ovalibus oblongisque, lineatis: *spicis* lateralibus solitariis, terminalibus conjugatis, ebracteatis, apice scorpioideis, fructiferis plus minus elongatis: *calycibus* sessilibus, 5-partitis: *floribus* albis: *corollae* fauce imberbi, plicata, ex viridi-flavescente; tubo virenti, villoso, cylindraceo, calycem parum excedente, denticulo inter limbi 5-fidi lobis explanatis saepe interjecto: *antheris* subsessilibus, semper inclusis, ovato-pyramidatis, subcompressis, glabris: *stylo* quam stigmate breviore ac angustiore, cylindrico: *stigmate* semper conico; *seminibus* facie interiore non bifoveolatis, ovato-pyriformibus, verrucoso-scabris; *verrucis* plus minus elevatis, acutis aut obtusiusculis.

## 243. CERINTHE.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 246.*

1. C. ASPERA. *Roth cat. bot. 3. p. 33 — Ten. fl. nap. 1. p. 137 — Bertol. fl. ital. 2. p. 319.*

*b. pallida*; floribus pallide ex albo-sulphureis.

Ic. C. quorumdam, major, flavo flore. *Clus. hist. 2. p. 167?*, an ad speciei typum.

In vineis, et ad herbosa murorum fastigia sola var. *b.*; *Casamicciola*, *Lacco al monte Vico verso S. Montano e sotto la strada di Marecocco, Forio al Cerriglio, nelle vigne di Cavalluro.*

Aprili, Majo. ⊙

*Folia* et sepala a basi ad apicem serrulato-ciliata, maculata vel concoloria: *sepala* inaequalia, obtusa, corolla duplo breviora: *corollae* pallide luteae, fero concolores, in medio non sulcato-faveolatae, dentibus triangularibus, acutis, reflexis: *antherae* inclusae!, filamento dilatato aequales, brevioresque: *stigma* capitatum, et saepe obsolete bilobum.

2. C. GYMNANDRA. *Gasparr. in Rend. della R.Accad. delle Scienze di Nap. v. 1. p. 72*, bis.

C. caulo erecto simplici vel ramoso, ramis inferioribus ascendentibus, foliis scabroso-punctatis a medio ad apicem serrulato-ciliatis, inferioribus spathulatis, superioribus oblongo-lingulatis, corolla cylindracea basi hinc gibbosa supra medium staminifera, limbo 5-dentato, dentibus brevissimis reflexis, antheris apice exsertis ! filamento longioribus.

Ic. *nulla.*

In apricis herbosis; *Ischia all' Arso*, sed rara, et semel inveni.

Aprili, Majo. ⊙

Male Cl. *Bertol.* in *fl. ital. l. c.* a praecedente non separat; nam antherarum exertarum characterem variare non vidi.

### 244. ECHIUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 251.*

1. E. PLANTAGINEUM. *Lin. mant. p. 202—Ten. fl. nap. 3. p. 191 — Bertol. fl. ital. 2. p. 344.*

Ic. E. lato Plantaginis folio, italicum. *Barr. ic. 1026*, optima.

In pascuis, ad vias, et in cultis ubique.

Martio, Majo. ⊙, et ♂

Vulgo *Sucamele.*

Species ista, quae protracta florescentia habitum saepe alienum assumit, facillime ab aliis dignoscitur foliorum radicalium forma, quae exacte cordato-ovata vel oblonga, lineata, ac rosulata, terrae stricte adpressa: *flores* magni, coerulei: tota planta hirsuta.

2. E. CALYCINUM. *Viv. fl. ital. frag. fasc. 1. p. 2 — Bertol. fl. ital. 2. p. 353* — E. prostratum. *Ten. fl. nap. 1. p. 50.*

Ic. *Viv. l. c. t. 4 — Ten. l. c. t. 12.*

In herbosis lapidosis maritimis, et ad vias prope maceries in herbosis; tamen satis rarum; *marina de' Maronti presso la scala del Testaccio, Forio a S. Francesco, e presso i muri a secco lungo la strada che conduce alla Chiesa del Cuotto.*

Aprili, Majo. ⊙

*Flores* pallide coerulei, parvi, calycibus post florescentiam ampliatis, sed sub antesi corolla brevioribus.

245. BORAGO.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 248.*

1. B. OFFICINALIS. *Lin. sp. pl. 197 — Ten. fl. nap. 3. p. 189 — Bertol. fl. ital. 2. p. 329.*
Ic. *Lam. ill. gen. t. 94. f. 1* — Borago. *Dod. pempt. 627.*
In herbosis apricis, et ad agrorum margines passim, praesertim in plaga insulae meridionali.
Januario, Aprili. ⊙
Vulgo *Vorraccia*, et inter olera adhibetur.

246. ANCHUSA.

*Dec. pr. 10. p. 41.*

1. A HYBRIDA. *Ten. fl. nap. 1. p. 45 — Dec. l. c. p. 45.*
A. villoso-hispida, foliis oblongo-lanceolatis sinuato-dentatis subundulatis, racemis densis demum elongatis, calycibus 5-dentatis adpresse setosis, fructiferis deflexis subinflatis, (corollis intense coeruleis) fornicibus papilloso-villosis, stylo sub anthesi calycem vix excedente.
Ic. *Ten. l. c. t. 11* — Buglossum sylvestre. *Barr. ic. 326.*
In campis arenosis, et ad agrorum margines passim in cultis ab elatis ad litus.
Octobri, Junio. ⊙
In *pl. rar. p. 81*, et in *syn. 1. p. 221* rursus notavi quibus certis characteribus haec ab *A. undulata* discrepat, ita ut nonnisi ab illis qui solummodo plantas male exsiccatas observant confundi possunt. Interim Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 2. p. 287* adhuc simul associat.
2. A. ITALICA. *Retz. obs. fasc. 4. p. 12 — Ten. fl. nap. 1. p. 43 — Bertol. fl. ital. 2. p. 289.*
*b. humilis;* foliis anguste lanceolatis, superioribus utrinque attenuatis, caule pedali et infra parce ramoso. *Ten. syll. p. 82.*
*Ic. Lam. ill. gen. t. 92*, ex *Ten.*
In argillosis campis elatis; *Buceto ne'siti argillosi alla sommità della vallata sotto l'acquedotto*, sola var. *b.*
Majo, Junio. ♃
Strigoso-hispida, erecta: *racemi* paniculati: *calyces* 5-partiti, immutati: *corolla* hypocrateriformis, azurea; squamis in fauce albidis, penicilliformibus.

### 247. LYCOPSIS.

*Dec. pr. 10. p. 54.*

2. L. variegata. *Lin. sp. pl. 198—Bertol. fl. ital. 2. p. 338*—L. bullata. *Cyr. pl. rar. neap. fasc. 1. p. 34 — Ten. fl. nap. 3. p. 179.*
Ic. *Cyr. l. c. t. 11. f. 3 — Ten. l. c. t. 115* — Buglossum scorpioides, hirsutum, flore coeruleo, italicum. *Barr. ic. 403,* mediocris.
In campis herbosis apricis, ad agrorum margines, et etiam ad murorum fastigia herbosa.
Februario, Majo. ⊙
Hispida, ascendens : *folia* calloso-ciliata, saepius albo-bullata : *corolla* azurea; limbi lobis obtusis, inaequalibus; tubo curvo, calycem immutatum aequante; squamis in fauce albis, penicilliformibus.

### 248. SYMPHYTUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 245.*

1. S. Zeyeri. *Schimp. in Flora 1829. p. 7*— S. tuberosum. *Ten. fl. nap. 3. p. 186,* quoad plantam prope Neapolim provenientem — *Bertol. fl. ital. 2. p. 316,* var. *b.* ex parte — S. brochum. *Bory, et Chaub. exped. Mor. p. 65,* ex *Dec. pr. 10. p. 38.*
S. piloso-hirsutum scabriusculum, radicibus fibrosis in tubera irregulariter hinc inde incrassatis, caule simplici vel superne bifido, foliis inferioribus petiolatis ovato-oblongis basi subcordatis, superioribus angustatis sessilibus subdecurrentibus, corollae (pallide sulphureae) limbi dentibus erectis tubo 4-plo brevioribus, antheris filamento longioribus, fornicibus pistilloque longe exsertis.
Ic. *Bory, et Chaub. l. c. t. 7,* ex *Dec. l. c.*
In cultis argillosis humentibus, in sylvis, et ad sepes.
Martio, Aprili. ♃
Non est forma australis *S. bulbosi*, nam species ista apud nos quoque provenit, sed in montosis, nunquam in demissis occurrit, et sedulo comparatae una in alteram non transit. Confer quae dixi in *syn. 1. p. 226;* tamen a plerisque adhuc sub *S. bulboso* refertur.

Digitized by Google

## 249. LITHOSPERMUM.

*Dec. pr. 10. p. 73.*

1. L. ARVENSE. *Lin. sp. pl. 190 — Ten. fl. nap. 3 p. 173 — Bertol. fl. ital. 2. p. 278.*
   Ic. *Fl. dan. 456* — Echioides alba. *Columna. ecphr. 1. p. 184. t. 185.*
   Inter segetes passim.
   Aprili, Majo. ⊙
   *Pedunculi* brevissimi, etiam in fructu immutati!: *calycis* laciniae post anthesim patentes ac elongatae, non dilatatae: *corollae* albae, externe pubescentes, calycem parum excedentes: *semina* ovoidea, fusco-virentia, glaberrima, varie corrugato-lacunosa, ac tuberculis muricata, ideoque scabra.
2. L. OFFICINALE. *Lin. sp. pl. 189 — Ten. fl. nap. 3. p. 176 — Bertol. fl. ital. 2. p. 271.*
   Ic. *Lam. ill. gen. t. 91* — L. minus. *Lobel. ic. 457. f. 2.*
   In sylvaticis; *selve del Rotaro, di Catreca, delle Falanghe, del Fusano, di Trippiti, del monte Vezza.*
   Majo, Junio. ♃
   *Corollae* ex albo-luteolae lobi patentes, obtusissimi, fere crenulati, ad basim prope apicem tubi gibbis duabus prominulis instructi, ita ut foveola utrinque notati videntur: *faux* tubi pervia, pentagona, luteola: *semina* candida, levissima, durissima.
3. L. PURPUREO-COERULEUM. *Lin. sp. pl. 190—Ten. fl. nap. 3. p. 176—Bertol. fl. ital. 2. p. 273.*
   Ic. *Jacq. austr. 1. t. 14* — L. majus. *Dod. pempt. 83.*
   In sylvis, et ad sepes umbrosas; *cavone del Vatuliere, delle Nocelle, e del Crovone, siepi presso la via della Molara, cava di Buceto, e di Cerambi.*
   Martio, Majo. ♃
   *Corollae* majusculae, amoene coeruleae; limbi lobis ovatis, obtusis; tubi *faux* pervia, tamen ubi stamina inseruntur linea pilorum glandulosorum instructa est: *stylus* albidus, calyce brevior; *stigmate* didymo: *semina* ut in praecedente.

## 250. MYOSOTIS.

*Dec. pr. 10. p. 104.*

1. M. HISPIDA. *Schlecht. mag. nat. Berol. 8. p. 229 — Dec. pr. 10. p. 108* — M. collina. *Ten. fl. nap. 3. p. 174,* non *Ehrh.*

Digitized by Google

Ic. *Coss. et Germ. atl. fl. paris. t. 15. f. 5, 6, 7* — M. collina. *Sturm. fl. germ. fasc. 42.*

In collibus herbosis, et in campis aridis arenosis.

Octobri, Majo. ⊙

*Planta* ramosissima, 2-8-pollicaris : *pedicelli* aequales, erecto-patentes : *calyces* basi setis uncinatis, superne setis rectis tecti; laciniis obtusis, in fructu fere conniventibus, ideoque faux calycina pervia: *corollae* minutae, calycem subaequantes, duplo quam in sequente minores ; *limbo* erectiusculo, fere campanulato, amoene coeruleo, basi albo-maculato, faucis squamis albo-viridulis : *semina* ovalia, nitida, levissima.

Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 2. p. 262* hanc et sequentem non separat a *M. arvensi*—A *M. versicolore* (pro qua confer optimam iconem *Coss.* et *Germ. l. c. t. 15. f. 11, 12*) recedit calycibus non exacte clausis, et corollis semper coelestinis, non primo sulphureis, inde coerulescentibus, denique violaceis.

2. M. INTERMEDIA. *Link en. H. Berol. 1. p. 164—Dec. pr. 10. p. 108*— M. arvensis. *Ten. fl. nap. 3. p. 174?*

M. caule hirsuto stricto apice ramoso, foliis oblongo-lanceolatis acutiusculis, pedicellis fructiferis semipatentibus calyce 2-3-plo longioribus, calycibus profunde et acute 5-fidis, fructiferis clausis patulo-pilosis, pilis basilaribus uncinatis divaricatis, corollae limbo concavo.

Ic. *Sturm fl. germ fasc. 42 — Bull. herb. t. 355.*

In silvaticis, in cultis, nec non ad agrorum margines passim.

Aprili, Majo. ⊙

*Pedicelli* angulo semirecto patentes, semper calyce longiores: *calyces* in fructu ovati, non truncati ; nam eorum laciniae acutae, et in fructu non conniventes: *corollae* parvae, tamen duplo quam in praecedente majores, cyaneae, annulo in fauce albido, inde luteo ; *limbo* erecto-patente, non explanato, nam tubus calyce brevior.

### 251. CYNOGLOSSUM.

*Dec. pr. 10. p. 146.*

1. C. PICTUM. *Ait. H. Kew. ed. 2. v. 1. p. 179—Ten. fl. nap. 3. p. 181— Bertol. fl. ital. 2. p. 300.*

Ic. *Brot. phyt. lusit. 2. t. 159*—C. creticum. *Clus. hist. 2. p. 162. f. 2.*

In ruderatis, vel in herbosis viarum agrorumque margines.

Aprili, Majo. ♃

Molliter pubescenti-canescens, erectum: *flores* dilute coerulei, venis purpurascentibus picti : *stamina* inclusa : *semina* virentia, convexiuscula, margine non prominulo, aculeis glochidiatis tecta: *pedunculi* fructiferi reflexi.

## 56. SOLANACEAE. *Dun.*

### 252. DATURA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb.* n. *332.*

1. D. Stramonium. *Lin. sp. pl. 255 — Ten. fl. nap. 1. p. 96 — Bertol. fl. ital. 2. p. 605.*
   Ic. *Lam. ill. gen. t. 113* — Stramonia. *Besl. eist. aut. ord. 2. fol. 4. f. 1* — Solanum maniacum Dioscoridis. *Columu. phyt. p. 47.*
   In cultis pinguibus, etiamque in arenosis, et ad vias.
   Junio, Ortobri. ⊙
   Vulgo *Cacapuzza fetente.*
   Glaberrima, laeto virens, erecta, foetidissima: *flores* albi, erecti, odori: *capsulae* majusculae, erectae, spinis validis brevibus irregularibus tectae.

### 253. HYOSCIAMUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 333.*

1. H. albus. *Lin. sp. pl. 257 — Ten. fl. nap. 1. p. 98—Bertol. fl. ital. 2. p. 613*, ex parte — *Dun.* in *Dec. pr. 13. pars 1. p. 548.*
   Ic. *Lam. ill. gen. t. 117. f. 2 — Blackw. herb. 2. t. 3.*
   In ruderatis maritimis satis rarus; *Punta di S. Angelo presso alla marina*, una cum sequente.
   Aprili, Majo. ♃, et basi aliquando ♄.
   *Corollae* in hoc concolores, nempe omnino sordide-viridi-luteolae: reliqua ut in sequente, praeter specificos characteres notatos.
2. H. major. *Mill. dict. n. 2 — Dun.* in *Dec. pr. 13. pars 1. p. 548 —* H. varians. *Vis. Bot. zeit. an. 1829. p. 3—Ten. syll. app. 3. p. 588.*
   H. villoso-viscidus, caulibus basi suffrutescentibus, foliis crassiusculis petiolatis inferioribus subcordatis, reliquis basi acutis sinuato-vel angulato-dontatis, floralibus subintegris, floribus axillaribus pedunculatis subsessilibusque in ramorum apice subspicatis, corollae tubo incurvo intus violaceo, limbi irregularis lobis tribus superioribus majoribus planis.
   Ic. *Vis. fl. dalm. t. 24. f. 2 — Bull. herb. t. 93 —* H. vulgaris. *Clus. hist. 2. p. 84.*
   In ruderatis, et ad maceries; *Bagno, Punta di S. Angelo, coste di S. Pancrazio, e del Pignatiello, Lacco a S. Restituta, Forio a S. Francesco.*
   Aprili, Julio. ♄, vel ♃

Vulgo *tabacco salvatico.*

*Caules* aliquando 3-pedales : *folia* praecedentis similia : *calyces* tubulosi, exquisite nervosi, subreticulati, inferiores aliquando pedunculati, reliqui subsessiles ; dentibus latis, ovatis, acutis, erecto-patulis : *corollae* tubus externe sordide violaceus, calycem vix excedens ; limbo 5-lobo, et inter duos lobos inferiores minores profundius fisso ; lobis omnibus obtusis, pallide viridi-lutescentibus; fauce et tubo interne usque ad medium intense violaceis : *filamenta* inferne villosa ac albida, a medio ad apicem, uti *stylus* glaberrimus, pulchre violacea: *antherae* lutescentes : *semina* albida, compressa, minutis tuberculis exasperata —Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 2. p. 613*, nequidem uti varietatem a praecedente distinguit, quod ipse Cl. *Vis.* in *fl. Dalm. 2. p. 234* sub *H. albo* notat.

## 254. CAPSICUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n.338.*

### 1. *Fructibus erectis.*

1. C. PYRAMIDALE. *Mill. dict. n. 7— Dun.* in *Dec. pr. 13. pars 1. p.414.*
*b. longicorne*; fructu conico acuminato (aliquando) arcuato, longo. *Dun. l. c.*
Ic. C. minus, flavum. *Rumph. amb. 5. p. 247. t. 88. f. 3*, sed fructus apud nos nitide rubentes — Solanum rubens, minus, erectum. *Wein. phyt. 4. t. 930. f. 6* — Piper indicum , minus, erectum. *Besl. eist. aut. ord. 1. fol. 8*, sed P. indicum, medium, longum, erectum. *Besl. l. c. fol. 11*, melius hoc refert.
Colitur, et vulgo appellatur *Diavolilli.*
Majo, Septembri. ☉
*Fructus* 1 1/2-2-pollicares, acuminati, nitide rubentes.

2. C. ANNUUM. *Lin. sp. pl. 270*, excl. plur. syn.—*Dun.* in *Dec. l. c. p. 412.*
*b. acuminatum ;* fructibus ex ovata basi conico-ovatis obtusiusculis rubris vel flavis. *Dun. l. c.*
Ic. *Blakw. herb. t. 129* — Piper oblongum, erectum, pyramidale. *Clus. cur. post. p. 52. ic. p. 51. f. 2* ; sed fructus nimis acutus— Solanum mordens, fructu erecto, cordiformi, rubro. *Wein. phyth. 4. t. 929. f. c.*
*f. abbreviatum ;* fructibus ovatis, vel cordiformibus rubris. *Dun. l. c.*
Ic. Piper erectum, minus. *Clus. cur. post. p. 52. ic. p. 51. f. 3?* nam fructus nimis acutus, et inde perperam ad *C. grossum* a *Dunal* citata— Solanum Capsicum, fructu erecto, rubro, rotundo. *Wein. phyth. 4. t. 928. f. a*, melior.
Colitur, et var. *a.* ac *b.* vulgo *Peparuoli per friere* dicuntur.
Majo, Septembri. ☉

Digitized by Google

3. C. CERASIFORME. *Willd. H. Ber. 1. p. 242—Dun.* in *Dec. l. c. p. 422.*
*a. macrocarpum*; fructu duplo majore (diametro 5-6-lineari), demum nitide rubente. *Dun. l. c.*
Ic. Solanum Capsicum dictum, perenne, minus, erectum. *Wein. phyth. 4. t. 930. f. c.*
Colitur, et appellatur vulgo *Peparuoli tunni, o a Cerasiello.*
Majo, Septembri. ⊙

4. C. GROSSUM. *Lin. mant. p. 47 — Dun.* in *Dec. l. c. p. 422.*
*b. ovatum;* fructu subovato-oblongo obtusissimo, grosse rugoso, rubro vel luteo. *Dun. l. c.*, excl. syn. *Clus.*
Ic. Piper indicum, maximum, rotundum, erectum. *Besl. eist. aut. ord. 1. fol. 11.*
Colitur, et dicitur *Peparuolo a Carcioffo.*
Junio, Septembri. ⊙

2. *Fructibus pendulis.*

5. C. LONGUM. *Dec. cat. H. Monsp. 1813. p. 86—Dun.* in *Dec. l. c. p. 424.*
*c. incrassatum brevipes*; fructu conico, crassiore, rectiusculo, obtuso (virente, aut rubente). *Dun. l. c.*
Ic. *Blakw. herb. 1. c. 129 !* — C. oblongioribus siliquis. *Dod. pempt. 716* — Siliquastrum majus, et minus. *Fuchs. hist. 732* — Piper americanum. *Clus. cur. post. p. 54* — Solanum mordens, fructu propendente, oblongo, crasso. *Wein. phyth. 4. t. 927. f. c* — Piper indicum, medium. *Besl. eist. aut. ord. 1. fol. 7.*
Colitur, et vulgo appellatur *Calamarielli.*
Majo, Septembri. ⊙
Omnes enumeratae species apud nos cultae annuae sunt; sed in locis calidissimis, et hyemalibus tempestatibus mitissimis suffruticosae evadunt.

## 235. SOLANUM.

*Dun.* in *Dec. pr. 13. pars 1. p. 27.*

1. S. SODOMEUM. *Lin. sp. pl. 268*, excl. syn. *Plukn.* — *Ten. fl. nap. 1. p. 103* — *Bertol. fl. ital. 2. p. 636.*
*b. Hermanni. Dun.* in *Dec. pr. l. c. p. 366* — S. astrophorum. *Jon cat. p. 4* — S. Sodomeum. *Guss. syn. 1. p. 271.*
S. fruticosum erectum aculeatum, aculeis rectis basi dilatatis, ramis nitide purpurascentibus, foliis petiolatis oblongis sinuato-pinnatifidis, lobis angulatis sinuatisve, sinubusque rotundatis, supra glabratis, subtus sparse stellato-pilosiusculis, junioribus utrinque farinoso-pilosis, pilis stel-

Digitized by Google

latis simplicibusque, corymbis paucifloris, florum fertilium calycibus aculeatissimis, baccis majusculis (luteis demum spadiceis).

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 253*—S. pomiferum, frutescens, africanum, spinosum, nigricans, Borraginis flore, foliis profunde laciniatis. *Herm. Hort. Lugd p. 573. ic. 575.*

In maritimis ad sepes, ad vias, et in sylvaticis aut lapidosis.

Julio, Octobri. ♄

Vulgo *Pomidoro selvaggio spinoso.*

Folia uti diuretica ab incolis adhibentur.

2. S. ESCULENTUM. *Dun.* in *Dec. pr. 13. pars 1. p. 355* — S. Melongena. *Lin. sp. pl. ed. 1. p. 260.*

*a. aculeatum;* parce aculeatum, baccis oblongo-obovatis teretibus violaceis. *Dun. l. c.*

Ic. *Sab. H. Rom. 3. t. 65*, excl. syn. *Tourn.* — S. pomiferum, fructu oblongo violaceo. *Wein. phyt. v. 4. t. 954. f. a.*

In Insula passim colitur usu esculento; et dicitur vulgo *Molignane.*

Majo, Augusto. ♄

Tomentoso-canescens: *flores* coerulei.

3. S. DULCAMARA. *Lin. sp. pl. 264* — *Ten. fl. nap. 1. p. 102* — *Bertol. fl. ital. 2. p. 631.*

*c. hastifolium. Dun.* in *Dec. pr. 13. pars 1. p. 78.*

S. fruticosum scandens inerme glabrum, foliis cordato-ovatis, superioribus auriculato-hastatis, corymbis oppositifoliis terminalibusque, corollis amoene violaceis, baccis rubentibus.

Ic. *Bull. herb. t. 23* — Amara dulcis. *Lobel. ic. 266.*

Ad sepes in sylvaticis humentibus; *Casamicciola, Lacco*; sed rarum.

Junio, Septembri. ♄

Inter sepes alte scandens: *folia* laete virentia: *baccae* globoso-ovales.

4. S. TUBEROSUM. *Lin. sp. pl. 265.*

Ic. *Blackw herb. t. 523* — Papas Peruanorum. *Besl. eist. aut. or. 3. fol. 1* — S. tuberosum, esculentum. *Bauh. pr. p. 89.*

Passim in insula colitur.

Majo, Junio. ♃

Vulgo *Patata*, et unica tantum varietas occurrit, nempe tuberibus subglobosis, pulpa albida.

5. S. NIGRUM. *Lin. sp. pl. 266*, excl. var. — *Ten. fl nap. 2. p. 102* — *Bertol. fl. ital. 2. p. 633*, var. *a.* — *Dun.* in *Dec. pr. 13. pars 1, p. 50.*

S. herbaceum vel basi suffrutescens inerme erectum, ramis angulato-alatis, alis integris denticulatisque, foliis mediis rhombeo-ovatis, supremis lanceolatis, omnibus integris aut angulato-dentatis basi in petiolum plus minus decurrentibus, cymis extrafoliaceis subjecto folio brevioribus, ra-

cemiformibus umbelliformibusque, pedicellis demum deflexis, corollae 5-partitae lobis triangularibus acutis patulis ciliatis calycinas laciniias obtusas demum recurvas duplo superantibus, baccis globosis nigris! stylo non mucronatis.

Plurimas hujus proteiformis speciei varietates tam in hac Insula, quam prope Neapolim provenientes sic distribuendas esse censeo:

† *Pubescentia ex pilis, vel setulis raris sparsis.*

*a. genuinum*; laete virens annuum, ramorum angulis prominulis integris vel denticulatis setulis raris sparsis tectis, foliis glabriusculis deltoideo-ovatis, ovatisque acutiusculis integris vel repando-dentatis, cymis subumbellatis—S. nigrum plurium auctorum.

Ic. *Reich. cent. 10. f. 1283 — Curtis fl. Lond. t. 156 — Bull. herb. t. 67* — S. officinarum, acinis nigricantibus. *Zannich. hist. t. 267—Moris. hist. 3. s. 13. t. 1. f. 1* — S. hortense. *Dod. pempt. 454* — S. hortense, Circeae aut Phaseoli folio. *Lobel. ic. 262*, ic. ex *Dod.* — S. hortense. *Dalech. hist. 1. p. 597 — Matth. com. 2. p. 415.*

*aa. villosum;* caule ramis pedunculisque sparse pilosis, pilis patulis, foliis et habitu ut in *f.* obscure virenti.

Ic. *nulla.*

*b. fruticulosum*; laete virens elatum erectum basi fruticulosum, ramis subflexuosis angulato-alatis, alis denticulatis, denticulis setula terminatis, foliis ovato-lanceolatis acutis glabris basi non dilatatis subcuneatis integris aut obiter dentatis, summis saepe undulatis, cymis subumbellatis.

Ic. S. procerius, patulum, vulgaris fructu. *Dill. hort. Elth. t. 275. f. 355*, sed rami in citata icone teretes.

*bb. pubescens;* omnia ut in *b.*, sed ramis, petiolis, pedunculis, pedicellisque pilis albis mollibus subpatentibus tectis.

Ic. *nulla.*

*c. Reichembachii*; laete virens erectum glabrum basi suffrutescens, ramorum angulis subalatis setis incurvis rigidis rarissimis tectis, foliis ovali-lanceolatis utrinque attenuatis acute sinuato- serratis, cymis racemiformibus, pedicellis gracilibus.

Ic. S. oleraceum. *Reich. fl. germ. exc. 1. p. 391*, et *cent. 10. f. 1324*, non *Richard*, nec *Dunal.*

*d. atriplicifolium*; laete virens erectum, ramis hirtulis subangulato-alatis, foliis glabris late rhombeo-ovatis varie sinuato-dentatis in petiolum saepe decurrentibus, cymis racemiformibus, pedicellis gracilibus. *Dunal in Dec. l. c. p. 50* — S. atriplicifolium. *Desportes* non *Gillies* — S. moschatum. *Presl del. Prag. p. 77 — Guss. syn. 1. p. 272! — Dunal* in *Dec. pr. 13. pars 1. p. 53 — Ten. fl. nap. 4. p. 35* — S.



Digitized by Google

nigrum, *b. Bertol. fl. ital. 2. p. 633* — S. suffruticosum. *Willd. en. p. 256?*

Ic. S. officinarum. *Sabb. hort. 2. t. 60* (planta in icone glaberrima, sed flores depicti majores quam in natura) — S. vulgare. *Weinm. phyt. 4. t. 937* — S. hortense. *Fuchs. hist. 686* — S. sativum. *Tabern. hist. 577* — S. hortense, sive vulgare. *Bauh. hist. 3. p. 608*, mala.

*e. divaricatum*; obscure virens, ramis divaricato-patulis, foliis ut in praecedente.

Ic. *nulla*.

† † *Pubescentia ex setis rigidis approximatis saepius adpressis, vel pilis mollibus confertis patulis.*

*f. patulum*; pallide virens, caule ramosisque gracilibus patulis glabratis angulato-alatis, alis integris, foliis (tenuibus) glabris rhombeo-ovatis, basi subcuneatis in petiolum subdecurrentibus obiter sinuato-dentatis, cymis racemiformibus, pedicellis gracilibus (floribus parvis).

Ic. *nulla*.

*g. Badaroi*; obscure sordideque virescens erectum, caule ramosisque angulato-alatis (alis subdenticulatis) setis rigidis albidis (aliquando glanduliferis) confertis subadpressis hirsutis, foliis (firmis) hirsutiusculis deltoideo-ovatis varie angulato-dentatis basi subcuneatis, cymis subumbellatis, pedicellis firmis (floribus demum decedente autumno, et hyeme albo-violaceis) — S. parviflorum. *Badarò* in *diar. phys. chim. Ticin. an. 1824* — *Dun.* in *Dec. pr. 13. pars 1. p. 51* (nomen mutavi, dum flores non sunt quam in aliis varietatibus minores!).

Ic. *nulla*.

*gg. microphyllum*; humile cinereo-virens, caule ramisque setis patentibus sparsis aliis brevioribus intermixtis tectis, foliis parvis (vix poll. longis, 4-6 lin. latis) ovatis integris vel obiter dentatis, pedunculis ut in *g*.

Ic. *nulla*.

*h. stramonifolium*; obscure virens erectum, caule ramisque angulato-alatis (alis subdenticulatis) setis molliusculis adpressis tectis, foliis ovatis basi subcordatis acute vel obtuse angulato-dentatis, cymis subumbellatis.

Ic. S. pterocaule. *Reich. cent. 10. f. 1284*, non *Dunal*.

*i. molle*; pallide virens erectum, caule una cum ramis subteretibus pedunculis pedicellisque patenter aut subadpresse molliter pubescentibus, foliis (saepe majusculis) villosis glabratisve exacte ovatis basi vix cuneatis integerrimis, supremis ovato-lanceolatis, cymis racemiformibus (floribus saepo prae aliis majoribus).

Ic. *nulla*.

In cultis praesertim humentibus, in hortis, et in vineis passim: var. *a*, et

*aa. Chiajano, Barano, Fontana, Serrano :* var. *b. Bagno, Casamicciola, Lacco, Forio* : var. *bb. Napoli a Portici* : var. c. *presso i mur a secco della strada che dal Vatuliere conduce al Testaccio* : var. *d.* magis quam reliquae varietates passim obvia: var. *e.* prope *Neapolim ai Camaldoli, a S. Croce, ed ai Guantai* : var. *f. Chianole del Testaccio:* var. *g.* in demissis communis; *Ischia all'Orto della Mandria, Bagno, Casamicciola, Lacco, Forio :* var. *gg.* in cultis elatis post messem, et in vineis; *monte Trippiti, nell'alto della valle di Buceto, monte Vetta, e fra Fontana e S. Nicola* : var. *h.* et *i. al Bagno*, sed rarae.

Ab Aprili ad serum autumnum, usque dum terra gelu non consistat, ut in plagis calidioribus : var. *b. c. d.* et *g.* saepe basi suffruticosae evadunt, et per aliquot annos perdurant.

Vulgo *Pomadorella selvaggia* una cum sequente.

In omnibus enumeratis varietatibus sequentes characteres, praeter illos in phrasi specifica notatos, constantes ac communes sunt : *caules* et *rami* plus minus angulato-alati : *folia* petiolata, petiolo canaliculato; media et superiora gemina, altero minore : *flores* albi , nunquam ochroleucos uti *Griseb.* in *spic. fl. Rum. 2. p. 53, et 58,* et nonnulli dicunt vidi , inodori, diametro 2-3-lineari ; corollae limbo explanato , vel raro convexo : *filamenta* candida; *antheris* luteolis breviora, plus minus patenter villosa aut glabra : *stylus* albus, vix ultra antherarum tubus exertus, apice saepe curvulo ; *stigmate* capitato: *baccae* semper nigrae ! — Sed characteres variabiles sunt, *pubescentia*, et *odor* moschatus aut nullus in eadem varietate pro locorum natura et plantarum aetate.

Varietates superius relatae seorsim spectatae species videntur diversae , sed post sedulam inspectionem plurium plantarum viventium nullum firmum characterem detexi, cujus ope rite dignosci possint , et saepe ab una ad alteram transitus. Hac ratione ductus, uti ejusdem speciei formas peculiares retuli , et earum characteres habitumque notavi ; at si aliquis pro diversis speciebus habere nollet, sic eas enumerandas propono:

| | |
|---|---|
| 1. S. nigrum. *Lin.* | — S. nigrum *a. genuinum.* |
| 2. S. fruticulosum. *Guss.* | — S. nigrum *b.* |
| *b. pubescens.* | — S. nigrum *bb.* |
| 3. S. Reichembachii. *Guss.* | — S. nigrum *c.*— S. oleraceum. *Reich.* non alior. |
| *b. atriplicifolium.* | — S. nigrum *d.*—S. moschatum. *Presl,* et *Guss.* |
| c. *divaricatum* | — S. nigrum *e.* |
| 4. S. patulum. *Guss.* | — S. nigrum *f.* |
| 5. S. parviflorum. *Bad.* | — S. nigrum *g. Badaroi.* |
| *b. microphyllum.* | — S. nigrum *gg.* |

Digitized by Google

6. stramonifolium. *Guss.* — S. nigrum *h.*
S. pterocaule *Reich.* non alior.
7. S. molle. *Guss.* — S. nigrum *i.*

5. S. MINIATUM. *Bernh.* in *Willd. en. H. Berol. p. 236— Ten. fl. nap. 3. p. 223 — Bertol. fl. ital. 1. p. 635 — Dun.* in *Dec. pr. 13. pars 1. p. 56.*

S. herbaceum inerme erectum pubescens, ramis angulato-alatis, alis integris vel angulato-dentatis basi in petiolum plus minus decurrentibus, cymis extrafoliaceis subjecto folio brevioribus racemiformibus umbelliformibusque, pedicellis demum deflexis, corollae 5-partitae lobis triangularibus acutis patulis ciliatis calycinas lacinias obtusas demum recurvas duplo superantibus, baccis globosis coccineis! stylo non mucronatis.

Hujus speciei quoque proteiformis (uti praecedens) varietates sic distinguendas puto:

† *Pubescentia undique adpressa.*

*a. angulatum*, erectum, foliis ovato-oblongis acuto angulato-dentatis, cymis umbelliformibus.

Ic. *nulla.*

*b. hyosciamifolium;* erectum patule ramosum, ramis demum purpurascentibus, foliis rhombeo-ovatis ovatisve obtuse dentatis, cymis umbelliformibus, corollis demum (autumno) ad carinam violaceis.

Ic. S. miniatum. *Reich. cent. 10. f. 1327*, magis hanc quam alias varietates refert.

*c. genuinum*; erectum patule ramosum, foliis ovatis ellipticisque obsolete obtuseque dentatis, supremis lanceolatis integris aut obiter dentatis, cymis umbelliformibus.— S. miniatum auctorum— S. officinarum, acinis purpureis. *Zannich. hist. 248.*

Ic. *nulla.*

*d. physalidifolium*; erectum elatum, foliis (grandibus) orbiculato-ovatis integris acutiusculis basi breviter cuneatis, cymis racemiformibus.

Ic. S. rubrum. *Reich. cent. 10. f. 1328*, non *Mill.*

† † *Pubescentia alba patentissima ac mollissima.*

*e. villosissimum;* pilis albis densis mollissimis albo-canescens, caule erecto, ramis patulis vix angulatis, foliis ut in praecedente, cymis racemiformibus, pedicellis saepe distichis, et vix deflexis. *Dun.* in *Dec. pr. 13. pars 1. p. 56* — S. villosum. *Dec. fl. fr. 3. p. 613*, ex *Dunal*, sed folia a *Dec.* describuntur angulato-dentata, et tunc ad sequentem varietatem potius spectat.

Digitized by Google

Ic. *nulla*.

*f. atriplicifolium* ; erectum subpatule ramosum, ramis angulatis, foliis ovalibus angulato-dentatis, cymis racemiformibus—S. villosum. *Dec. fl. fr. 3. p. 613*, quoad foliorum descriptionem, sed confer varietatem praecedentem.

Ic. S. officinarum, acinis puniceis. *Sabb. hort. Rom. 2. t. 61*, ad S. villosum citata a *Poir.* in *dict. enc. supp. 3. p. 741*, hoc bene refert.

Passim cum praecedente proveniunt var. *c*. et *d*.; sed var. *a*. *Bagno, Chiajano, Casamicciola, piano di Muori sotto monte Vetta* : var. *b*. prope Neapolim *ai Camaldoli*, *ai Guantai*, *a Portici*, ec.: var. *e*. *Bagno*, *Casamicciola* in locis magis umbrosis: var. *f*. *Chianole del Testaccio*.

A Julio ad serum autumnum. ⊙

Species ista cum praecedente fere in omnibus convenit; tamen nunquam uti nonnullae illius varietates basi perennat!, serius floret, provecto autumno saepius lobi corollae ad carinam violacei!, et baccarum color coccineus cultura etiam plurimum annorum non mutatur!. *Var. e.*, quae revera ob habitum et pedicellorum dispositionem magis quam aliae a speciei typo recedit, cum *S. villoso* conveniret, si flores forent duplo majores quam in *S. nigro*, et baccae globoso-oblongae, uti ex *Dunal* et *Bertol.* l. c. dicuntur; tamen in icone *Dill. H. Eltham. t. 274. f. 353*, ad *S. villosum* citata, nec flores ita grandes, nec baccae globoso-oblongae: praeterea icon praedicta *S. miniatum b.*, quoad folia, et varietatem *e*. quoad pubescentiam exacte refert: species tamen videtur propria, nam etiam plantae juniores a characteribus habitus ac foliorum primo intuitu dignoscuntur!

Innixus iisdem rationibus in praecedente specie relatis, hujus formas peculiares uti varietates descripsi; at si species diversas aliquis putaverit, tunc sic enumerandae erunt:

| | |
|---|---|
| 1. S. angulatum. *Guss.* | — S. miniatum *a*. |
| *b. atriplicifolium.* | — S. miniatum *f*. |
| 2. S. hyosciamifolium. *Guss.* | — S. miniatum *b*. |
| 3. S. miniatum. | — S. miniatum *c*. |
| 4. S. physalidifolium. *Guss.* | — S. miniatum *d*. |
| 5. S. villosissimum. *Guss.* | — S. miniatum *e*. |

## 256. LYCOPERSICUM.

*Tourn. inst. 23.* — *Dun.* in *Dec. pr. 13. pars 1. p. 23.*

1. L. PYRIFORME. *Dun.* in *Dec. l. c. p. 26.*
Ic. *nulla*.
Colitur.

Majo, Augusto. ⊙
Vulgo *Pomidori a fiaschella.*
*Fructus* parvi, pollicem vel sesquipollicem longi, pyriformes, rubentes: *folia* ut in *L. esculento.*

2. L. CERASIFORME. *Dun. l. c.* — S. Lycopersicum. *b. Lin. sp. pl. ed. 1. p. 185.*
Ic. Solanum pseudo-Lycopersicum. *Jacq. H. Vind. v. 1. t. 11* — S. pomiferum, fructu rubro minore. *Weim. phyt. 4. t. 935. f. d.*
Colitur.
Majo, Augusto. ⊙
Vulgo *Pomidori a ceraselle.*
*Fructus* parvi, globosi, rubentes: *folia* ut in sequente.

3. L. ESCULENTUM. *Dun. l. c.* — Solanum Lycopersicum. *Lin. sp. pl. ed. 1. p. 156.*
Ic. *Dun. Sol. p. 113. t. 3. f. 3* — Solanum pomiferum, seu Pomum amoris fructu rubro, majus. *Weinm. phyt. 4. t. 935. f. a.* et *b.*
Colitur.
Majo, Septembri. ⊙
Vulgo *Pomidoro.*
*Floribus* plenis, aliquando variat; *fructus* magni, rubentes, aequales, vel diversimodo lobati, depressi.

4. L. MACROPHYLLUM. *Guss.*
L. caule elato firmo, foliis inferioribus simpliciter pinnatis, foliolis ovatis amplis (2-4 poll. latis, 4-6 poll. longis) longe petiolatis acutiusculis basi obliquissime cordatis, superioribus subinterrupte pinnatis, foliolis obiter vel profunde angulato-lobatis basi obliquis, calycinis laciniis (5) corollae lobos ex ovata-basi lanceolatos acutos aequantibus, baccis magnis depresso-globosis subsulcato-lobatis aequalibusque.
Ic. Poma amoris, fructu luteo. *Besl. eist. aut. ord. 1. fol. 1,* quoad folia hoc fere refert, sed fructus in nostro rubri.
Colitur.
Majo, Septembri. ⊙
Vulgo *Pomidoro a foglie di Patate.*
*Planta* robusta, quae ob foliola latissima, et in foliis inferioribus saepe lobulo auctis, laciniis corollam aequantibus (quae in *L. esculento* lobis corollinis angustioribus magis apice attenuatis duplo fere breviores sunt); fructibus numerosioribus, saepeque aequalibus, aut a basi ad medium leviter obtuseque sulcato-lobatis a praecedente dignoscitur; et a quo habitu, notatisque characteribus magis quam *L. pyriforme* ac *cerasiforme* recedit; ita ut si illae uti species diversae habentur, potiori jure et haec sejungenda est — Ex *Barbaria* in hac Insula paucis ab hinc annis introducta fuit, ita ut a nonnullis *Pomidoro di Barbaria* quoque nuncupatur,

Digitized by Google

et ob habitum firmiorem, et fructuum copiam in praetium habetur; tamen isti non ita intense rubro-colorati, ut in illo. — Cultura plurium annorum species enumeratae ex seminibus constanter reproducuntur, et hyeme mitissima, ac plagis calidioribus saepe uti *Capsica* perennant.

### 257. LYCIUM.

*Dun.* in *Dec. pr. 13. pars 1. p. 508.*

1. L. europaeum. *Lin. sp. pl. 268 — Ten. fl. nap. 5. p. 229*, var. *c.*— *Bertol. fl. ital. 2. p. 639* — L. mediterraneum. *Dun. l. c. p. 523.*
Ic. *Sibth. fl. gr. t. 236* — Jasminoides aculeatum, Salicis folio, flore parvo ex albo-purpurascente. *Mich. gen. t. 10. f. 1*, optima.
Ad saepes praesertim mari finitimis; *Forio, Panza, Lacco al monte Vico, ed a S.Montano, Testaccio ai Maronti, siepi presso alla strada di Cartaromana*, ec.
Julio, Augusto. ♄
*Rami* spinosi, varie curvati : *folia* sempervirentia : *flores* ex albo-purpurascentes.

## 57. SCROPHULARINEAE. *Benth.*

### 258. VERBASCUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n.331.*

1. V. Thapsus. *Lin. sp. pl. 252—Ten. fl. nap. 1. p.88—Bertol. fl. ital. 2. p. 570*, excl. non. syn.
Ic. Verbascum. I. *Matth. comm. 2. p. 487*—V.candidum, mas. *Fuchs. hist. 846.*
*b. albiflorum. Ten. syll. p. 105.* var. *Cc.*; tamen ex ipso, in *add. et emen. l. c. p. 559* ad V. phlomoidem refertur — *Bertol. l. c.*
In campis arenosis, et in sylvaticis passim : var. *b. al Telegrafo di Pietra Sparaina, monte Vetta, presso S. Nicola, da Serrano a Fontana, Lacco all'acqua del Larito, cavone del Panzese sul Bagno, Crovone, Chianole del Testaccio* : ec.
Majo, Augusto. ♂
*Corollae* nunquam explicato-rotatae, uti sunt in sequente, ac triplo fere minores, externe pubescentes, non aut vix glandulis aureis conspersae: *filamenta* fere crocea; duo longiora omnino glabra; tria breviora e medio ad apicem pilis longis albidis tecta : *stylus* glaber, virescens; *ovarium* lanatum : *capsula* fere ovalis, calycem parum excedens : *semina*

parva, rufescentia, fere tetragona, truncata, longitudinaliter plicata, ad angulos obtuse tuberculata — *V. thapsiforme*. *Ten. fl. nap. 3. p. 215*, ex loco natali ad hanc speciem spectare videtur, et specimina exotica *V. Thapsus* cum nostro ex asse quadrant.

2. **V. macrurum.** *Ten. fl. nap. 3. p. 216 — Bertol. fl. ital. 2. p. 573.*

**V. dense albo-vel luteolo-tomentosum, foliis decurrentibus oblongo-lanceolatis crenatis, inferioribus obtusiusculis in petiolum attenuatis, superioribus acuminatis, racemo simplici densissimo elongato-spicato, corollae lobis rotundatis explanatis calyce 4-plo longioribus, filamentis omnibus piloso-lanatis, antheris difformibus.**

Ic. *Ten. l. c. t. 214.*

In apricis sylvaticis, et ad vias praesertim in elatis : *sommità del Cratere dell'Arso a Chiajano, dal Telegrafo di Pietra Sparaina a S. Nicola, ed alla Pietra dell'Acqua, Forio a S. Maria del Monte, ai Frassitelli, ed alla Bocca della Serra*, ec.

Junio, Octobri. ♂

*Planta* robusta, ac saepius 3-4-pedalis: *racemi* spiciformes, aliquando 1 1/2-pedales, crassissimi, diametro fere 1 1/2 pollicari: *bracteae* ovato-lanceolatae, acuminatae, calycem excedentes: *calycis* laciniae lanceolatae, acutae, facie interiore virentes, externe albo-lanatae : *corollae* explicatae diametro subpollicari; interne glabrae, concolores; externe supra medium glabriusculae, et glandulis aureis conspersae, infra medium albo-villosae : *filamenta* duo longiora curvata, fere crocea, ad medium et versus latus interius pilis longis albis semipatentibus tecta, ad basim et ad apicem glabra, *anthera* sua decurrente 6-plo longiora; tria duplo breviora, pilis albis undique tecta : *stylus* clavatus, glaberrimus, calycem vix excedens; *ovario* tantum albo-lanato, uti *capsulae*, quae ovatae, calyce longiores, stylo brevi mucronatae : *semina* fere ut in praecedente.

3. V. sinuatum. *Lin. sp. pl. 254 — Ten. fl. nap. 1. p. 95 — Bertol. fl. ital. 2. p. 583.*

Ic. Verbascum aliud. *Matth. comm. 2. p. 492.*

In campis incultis, et ad vias ubique.

Julio, Septembri. ♃

*Corollae* lobi aequales, basi invicem distantes, non approximati : *filamenta* omnia subaequalia ac barbata, villis patentibus pulchre violaceo-cyaneis apice non clavatis instructa, basi ac apice glabra, fere kermesina a basi ad apicem, caeterum una cum *antheris* aurantiaca : *germen* villosum : *stylus* albidus, glaber : *stigma* fere aurantiacum — Corolla est concolor, non basi maculata, uti per errorem dixi in *syn. 1. p. 263.*

4. V. repandum. *Willd. en. 1. p. 226* — V. Blattaria. *Ten. fl. nap. 1. p. 95*, ex ipso in *indic. in vol. 5. p. 375* — V. virgatum. *Bertol. fl. ital. 2. p. 585*, excl. syn. ?

V. foliis decurrentibus glabriusculis, radicalibus caulinisquo inferioribus oblongis obtusis subsinuatis inaequaliter crenatis subciliatis, superioribus amplexicaulibus ovato-oblongis acutis inaequaliter dentato-crenatis, racemis laxis elongatis, pedunculis solitariis superioribus calyce sublongioribus, inferioribus 2-3-plo excedentibus, calycinis laciniis obtusiusculis, filamentis omnino purpureo-barbatis, unico breviore.

Ic. Blattaria lutea, Brassicae foliis, florum petalis curtis. *Cup. panph. 1. t. 72.*

In herbosis apricis, et ad vias ; *nella pianura della Molara presso al cavone delle Nocelle ; via dal Vataliero alle selve di Chiummano presso alle casette , Panza , e nella discesa della Madonna del Monte sopra Forio, via vecchia da Casamicciola ai Bagni.*

Julio, Augusto. ♂

*Corolla* lutea, ad faucem tubi brevissimi atropurpurea; lobis duobus minoribus, et propo illos a basi fere ad medium fasciis duabus pilorum instructa ; qui pili violacei ac clavati, uti in filamentis: *filamentum* quintnm non brevissimnm , uti dixi in *syn. 1. p. 564*, sed tantum paullo caeteris brevius; praeterea *pedunculi* in hac Insula semper solitarii, inferiores bracteis duplo longiores sunt, tamen superiores aequales: *capsula* majuscula, globoso-ovata, calyce longior: *semina* fusco-castanea, praecedentibus similia.

## 259. LINARIA.

*Juss. gen. 120.—Dec. pr. 10. p. 266*

### § 1. Cymbalaria. *Chav.*

Folia *saepissime lobata, longe petiolata :* flores *axillares, distantes:* capsulae *pori trivalvulati :* semina *oblonga, foveolata.*

1. L. Cymbalaria. *Pers. syn. 2. p. 155 — Ten. fl. nap. 2. p. 46* — Antirrhinum Cymbalaria. *Lin. sp. pl. 851 — Bertol. fl. ital. 6. p. 337,* excl. syn. *L. acutangulae. Ten.*

Ic. *nostra t. VIII. lit. c.—Bull. herb. t. 305—Fl. dan. 1220* — Cymbalaria italica, Hederae folio. *Lob. ic. 615.*

Ad muros ; *Bagno alla salita del cavone delle Pezze a dritta* , nec albi usque vidi.

Aprili, Julio. ♃

*Caules* et *habitus* sequentis : *folia* praesertim inferiora obtusissima, 5-lobata, et in planta inarimensi saepe obiter 3-5-lobata, subtus demum violacea ; superiora multo minora, earum lobis acutiusculis : *semina* nigra, et ob plicas varie flexas acutas! foveolata. 30

Digitized by Google

2. L. ACUTANGULA. *Ten. fl. nap. syll. p. 302 — Benth.* in *Dec. pr. 10. p. 267.*
*b. inarimensis.*

L. glaberrima, foliis omnibus cordato-orbiculatis, inferioribus obtuse 7-lobatis, superioribus acute 5-lobato-dentatis, pedunculis petiolo sublongioribus varie curvatis, calycinis laciniis ellipticis obtusis capsula brevioribus, calcaro recto corollae tubum subaequante, seminibus (nigris) ob plicas obtusissimas! varie flexas foveolatis.

Ic. *nostra t. VIII f. 1. a, b* — Cymbalaria. *Matth. com. 2. p. 468*, potius ad banc nostram varietatem spectat, quam ad speciei typum.

Ad muros, et in umbrosis; *ne' muri a secco sulla strada da S. Michele a Campagnano, ed in quelli sulla strada che conduce dal casino di Monsignore alla spiaggia di Cartaromana.*

Aprili, Junio. ♃

*Planta* glaberrima, laeteque virens, ex maceriarum fissuris dependens: *caules* ramosissimi, intricati, filiformes: *petioli* sulcati, folio subjecto longiores: *folia* laete virentia, superiora ascendendo minora; lobo intermedio reliquis latiore: *pedunculi* graciles, apice parum incrassati, fere cirrhescentes, et uti in praecedente in fructu reflectuntur, varie curvantur, elongantur, et capsulas intra maceriarum fissuras inserunt, ubi semina maturant: *calycis* laciniae subrubentes, concaviusculae, vix lin. longae: *corollae* amoene cyaneae, magnitudine praecedentis; labio superiore surrecto, bilobo; lobis rotundatis, saepe 2-3-crenulatis, superne lineis intensioribus notatis; labio inferiore plano, 3-lobo, lobis omnibus obtusis, intermedio parum angustiore; tubo curvulo, inferne sulco notato, ad cujus sulci latera interne, nec non in fauce lineae duae pilorum luteo-rufescentium adsunt, reliqua tubi parte interiore pilis pallide coeruleis brevibus conspersa; palato bigibboso, gibbis obtusis basi albidis, apice vero luteolis, vel omnino luteis: *calcar* rectum, lin. longum, obtusiusculum, coeruleum, basi albidum: *filamenta* una cum antheris ac stylo glabra, pallide coerulescentia; *antheris* albis: *stigma* albidum, oblique subcapitatum: *capsula* globosa, calyce duplo longior, virescens, demum fusca: *semina* atra, glabra, fere globoso-ovalia, et ob plicas obtusissimas videntur obtuse tuberculata.

A *L. acutangula, a.* recedit caulibus parum firmioribus; foliis superioribus cordato-orbiculatis, non hastato-trilobis; floribus paullo majoribus, amoene cyaneis — A *L. Cymbalaria* vero colore magis virente; foliorum lobis acutis; floribus parum majoribus, sed quod magis interest seminibus plicis obtusis foveolatis, quae plicae in praecedente acutae sunt, ita ut icon sem. in *Chov. mon. t. 5. f. 16, 17*, ad hoc spectat! — Tamen Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 6. p. 337*, species istas non distinguit nequidem uti varietates.

§ II. *ELATINOIDES*. *Chav.*

Folia *hastata vel ovata*, *saepius integerrima* : *flores axillares*, *distantes* : capsula *operculis duobus orbicularibus circumscissis*, *vel valvaeformibus latere dehiscens* , *et aliquando subindehiscens*.

3. L. CIRRHOSA. *Pers. syn.* 2. *p.* 153 — *Ten. fl. nap.* 2. *p.* 49 — Antirrhinum cirrhosum. *Lin. mant. p.* 249 — *Bertol. fl. ital.* 6. *p.* 340.
Ic. *Jacq. Hort. Vind. t.* 82 — *Till. hort. Pis. t.* 38. *f.* 3.
In lapidosis aridissimis ; *Ischia all'Arso, Bagno lungo la strada del lago sotto S. Alessandro, collina sul Lago, strada del Costiglione, sommità del cratere dell'Arso presso Chiajano nelle scorie* ; et in humentibus calidis vaporariorum ; *stufa del Cacciuto presso Casamiceiola, fumarole del fango sopra Pannella, in quelle nella contrade del Bell' omo sopra Forio, e del Fonnolillo presso S. Angelo.*
Majo, Junio. ⊙
*Planta* glaberrima, laete virens, demum saepe folia radicalia rubescunt : *pedunculi* gracillimi, horizontaliter patentes : *calycis* laciniae potius lanceolatae, quam ovato-lanceolatae (*Guss.*), acutae, breviter hirsutiusculae: *corollae* albido-coerulescentes, satis parvae, vix lin. 1/2 longae; labio superiore bipartito; lobis surrectis, obtusis ; inferiore aequaliter 3-lobo, ad superius adpressum, ideoque faucem claudens: *calcar* rectum, basi conicum: *capsula* globosa, parva, glaberrima, diu persistens, et sero indehiscens : *semina* fusco-rufescentia, tuberculis ( non plicis ) obtusis crassis obsita ut in *L. Elatine !*

4. L. PRESTANDREAE. *Tin.* in *Guss. syn.* 2. *p.* 843— *Benth.* in *Dec. pr.* 10. *p.* 529.
L. molliter cano-pubescens, caulibus procumbentibus, foliis imis integris ovatis oppositis, reliquis hastatis alternis, summis saepe ovatis, floribus axillaribus longe pedunculatis, pedunculis gracilibus glabriusculis patentibus subjecto folio longioribus, laciniis calycinis lanceolatis acutis capsulam dehiscentem ( majusculam ) subaequantibus corolla semel brevioribus, corollae labio inferiore inaequaliter 3-lobo, seminibus ob plicas acutas varie flexas fovelolatis.
Ic. *nostra t. IX. f.* 1. *a*, *b*, *c*.
*b*. *dentata;* foliis inferioribus tantum glabratis, versus basim irregulariter pauci-dentatis.
*c*. *glabrata;* caule glabro, vel patenter piloso, foliis virentibus glabratis — L. commutata *Bern.*?
In arenosis herbosis, in vineis, in salicetis, et ad vias in demissis vel in elatis ; var. *a*. *Forio nella contrada del Bell'omo presso alle fumarole,*

*Lacco, Casamicciola, Buceto, monte Vetta, piano di Muori ne'saliceti, Barano, Moropane* : var. *b. Buceto, piano di Muori, Chianole del Testaccio*: var. *c. Ischia all'Arso, Lacco nel vallone del Larito, Casamicciola al Rostinale, ed a Montecito nelle vigne, Bagno nelle vigne di S. Alessandro ai Cafieri* ; ec.

Julio, Octobri. ⨀

*Planta* molliter pubescens: *caules* late excurrentes: *pedunculi* glabri, vel sparse pilosi: *calycis* laciniae planae, nervo valido notatae, patenter pilosae: *corollae* in c. parum minores; labio superiore externe sordide virente, interne atrocoeruleo !, bifido ; laciniis obtusis, surrectis ; inferiore ad faucem bigibboso, apice trilobo ; lobis rotundatis, convexis; intermedio parum angustiore, obtuso bilobo : *calcar* albidum, corollam subaequans, acutissimum, parum incurvum, pubescens, horizontale, 2-3 lin. longum : *antherae* nigrae, villis connexae : *filamenta* latere interiore barbata : *capsula* glabra, sub lente tenue punctato-reticulata : *semina* ovoidea, rufescentia—Var. c. quoad glabritiem *L. Elatine* refert —*L. commutata Bernh.* ic. *Reich. cent. 9. f. 1101*, huic magis similis videtur ; sed folia superiora fere spathulato-sagittata; flores majores, et semina plicis obtusis foveolata videntur, ut in sequente.

5. L. GRAECA. *Chav. mon. p. 108*, et forsan *L. Elatine* var. *d. hamosa. Chav. l. c. p. 108*, ex loco natali etiam ad hanc spectat—*Ten. fl. nap. 5. p. 39 — Benth.* in *Dec. pr. 10. p. 268 — Cosson not. fasc. 2. p. 64*, excl. syn. *L. commutatae Bernh.*, pro qua confer praecedentem. Antirrhinum graecum. *Bory et Chaub. exp. Mor. p. 175.*

*b. coerulescens.*

L. caulibus gracilibus villoso-pilosis procumbentibus basi vel hinc inde radicantibus, foliis molliter villosis glabratisque, imis ovatis oppositis, reliquis alternis hastatis, floribus coerulescentibus axillaribus longe pedunculatis, pedunculis capillaribus glabris patentibus subjecto folio longioribus, laciniis calycinis lanceolatis ! acutissimis capsulam subindehiscentem (parvam) aequantibus, seminibus ob plicas obtusas varie flexas foveolatis.

Ic. *nostra t. IX. f. 2, d, e, f — Bory et Chaub. l. c. t. 21*, ex *Chav.*—Elatine. *Matth. comm. 2. p. 360 ?*

In apricis herbosis ; *Ischia sull' Arso, ne' luoghi aperti delle selve di Campagnano, di Piano Liguori, del monte Vezza, di Chiummano, di Trippiti, delle Falanghe, di Catreca.*

Aprili, Julio. ⨀

*Caules* procumbentes, sed non late excurrentes, ut in praecedente : *calycis* laciniae patenter pilosissimae, semper lanceolatae ac acutae !, corolla duplo triploque breviores : *corollae* omnium praecedentium duplo majores, laete vel pallide coerulescentes; labio superiore bipar-

tito ; lobulis surrectis , obtusis ; inferiore albo , ad margines tantum aliquando coerulescente, aequaliter trilobo; lobis rotundatis; basi bigibboso, gibbis punctis coeruleis sparsis notatis: *calcar* gracile, uti corolla externe pubescens; pallidum , incurvum !, acutum: *filamenta* ac *antherae* pilosae, ut in praecedente, pilis tamen longioribus: *capsula* duplo minor quam in antecedente , aegre dehiscens ! : *semina* fusca — Cum *L. Elatine* a Cl. *Bertol.* in fl. *ital. 6. p. 342* perperam confusa ; siquidem florendi tempore, florum magnitudine ac colore , sed potissimum seminibus diversa!—Denique optime Cl. *Cosson l.* c. monet capsulam esse fere indehiscentem, sed male calycinas lacinias lineares dicit, nec recte ad hanc speciem refert *L. commutata Bernh.*, siquidem haec *L. Prestandreae* affinis est, uti superius dixi.

§ III. *Linariastrum. Chav.*

Folia *simplicia, alterna vel verticillata , integerrima :* flores *spicati, aut racemosi :* capsula *dentibus valvaeformibus 4-10 dehiscens:* semina *angulosa, vel discoidea.*

6. L. speciosa. *Ten. fl. nap. 5. p. 40*— Anthirrinum speciosum. *Bertol. fl. ital. 6. p. 370.*

L. glaberrima viridi-glaucescens , caule elato stricto , foliis subcoriaceis lanceolato-linearibus acutis,supra planiusculis subtus nervo elevato subcarinatis , floribus racemoso-spicatis , pedicellis calycibusque glabris , bracteis in fructu pedicello brevioribus, laciniis calycinis ovato-lanceolatis acutis sub anthesi squarrosis, corollae (magnae)fauce ampla elongata, calcaribus rectis corolla brevioribus, capsulis elliptico-oblongis.

Ic. *Ten. l. c. t. 159.*

In agris cultis arenosis , vel subargillosis elatis, aut subdemissis; *Pieo , Chianole del Testaccio, vigne presso la Torre di Campagnano , valle di Canniani presso Moropane, Pietra sparaina, Piano de' Muori, Buceto, monte Trippiti, monte Vetta, vigne di Barano , di Fontana, di Calimera, di Serrano , e presso Pietra perciata ; ne' siti coltivati fra le selve delle Falanghe, del Fasano, e della Pera, vigne di Forio , di Panza, delle cave di Cerambi e di Brusomonte;* ec.

Majo, Octobri, et aliquando per totum annum. ♂, et ♃

*Planta* robusta, simplex aut ramosa, 1-2-pedalis: *folia* omnia alterna: *flores* parum majores, et intensius lutei, quam in *L. vulgari;* gibbis ad palatum fere croceis : *stamina* undique glabra ! : *semina* in utrisque similia ; nempe glabra, compresso-tumidula, in centro tenue granulata, et margine lato membranaceo circumdata — Cl. *Benth.* in *Dec. pr. 10. p. 273* a *L. vulgari* non separat.

7. L. CHALEPENSIS. *Mill. dict. n. 12 — Ten. fl. nap. 2. p. 51* — Antirrhinum chalepense. *Lin. sp. pl. 859 — Bertol. fl. ital. 6. p. 366.*

Ic. Antirrhinum Osyris. *Cyr. pl. rar. neap. fasc. 2. p. 21. t. 19* — L. floribus albis. *Triumph. obs. p. 87. f. 2—Riv. mon. irr. t. 83. f. 2.*

Inter segetes; *da Fontana* usque ad loca demissa, sed sporadica, et satis rara.

Aprili, Majo. ⊙

*Flores* parvi, candidi; *calcare* gracili elongato.

8. L. PELISSERIANA. *Dec. fl. fr. 5. p. 589 — Ten. fl. nap. 2. p. 51* — Antirrhinum Pelisserianum. *Lin. sp. pl. 855 — Bertol. fl. ital. 5. p. 364.*

Ic. *Sabb. H. Rom. 3. t. 4* — Chamaelinaria violacea, italica. *Barr. ic. 1162.*

In collibus apricis herbosis, ad agrorum margines in arenosis, inter segetes, et in vineis passim.

Aprili, Majo. ⊙

Erecta, glaberrima: *folia* in surculis sterilibus procumbentibus verticillata, reliqua alterna: *corollae* parvae, amoene violaceae; *calcare* gracillimo, elongato: *semina* nigra, ciliato-marginata.

## 260. ANTIRRHINUM.

*Desf. atl. 2. p. 49 — Benth.* in *Dec. pr. 10. p. 290.*

1. A. ORONTIUM. *Lin. sp. pl. 860 — Ten. fl. nap. 2. p. 54 — Bertol. fl. ital. 6. p. 376.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 531. f. 1* — A. sylvestre, sive Phytheuma. *Dod. pempt. 182* — A. arvense. *Riv. mon. irr. t. 82.*

In arvis, interque segetes ubique.

Aprili, Majo. ⊙

Erectum: *flores* albi: *capsulae* uti pars superior caulis calycesque patenter pubescentes — In plantis inarimensibus corollae calycem parum excedunt; sed planta ista cum *A. Orontio, b grandifloro* non est confundenda.

## 261. SCROPHULARIA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1614.*

1. S. PEREGRINA. *Lin. sp. pl. 866 — Ten. fl. nap. 2. p. 57 — Bertol. fl. ital. 6. p. 389.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 597 — Camer. hort. p. 157. t. 43.*

In cultis fertilibus passim, et supra murorum supercilia herbosa.

Digitized by Google

Majo, Junio. ☉
Glaberrima, erecta: *folia* lucide virentia, cordato-ovata: *pedunculi* axillares, ramosi : *flores* atropurpurei.

2. S. NODOSA. *Lin. sp. pl. 863 — Ten. fl. nap. 2. p. 55 — Bertol. fl. ital. 6. p. 380.*
Ic. *Fl. dan. 1167*—S. nodosa, foetida. *Zannich. hist. p. 242. t. 303.*
In umbrosis humentibus sylvarum ; *selve di Campagnano, di Chiummano, del Rotaro, delle Falanghe, del Fasano, di Catreca.*
Majo; Junio. ♃
Glaberrima, erecta : *radices* tuberoso-nodosae: *folia* obscure virentia, cordato-ovata : *flores* sordide ex luteo-rubentes, in racemo terminali ramoso.

3. S. BICOLOR. *Sibth. et Smith. fl. gr. pr. 2. p. 437 — Ten. fl. nap. 5, p. 42* — S. canina, *b. Bertol. fl. ital. 6. p. 394.*
Ic. *Guss. pl. rar. t. 45.*
In aridis lapidosis apricis; *fra Panza e S. Nicola*, nunc vero ob terrarum culturam fere destructa.
Majo, Julio. ♄
Glaberrima, erecta, vel ascendens, dense caespitosa : *folia* laete virentia, 2-3-pinnatifida, laciniis argute incisis : *flores* paniculati, rubentes : *corollae* appendix linearis, in medio labii superioris fauce inserta.

## 262. DIGITALIS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1017.*

1. D. MICRANTHA. *Roth nov. pl. sp. p. 284*, in *Reich. cent. 2. p. 45 — Ten. fl. nap. 5. p. 42*—D. lutea. *Ten. fl. nap. 2. p. 58*, ex ipso in *l. c. — Bertol. fl. ital. 6. p. 406*, ex parte, et quoad plantam neapolitanam.
D. glaberrima stricta, caule simplici angulato-striato, foliis lanceolatis integris vel remote denticulato-serratis, radicalibus in petiolum canaliculatum attenuatis, caulinis sessilibus, racemo denso secundo ! simplici (raro ramoso), corollae tubulosae limbo quinquefido, lobis obtusis, intermedio inferiore porrecto laterales 3-plo excedente.
Ic. *Reich. cent. 2. p. 45. f. 282, et 283.*
In sylvis passim.
Majo, Junio. ♂, et ♃
*Planta* glaberrima, laete virens : *caules* basi semper simplices, sat raro versus apicem ramosi, 1-3-pedales: *folia* acuta, caulina lanceolata, basi non dilatata, concaviuscula, vel subconduplicata, varie flexa, erecto-patentia, vel patenti-reflexa, exquisite subtus nervosa, supra lineata: *bra-*

Digitized by Google

*cteae* lanceolatae, acuminatae, integerrimae, pedunculis 2-linearibus 1-2-duplo longiores: *calycis* 5-partiti laciniae lanceolatae, acutae, ad margines glabrae, vel sub forte lente visae brevissime ciliatae, pedunculos aequantes aut superantes: *corolla* 4-5-lin. longa, versus medium subtus gibbosa, externe glaberrima, luteolo-virescens, lobis omnibus margine ciliato-glandulosis; superiore acute bilobo; lobulis obtusis, surrectis; inferiore 3-lobo; lobis duobus lateralibus brevibus patentibus, basi interne maculis duabus ferrugineis (aurantiacis *Reich.*) notatis; intermedio obtuso, longiore, 2-lin. longo, venis ferrugineis interne, sed praecipue ad apicem notato, ac pilis longis albis tecto: *filamenta* teretia, una cum *antheris* glaberrima, ac albida: *stylus* ex albo-virescens: *capsula* globoso-ovata, bisulca, acuminata, nervosa, calyce duplo longior: *semina* glabra, fere triquetra, uno latere convexa, tenuissime foveolata, rufescentia.

Cl. *Benth.* in *Dec. pr. 10. p. 452 D luteam* ab hac non separat — Ob racemum secundum!, et non dense sparsum cum icone *D. luteae Reich. l. c. f. 280* conveniret, sed corollae lobi obtusi, non vero acuti ut in icone citata exhibentur.

### 263. VERONICA.

*1. Omphalospora. Bess.*

*Sem. cymbiformia.*

1. V. agrestis. *Lin. sp. pl. 18 — Ten. fl. nap. syll. p. 14 — Bertol. fl. ital. 1. p. 100.*
Ic. *Coss. et Germ. atl. fl. Paris. t. 16. f. 3 — Reich. cent. 3. f. 440- Guss. fl. sic. t. 5* — Alsine media. *Fuchs. hist. p. 22*—V. folio Chamaedryos. *Riv. mon. irr. t. 99.*
In herbosis apricis satis rara; *Bagno.*
Aprili, Junio. ⊙
*Folia* laete virentia: *flores* pallide coerulei: *capsula* turgidiuscula, ad suturam compresso-carinata.

2. V. didyma. *Ten. fl. nap. 1. p. 6 — Bertol. fl. ital. 1. p. 101.*
Ic. V. polita. *Reich. cent. 3. f. 404, et 405.*
Ad muros, in apricis saxosis herbosis, et in cultis vulgatissima.
Novembri, Majo. ⊙
*Folia* obscure virentia: *flores* parvi, amoene coerulei: *capsulae* globoso-didymae, turgidae, ad suturam non compressae — Cl. *Benth.* in *Dec. pr. 10. p. 485* hanc a praecedente non separat, sed earum characteres constantes sunt. Confer quoque Cl. *Bertol. l. c.*

3. V. HEDERAEFOLIA. *Lin. sp. pl. 19 — Ten. fl. nap. 3. p. 16 — Bertol. fl. ital. 1. p. 104.*

Ic. *Coss. et Germ. atl. fl. Paris. t. 16. f. 1 — Viv. fl. ital. frag. fasc. 1. p. 15. t. 16. f. 2* — V. folio Hederae. *Riv. mon. irr. t. 99.*

In campis cultis apricis, et ad agrorum margines, interque segetes passim.

Februario, Aprili. ⊙

*Calycis* pyramidati laciniae cordato-ovatae, acutae, semper conniventes: *corolla* parva, pallide coerulea, basi albida.

4. V. CYMBALARIA. *Bertol. pl. gen. ed. 1. p. 3*, et *fl. ital. 1. p. 105*, ac *2. p. 758 — Ten. fl. nap. 3. p. 16.*

Ic. *Viv. fl. ital. frag. fasc. 1. p. 14. t. 16. f. 1* — V. chia, Cymbalariae folio, verna, flore albo, umbilico virescente. *Buxb. cent. 1. p. 25. t. 30. f. 2*, rudis.

Ad muros, ad maceries, et in saxosis apricis; *Bagno, ed alla Cercola, Campagnano, Chiummano*; sed non satis obvia.

Decembri, Aprili. ⊙

*Caules*, petioli, pedunculi, calycesque patenter pilosi: *folia* basi cordata, vel rotundata, nunquam cuneata, obtuse dentato-lobata: *calycis* laciniae ovato-ellipticae, in fructu patentes: *capsulae* hirsutae: *semina* subglobosa, ore cymbae hiante, circa istud radiatim rugosa, dorso levia.

5. V. PANORMITANA. *Tin.* in *Guss. syn. 1. p. 17 — Bertol. fl. ital. 2. p. 776.*

V. glabrata, caule procumbente, foliis grosse dentato-crenatis obtusiusculis ovatis, inferioribus cordatis, reliquis basi truncatis vel subcuneatis, calycinis laciniis obtusis ovato-ellipticis in fructu patentibus, capsulis didymis pedunculisque glabris vel sparse pilosis, seminibus globosis dorso levibus, circa os cymbae radiatim rugosis.

Ic. *Parlat. fl. Pan. t. 1.*

Ad maceries, ad muros; *Bagno, ed alla Cercola, Campagnano*; ec.

Martio, Aprili. ⊙

*Flores* albi: *pedunculi* tam inferiores, quam superiores folio subjecto longiores, non illis breviores, uti ex *Bertol. l. c.*, cujus descriptio ex parte cum sequente convenit.

6. V. CUNEATA. *Guss.*

V. glabrata, caule procumbente, foliis inferioribus ovatis (non cordatis), superioribus obovato-cuneatis, omnibus a medio ad apicem acute dentato-serratis, laciniis calycinis ellipticis in fructu patentibus, capsulis didymis glabris vel sparse pilosis, seminibus globosis circa os cymbae radiatim rugosis, rugis in dorso subobliteratis.

Ic. *nostra tab. VIII. f. 2. d, e, f, g, h, i.*

In umbrosis ad rupes, ad muros, et ad maceries, ex quibus saepe dependens; *Ischia all'Arso, Bagno a S. Michele, alla Cercola, Casamicciola, Lacco, Serrano, Forio*; ec. magis quam duae praecedentes frequens.

Martio, Aprili. ⊙

Haec et duae antecedentes quoad habitum, pedunculos, calycem, corollam albam, ac semina similes sunt, et nonnisi sedula comparatione in siccis plantis rite dignosci possunt—In *V. cymbalaria* habitus robustior, pubescentia major, folia firmiora ac crassiora, corollae paullo majores—*V. panormitana*, et ista nostra, glabritie majore omnium partium, habitu graciliore, colore magis virente, foliis tenuioribus a *V. cymbalaria* recedunt; et inter se differunt foliorum forma, ac incisione — *Capsulae* in utrisque glabrae, aut pilis sparsis tectae, non pilis approximatis ac confertis, ut in *V. Cymbalaria*.

§ II. Veronicastrum. *Koch*.

Racemi *in caule ramisque terminales*: semina *plana*, *peltiformia*.

7. V. arvensis. *Lin. sp. pl. 18 — Ten. fl. nap. 3. p. 16 — Bertol. fl. ital. 1. p. 92.*

Ic. *Coss. et Germ. atl. fl. Paris. t. 16. f. 12* — Alyssum Dioscoridis. *Column. phyt. p. 27. ic. p. 28.*

Ad vias, ad agrorum margines, inter segetes, et in pascuis apricis passim. Februario, Majo. ⊙

Pallide virens, pubescens; *flores* parvi, coerulei, subsessiles.

§ III. Chamaedrys. *Koch.*

Racemi *axillares*: semina *biconvexa*; *vel convexa, et hinc plana.*

8. V. officinalis. *Lin. sp. pl. 14—Ten. fl. nap. 1. p. 5. var. a.—Bertol. fl. ital. 1, p. 65.*

Ic. *Coss. et Germ. atl. fl. Paris. t. 17. f. 1* — V. vulgatior, folio rotundiore. *Bauh. hist. 3. p. 272.*

In umbrosis sylvarum; *selve di Campagnano, del monte Vezza, del Castiglione, del Rotaro, di Catreca, delle Falanghe, e del Fasano.* Aprili, Majo. ♃

*Flores* pallide coerulei: *capsulae* compressae, obtuse emarginatae.

9. V. Anagallis. *Lin. sp. pl. 16 — Ten. fl. nap. 3. p. 12 — Bertol. fl. ital. 1. p. 70.*

Ic. *Coss. et Germ. atl. fl. Paris. t. 17. f. 7* — Beccabunga minor. *Riv. mon. irr. t. 100.*

In humentibus, vel ad rivulos; *Moropane all'acqua de'Nitroli, Ciovone all'acquedotto, Casamicciola nel vallone del Monte della Misericordia, Lacco nel vallone del Larito.*

Aprili, Majo. ⊙, et aliquando ♃

Monendum hic puto, quod Cl. *Webb* in *Phyt. can. v. 3. pars 2. sect. 3. p. 148* putat *V. anagalloidem* formam esse hujus speciei in siccioribus provenientem; sed utraeque saepius simul crescunt, et *V. anagalloides* forma elliptica capsularum a *V. anagallide* semper diversa permanet.

## 261. EUFRAGIA.

*Griseb. spic. fl. Rum. 2. p. 13* — *Benth.* in *Dec. pr. 10. p. 542.*
( non Euphrasia *Lin.* )

1. E. LATIFOLIA. *Griseb.* in *Dec. pr. 10. p. 542* — Bartsia latifolia. *Ten. fl. nap. 5. p. 33*, ac *Bertol. fl. ital. 6. p. 276*, quoad plantam neapolitanam, non siculam.

   E. intense virens pubescens glanduloso-viscosa, caule erecto simplici vel basi ramoso, foliis omnibus oppositis ovatis ellipticisque, inferioribus crenatis, superioribus inciso-serratis, floribus dense spicatis 4-fariam imbricatis, corollae (violaceo-atropurpureae in fauce albae) tubo vix exerto gracili, labio superiore abbreviato, antheris glabris villo connexis.

   Ic. *Sabb. hort. 3. t. 7* — *Column. ecphr. 1. t. 202. f. 2.*

   In apricis herbosis passim tam demissis, quam elatis.

   Martio, Aprili. ⊙

   Ab *E. atroviolacea Durieu fl. alg. ined.* in *Blanco cat. pl. hispan. 1849. n. 195* praeter notatos characteres differt, uti notat *Blanco l. c.*, *habitu* firmiore, foliis obscure virentibus, evolutione seriore — Planta sicula ad speciem Durieaei spectat ex observatione *Blanco*, sed vix diversa.

2. E. VISCOSA. *Benth.* in *Dec. pr. 10. p. 543* — Bartsia viscosa. *Lin. sp. pl. 839* — *Ten. fl. nap. 5. p. 33* — *Bertol. fl. ital. 6. p. 269.*

   Ic. Alectorolopos italica, luteo-pallida. *Barr. ic. 665.*

   In humentibus sylvaticis; *Fontana*, ubi rara; at copiose provenit in apricis sylvarum; *sopra la Cava della Fontana fino al Capomanno sopra Casamicciola.*

   Aprili, Majo. ⊙

   *Planta* undique molliter pubescens, et ob pilos glanduliferos glutinoso-viscosa: *calycis* laciniae in fructu elongatae, et una cum bracteis squarroso-patentes: *corollae* luteae tubus calycem aequans; labii inferioris 5-lobi lobis planis, integerrimis, aequalibus, labium superius excedentibus: *antherae* hirsutae, basi bicuspidatae: *stylus* glaber, luteolus: *stigma* globosum, depressum, viridulum, pubescens: *semina* minutissima, flavida, fere semiovata, sed sub lente levia vidi, non striata, uti ex *Benth.*

### 265. ODONTITES.

*Pers. syn. 2. p. 150.*

1. O. LINIFOLIA. *Don.* ex *Benth.* in *Dec. pr. 10. p. 550*, sub *O. lutea* — Euphrasia linifolia. *Lin. sp. pl. ed. 1. p. 604* , et *s. veg. ed. XII. v. 3. p. 403* — *Ten. fl. nap. 5. p.31* — *Guss. syn. 2. p. 112.*
Ic. *nulla.*
In collibus apricis vel siccis, in sylvaticis aridis, vel herbosis passim.
Septembri, Octobri. ⊙
Vulgo *Fiorilli gialli di bosco.*
Glabra, erecta, brachiato-ramosa: *flores* amoene lutei, in racemis terminalibus — Uti recte notat Cl. *Ten. l. c.* species ista calycibus glabris, capsulisque ad apicem tantum longe barbatis ab *O. lutea* dignoscitur, pro qua confer iconem *Coss. et Germ. atl. fl. Paris t. 18. f. 1, 2, 3;* ac ad istam pertinet icon *Columm. ecphr. 1. p. 203*: illam enim ejusdem auctoris *ecphr. 2. p. 68. t. 69* ad *O. linifoliam* adductam, ad *Euphrasiam tenuifoliam Pers. syn. 2. p. 150* (quae *E. linifolia Brot.* non *Lin.*) spectare putat Cl. *Koch* in *syn. ed. 2. p. 630*; quamvis melius ex *Bertol.* in *fl. ital. 6. p. 296* ad *E. tricuspidatae* varietatem pertinere videtur. Interim iste Cl. auctor *l. c. p. 294*, et *Benth.* in *Dec. pr. 10. p. 550* hanc nostram plantam ad *E. luteam* trahunt, et sub specie ista tam *E. luteam*, quam *E. linifoliam Ten.* ( quae quoque nostra ) referunt.
2. O. SEROTINA. *Reich. fl. germ. 1. p. 359* — Euphrasia serotina. *Ten. fl. nap. 5. p. 30* — Bartsia serotina. *Bertol. fl. ital. 6. p. 274.*
Ic. Euphrasia sylvestris, major, purpurea. *Columm. ecphr. 1. p. 201. t. 202* — *Barr. ic. 276. f. 2.*
In apricis sylvarum, in fruticetis, et ad sepes in herbosis passim.
Septembri, Octobri. ⊙
Vulgo *Fiorilli di bosco russi.*
Pubescens, brachiato-ramosa: *flores* rosei, in racemis terminalibus — Ab *O. rubra* non separat Cl. *Benth.* in *Dec. pr. 10. p. 552* , tamen ejus forma constans apud nos est.

## 58. OROBANCHEAE. *Lindl.*

### 266. OROBANCHE.

*Reuter* in *Dec. pr. 11. p. 15.*

1. O. RAPUM. *Thuil. fl. Paris. ed. 2. p. 317* — *Reut.* in *Dec. l. c. p. 16.*
*b. bracteosa. Reut. l. c.*

O. sordide carnea, furfuraceo-villosa, spica florum nubili comosa, sepalis irregulariter bipartitis lanceolato-acuminatis, corolla tubulosa subinflata curvata basi non strumosa, lobis omnibus crispulis (non dentatis), labio superiore emarginato-bilobo fornicato, inferiore 3-lobo, lobis plicato-concavis, lateralibus acutiusculis, intermedio latiore (non longiore) obtusiusculo, filamentis ad basim tubi insertis a basi ad medium glaberrimis, a medio ad apicem sparse breviterque glanduloso-pilosis, antheris defloratis albis, stylo a medio vel a basi ad apicem glanduloso-piloso, stigmate didymo nitide luteo.

Ic. *Reich. cent. 7. f. 897 — Coss. et Germ. atl. fl. Paris. t. 19. f.* A, optima.

c. *flavescens;* floribus intense et sordide carneo-flavescentibus, stigmate aureo!

Ad radices *Cytisi triflori*, et *candicantis* utraeque varietates parasiticae in sylvis boream spectantibus.

Aprili, Junio. ⊙

Vulgo *Nea*, una cum sequentibus.

*Scapi* firmi, saepe usque 2-pedales, et acute angulati, basi crassiores, et inferne squamis magis approximatis tecti: *bracteae*, uti *squamae*, lanceolatae, acuminatae, atrofuscae, vel atrorubentes, corollas explicatas subaequantes, sed in apertis longiores, ideoque spica florum (quae 5-12-pollicaris) dum nubilis comosa: *sepala* obsolete 1-2-nervia; laciniis corolla duplo brevioribus: *corollae* sordide carneae, ingrate olentes, villis subglandulosis crispis superne tectae, antrorsum parum curvatae, labio superiore inferiorem non excedente, lobis in fornicem conniventibus; inferiore trilobo; lobis subaequalibus; tubo corollae brevi conscricto, nec inflato: *filamenta* non coalita, teretiuscula, albida, a medio ad apicem incurvata: *antherae* lobis mucronatis: *stylus* albus: *stigma* nitide luteum in *b*, aureum in *c*; in qua varietate (quae forsan alia species) *bracteae* minus acuminatae corollas subaequant, idoque spica nubilis non comosa; *florum* color diversus; *stamina* et *stylus* glabriora; *stylus* superne albidus, non roseus; *stigma* aureum, profunde bilobum.

Descriptio Cl. *Duby* in *Bot. gall. p. 348* cum nostra satis convenit, uti quoque illa *Dec. fl. fr. 3. p. 488*, nec non icones citatae: tamen planta ista apud nos non flavo-rubens, sed pallide et sordide undique carnea. Praeterea descriptiones Cl. *Reuter* in *Dec. l. c.*, et *Koch syn. ed. 2. p. 613* in multis recedunt; siquidem sepala non sunt plurinervia, nec corollae tubum subaequantia, sed breviora: corolla *O. cruentae* minime similis, et sicca non luteo-fusca, sed sordide rubescens; non campanulata, sed potius tubuloso-subinflata, basi numquam strumoso-ventricosa; labii superioris lobi conniventi-fornicati, non patentes; nec labii inferioris lobus medius lateralibus duplo major, tamen subaequalis: stigma

Digitized by Google

emarginato-bilobum, non immarginatum — Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 6. p. 427* ad *O. majorem* refert uti sequentem; an recte? — An species propria, et *O. carnea* appellanda ?

2. O. crinita. *Viv. fl. Corsic. sp. nov. p. 11 — Ten. fl. nap. 5. p. 44 — Bertol. fl. ital. 6. p. 445.*

Ic. *nulla.*

Ad radices ; *Loti cytisoidis; Lacco al monte Vico scendendo a S. Montano, Forio alle fumarole nella contrada del Bell'omo,* ubi copiosa.

Aprili, Majo. ⊙

*Planta* undique atro-sanguinea : *scapi* 1/2-1-pedales, pilis glanduliferis brevibus, uti reliquae partes, pubescentes (floribus exceptis) : *squamae* adpressae, concavae, acuminatae, inferiores magis approximatae : *bracteae* squamis conformes, flores inapertos superantes, inde aequantes ac adpressae, basi latae ac concavae: *sepala* basi albida, corollis et bracteis fere duplo breviora, 2-partita ; laciniis carinatis, acutis, enerviis ; altera saepe breviore : *flores* inodori, densissime spicati : *corolla* 5-6 lin. longa, parum curvata, tubulosa, fauce non dilatata ; lobis irregulariter denticulato-crispis ; labio superiore concavo, fornicato, dorso carinato, saepe basi transverse plicato, emarginato-bilobo ; lobis margine surrectis ; labio inferiore ad superiorem subadpresso, ad basin prope faucem gibboso, varie corrugato-plicato, et illam fere claudente, 3-lobo ; lobis lateralibus minoribus, intermedio latiore : *stamina* prope basim tubi inserta, inclusa : *filamentis* a basi ad medium albidis ac glaberrimis, vix dilatatis et compressis, a medio ad apicem roseis, teretibus, sparse puberulis ; *antheris* luteis, glabris: *stylus* pallide roseus, apice curvatus, sparse puberulus ; *stigmate* didymo, sanguineo, in corollae fauce prominente ; lobis in medio foveola notatis : *germen* basi albo-virescens.

3. O. pruinosa. *Lapeyr. suppl. p. 87 — Ten. fl. nap. 4. pr. in fol. p. 88 — Bertol. fl. ital. 6. p. 437.*

Ic. O. Viciae Fabae. *Vauch. mon. Orob. p.51. t.5 — Reich. cent.7. f.911.*

Ad radices *Viciae Fabae, Pisi sativi*, nec non aliarum *Leguminosarum* cultarum.

Aprili, Majo. ⊙

*Bracteae* lanceolato-acuminatae, corollam aequantes : *sepala* rosea, irregulariter bipartita; laciniis lineari-attenuatis, altera breviore : *flores* grate *Caryophyllum* olentes: *corolla* sordide alba, venis tamen coerulescentibus notata, tubulosa, recta, nec curvata, pilis glanduliferis tecta ; lobis omnibus crenulato-denticulatis, undulato-plicatis; labio superiore 2-lobo, subfornicato, lobis surrectis: inferiore subaequaliter 3-lobo, lobis varie plicatis, lateralibus rectangule patentibus: *filamenta* albida, ad basim tubi inserta, inferne villis glandulosis tecta, superne ac *pistillum*

undique pilis sparsis glanduliferis vestita : *antherae* apiculatae : *stylus* basi albidus, superne purpureo-roseus, ibique incurvus : *stigma* bilobum, villosiusculum, lateritio-coccineum, vel roseum.

4. O. PUNCTATA. *Schultz* in *Dec. pr. 11. p. 36*, ex specimine attico ab amico *Heldr.* communicato.

*b. glabrata.*

O. sepalis 1-vel obsolete plurinerviis ex ovata basi lanceolato-subulatis indivisis bifidisque margine fimbriato-glandulosis corollae tubum aequantibus, corolla campanulata dorso arcuata externe pilis raris glandulosis tecta (punctis venisque violaceo-purpureis longitudinalibus picta), lobis omnibus crenulato-crispis, labio superiore latiore concaviusculo surrecto emarginato-bilobo, inferiore 3-lobo, lobo intermedio lateralibus sublongiore, staminibus prope basim tubi insertis inferne glabris ! a medio ad apicem uti stylo glanduloso-pilosis, stigmate bilobo sanguineo.

Ic. *nulla.*

In apricis ; *Bagno*, ad radices *Leguminosarum.*

Aprili, Majo. ⊙

*Habitus* praecedentis; *scapi* atrorubentes, et uti bracteae ac sepala hinc inde pilosi : *squamae* ac bracteae lanceolato-acuminatae, sparsae, inferiores approximatae : *bracteae* corollam aequantes: *flores* ut in praecedente olentes : *corolla* alba, ad lobos coerulescens ; lobis omnibus irregulariter crenulato-crispis; ad basim labii inferioris gibbae duae, obtusae, prominulae, sulco divisae : *filamenta* candida : *stylus* superne roseus, sordide violaceum ex *Heldr.*— In specimine attico corollae pilis crebris glandulosis tectae sunt.

5. O. HEDERAE. *Duby bot. gall. p. 350 — Reut.* in *Dec. pr. 11 p. 29— Ten. fl. nap. app. 5. p. 17.*

O. scapo glabrato laxe squamoso, bracteis ovato-lanceolatis flores aequantibus, sepalis integris bifidisque lanceolato-attenuatis corollae tubum superantibus, corolla tubulosa subincurva compressiuscula, lobis omnibus crispatis integris, labio superiore emarginato-bilobo, lobis conniventibus, inferioris 3-lobi, lobo medio latiore ac longiore, staminibus infra medium tubi insertis styloque glabris vel parce villosis, stigmate luteo ! depresse globoso.

Ic. *Vauch. mon. Orb. p. 56. t. 8.*

Ad radices *Hederae Helicis* passim in sylvaticis, et ad sepes; *cavone delle Rose presso Chiajano, cavone delle Nocelle, selve di Campagnano, di Chiummano*; ec.

Majo, Junio. ⊙

*Scapi* atrorubentes, palmares, ad summum 10-pollicares : *spica* florum non comosa (et flores saepe ab ipsa basi scapi) laxiuscula, floribus inferioribus saepe remotis: *squamae, bracteae*, ac *sepala* atroviolacea, pilis

sparsis crispulis tecta : *corollae* angustae, magnitudine fere *O. minoris*, sed ex viridi-atroviolaceae, vel albidae: *antherae* basi subbarbatae, una cum *stigmate* exertae in fauce corollae, sed sub labio superiore reconditae — Perperam cum *O. minore* istam associat Cl. *Bertol. in fl. ital. 6. p. 421*, in quam nunquam transit.

6. O. PUBESCENS. *Urvill. en. pl. Arch. p. 76* — *Reut.* in *Dec. pr. 11. p. 27* — O. villosa, et O. Chrysanthemi *Schultz.* — O. villiflora *Koch ms.* ex *Reut. l. c.* — O. Salisii. *Requ. pl. exsicc.* ex Corsica.

O. scapo in globum basi incrassato, spica laxiuscula subcomosa, sepalis obsolete 2-nerviis integris vel inaequaliter bifidis, laciniis attenuato-setaceis tubum corollae superantibus, corolla tubuloso-campanulata externe pilis articulatis tecta, antice subcurvata, lobis irregulariter denticulato-crenulatis, labio superiore concavo vix emarginato, inferioris 3-lobi lobis rotundatis, intermedio majore staminibus infra medium tubi insertis a basi ultra medium styloque superne sparse piloso-glandulosis, stigmatis sanguinei bilobi lobis divaricatis immarginatis.

Ic. *nulla.*

*b. divaricata ;* lobi medii labii inferioris gibbis distantibus ( non approximatis ut in *a.* ), stigmate carneo.

In apricis, et ad vaporaria humentia ad radices *Compositarum*, uti *Anthemidis incrassatae, Chrysanthemi segeti* ec., var. *b.* ad radices *Crepidis bulbosae.*

Aprili, Majo. ☉

Tota planta sanguineo-rubens, sparse pilosa; pilis in parte superiore scapi copiosioribus ac glanduliferis : *scapi* 3-12-pollicares : *squamae* ovato-lanceolatae, acuminatae, infimae imbricatae: *bracteae* squamis conformes, enerviae, corollam aequantes, ante anthesim in apice spicae illam superantes, ideoque spica subcomosa: *sepala*, dum bifida, lacinia altera brevissima: *corolla* ad summum 4-7 lin. longa, basi albida, caeterum sordide rubescens, vix curvata, tubulosa, fauce nempe non dilatata ; labio superiore non ampliato; inferioris lobis patentibus: *genitalia* in corollae fauce subexerta : *filamenta* alba, ad apicem glaberrima : *antherae* fuscae, mucronulatae, subbarbatae : *stylus* albido-rubens, basi glaber, superne intensius coloratus.

In var. *b. corollae* labium superius fornicato-concavum, lobis omnibus denticulato-crispis ; *gibbis* lobi intermedii labii inferioris distantibus, in *a.* approximatis; *filamenta* a medio ad basim villis eglandulosis tecta ; *stylus* albidus, glaber; *stigma* subpapillosum — Habitus *O Hederae*, sed praeter alios characteres, etiam stigmatis colore diversa— O. barbata. *Guss. syn. 2. p. 103*, non aliorum, hujus varietas videtur.

7. O. MINOR. *Sutt.* in *act. Soc. Lin. 4. p. 178* — *Willd. sp. pl. 3. p. 350* — *Ten. fl. nap. 5. p. 43* — *Bertol. fl. ital. 6. p. 420*, excl. nonn. syn.

Ic. *Reich. cent. 7. f. 876, 877, 879* —*Coss. et Germ. atl. fl. Paris. t. 19. f. F.*

*b. flavescens*; floribus flavescent'-concoloribus laxioribus, corollis minus arcuatis. *Reut.* in *Dec. pr. 11. p. 29.*

c. *lutescens;* floribus uti parte superiore scapi pallide albido-lutescentibus, corollis vix curvatis, spica densa.

Ad radices *Oenanthes pimpinelloidis*, nec non aliarum plantarum: var. *b.* ad illas *Hypochaeridis neapolitanae;* var. *c*, ad radices *Carlinae involucratae*.

Aprili, Majo. ☉

*Bracteae* sanguineae, uti calyces et sepala, calyce adpressae, ovato-lanceolatae, acuminatae, corollam aequantes: *sepala* bipartita; laciniis acuminatis, saepe inaequalibus: *corolla* sordide ac pallide rubens, striis sanguineis notata, tubulosa, subcurvata; labio superiore emarginato; lobulis obtusis; inferiore 3-partito; lobis subaequalibus, rotundatis; omnibus vix crispato-denticulatis: *filamenta* prope basim tubi inserta (versus medium *Coss. et Germ.*), basi tantum subciliata, caeterum glaberrima, uti *stigma*, quod divaricato-bilobum, kermesinum.

In var. *b. scapus* basi squamis ovato-lanceolatis acuminatis adpressis rufescentibus tectus, rubens vel sordide flavescens: *bracteae* squamis similes, apice magis attenuatae, corollae arcte adpressae, illam aequantes: *sepala* rubentia, corollae fere aequilonga, aliquando integra, saepius bipartita; laciniis aequalibus, vel altera breviore: *flores* inodori, sessiles, vel aliquando inferiores pedunculati: *corolla* ochroleuco-flavescens, rectiuscula, 5-6 lin. longa, tubulosa, fauce nempe non dilatata; lobis irregulariter denticulato-crispatis, subaequalibus; superiore concaviusculo; inferioris lobis duobus lateralibus cum intermedio fere conduplicato-plicatis; ideoque gibbis duabus inter lobos laterales et medium ad basim prominentibus, ac corollae faucem claudentibus, ut in *Antirrhino: filamenta* albida, ad basim tubi inserta, inferne latiora, ibique villis eglandulosis tecta, caeterum glabra: *antherae* inclusae, sub stigmate reconditae, fere globosae, apiculatae: *ovarium* et *stylus* albidum, aut iste rubescens: *stigma* intra corollae faucem prominens, sed labio superiore corollae brevius, didymum, albidum, aut pallidissime roseum, granulatum.

In var. *c. flores* ingrati odoris, et uti pars superior plantae pallide albido-lutescentes: *squamae* sparsae, et simul cum bracteis fuscae ac acutae, vel acuminatae: *bracteae* corollam aequantes aut superantes: *sepala* bipartita; laciniis ex ovata basi acuminato-attenuatis, corolla brevioribus: *corolla* tubulosa, vix curvata; lobis crenato-crispatis; in lobo medio labii inferioris gibbae duae obsoletae: *filamenta* supra basim tubi corollae inserta, albida, basi villosa, apice glabra: *stylus* albidus, vix



Digitized by Google

ad apicem pubescens et glandulosus : *stigma* didymum , sordide albidum!

## 267. PHELIPAEA.

*Reut.* in *Dec. pr. 11. p. 4.*

1. P. COERULEA. *Meyer. en. pl. cauc. 1. p. 4 — Dec. l. c. p. 5*—Orobanche coerulea. *Ten. fl. nap. 2. p. 64—Bertol. fl. ital. 6. p. 419*, sed confer *O. stricta* ejusdem *l. c.*

*b. Millefolii;* humilior, corolla molliter pubescente ciliata lavandulacea , aut coelestina. *Dec. l. c. p. 6.*

Ic. *Reich. cent. 8. f. 1056, et 1057.*

In apricis siccis subarenosis elatis ; *presso S. Nicola, monte Vetta , nei siti operti delle selve delle Falanghe, di Catreca, del Rotaro , di Buceto* ad radices *Achilleae ligusticae*, sola var. *b.*

Majo, Junio. ⊙

*Squamae* fuscae, sparsae, lanceolato-acuminatae : *bracteae* fuscae , ex ovata basi lanceolatae, concavae, acute carinatae, calyce adpressae , isto breviores : *bracteolae* duae,anguste lineares ad basim calycis; cujus dentes quatuor lanceolato-acuminati , corolla duplo breviores, sed aliquando dens quintus brevissimus adest : *corolla* fere tubulosa , antrorsum subcurvata; tubo albido subconstricto ; labio superiore bilobo ; lobis obtusiusculis, inferiore trilobo; lobis acutis; omnibus vero subcrenulatis, ciliatis : *filamenta* fere ad basim tubi corollae inserta, albida, glaberrima: *antherae* albidae, aristulatae, rima superiore breviter barbatae: *stylus* pilis brevibus glanduliferis ad apicem crebrioribus tectus: *stigma* albidum, bilobum; lobis patentibus.

2. P. MUTELI. *Schultz* in *Mutel. fl. fr. 2. p. 353 — Reut.* in *Dec. pr. 11. p. 8* — Orobanche ramosa. *Ten. fl. nap. 2. p. 64*, non *Lin.* — *Bertol. fl. ital. 6. p. 452*, ex parte ?

P. scapo ramoso, spicis densifloris abbreviatis, calycis 4-fidi lobis lanceolatis acutis, corolla antrorsum curvata supra ovarium contracta superne ampliato-inflata, dorso sub apice convexa, lobis corollae ovatis obtusiusculis ciliatis, illis labii inferioris subaequalibus inter se plicaturis convexis villosis hirsutis instructis, staminibus glabris vel basi villosiusculis, antheris styloque glabris, stigmate retuso bilobo.

Ic. *Mutel. atl. t. 43. f. 314* ; et *supp. t. 2. f. 5*, ex *Reut.* in *Dec. l.c.*

In cultis, et in apricis ad radices *Leguminosarum*, et *Compositarum.*

Aprili, Majo. ⊙

*Scapi* 2-5-pollicares : *bracteae* fuscae , ex ovata basi lanceolatae , concavae, calycem subaequantes, corollis duplo breviores : *bracteolae* latera-

les lineari-lanceolatae, virentes, carinatae, acuminato-attenuatae, calycinis laciniis subaequilongae : *calyx* albidus, superne fissus, 4-partitus; laciniis carinatis, attenuatis, tubo corollae brevioribus: *corollae* externe glanduloso-pubescentes, ad medium antrorsum curvatae, ac constrictae, basi albidae, caeterum amoene cyaneae; lobis omnibus integerrimis, obtusiusculis, ciliato-denticulatis; labio superiore concavo-bipartito, lobis surrectis; inferiore subaequaliter 3-lobo, lobis inter se plicaturis gibbosis albis villoso-hirsutis interjectis : *stamina* inclusa, supra basim tubi corollae inserta ; *filamentis* basi viridulis ac puberulis ; caeterum candidis, glaberrimis, undique teretibus; *antheris* albidis, glabris: *ovarium* albidum: *stylus* glaber, pallide coerulescens, apice curvatus : *stigma* orbiculare, in medio sulcatum, ideoque bilobum album, sub labio superiore corollae reconditum, et vix ultra faucem prominens—Species *P. ramosae* ita proxima, ut cum illa saepe adhuc confusa.

## 59. ACANTHACEAE. *Brown.*

### 258. ACANTHUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1065.*

1. A. MOLLIS. *Lin. sp. pl. 891 — Ten. fl. nap. 2. p. 59 — Bertol. fl. ital 6. p. 438.*

*Ic. Lam. ill. t.550—Riv. mon. irr. t.87*—A.sativus. *Dod. pempt. 707.*

Ad rupes, et in sylvaticis humentibus; *Bagno, Pieo, Testaccia, Casamicciola presso al Cacciuto e nella via che sale a Montecito presso le siepi, cava di Cerambi, Lacco superiore, Forio, Panza.*

Aprili, Majo. ♃

Vulgo *Brancalupo*, et ejus folia tam a pecudibus, quam a capreis expetuntur.

Acaulis, glaberrimus, inermis, plus minus foetens: *folia* varie sinuato-pinnatifida ; dentibus simpliciter mucronatis : *bracteae* latae, spinoso-dentatae : *flores* albi, fere 2-pollicares, spicati.

## 60. VERBENACEAE. *Juss.*

### 260. VERBENA.

*Schauer. in Dec. pr. 11. p. 535.*

1. V. OFFICINALIS *Lin. sp. pl. 29 — Ten. fl. nap. 3. p. 19.—Bertol. fl. ital. 6. p. 266.*

Ic. *Bull. herb. t. 215* — V. recta. *Dod. pempt. 150* — Verbena. *Riv. mon. irr. t. 46*, optima.

Ad vias, et in cultis ubique.

Junio, Septembri. ♃

Vulgo *Vervena.*

Erecta, glabra: *folia* lyrato-pinnatifida: *flores* parvi, coerulei, remote spicati.

270. VITEX.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1060.*

3. V. Agnuscastus. *Lin. sp. pl. 890 — Ten. fl. nap. 5. p. 29 — Bertol. fl. ital. 6. p. 415.*

Ic. *Duham. arb. ed. 2. v. 6. t. 53* — Vitex. *Matth. comm. 1. p. 177 — Riv. mon. irr. t. 118.*

In campis arenosis humentibus; *Bagno presso al Lago, ed alle Pezze*, sed nunc fere destructus, *via del Crovone, e del Testaccio, marina de' Maronti, e di S. Montano.*

Julio, Augusto. ♄

Vulgo *Aino.*

*Frutex* caespitosus, erectus: *folia* decidua: *spicae* 3-6-pollicares, in apice ramorum solitariae, sed saepius ternae, lineari-pyramidatae: *calyces* et *pedicelli* canescentes ac villosiusculi: *corollae* externe rubescentes et pallidae; limbi lobis interne una cum filamentis et stylo coeruleis, obtusis, convexis, replicatis; tubo interne in medio villis pallidissime coeruleis obducto: *stamina* et *pistillum* corollam excedentia.

## 61. LABIATAE. *Juss.*

271. LAVANDULA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 769.*

1. L. Stoechas. *Lin. sp. pl. 800 — Ten. fl. nap. 5. p. 7 — Bertol. fl. ital. 6. p. 79.*

Ic. *Sering. Lavan. t. 3. f. 1* — Stoechas arabica. *Barr. ic. 301 — Riv. mon. irr. t. 55.*

In aridissimis collibus saxosis vel lapidosis subelatis aut demissis; *sommità del Cratere del Rotaro, e del Montagnone, all'Arso sotto Chiajano, cavone del Panzese ne' margini delle vigne, Punta di S. Angelo, coste di Soccivo, delle Petrelle, e del Funnolillo, Panza nelle colline*

*di Campotese*, *di Citarria ed alla Guardiola di S. Gennaro*, *Punta dell'Imperatore presso Forio.*

Aprili, Majo. ♄

*Suffrutex* humilis, sempervirens, undique tenue tomentoso-canescens: *spica* dense imbricata, aliquando una cum *coma* deformata compresso-dilatata: *bracteae* latae, rhombeo-ovatae: *flores* parvi, saturate coerulei.

### 272. MENTHA.

*Benth.* in *Dec. pr. 12. p. 164.*

1. M. MACROSTACHYA. *Ten. fl. nap. 2. p. 30* — *Bertol. fl. ital. 6. p. 21*, excl. non. syn.

M. foliis sessilibus cordato-ovatis crenato-dentatis obtusis rugosis supra pilosis, subtus villo o-incanis, spicis cylindraceis basi subinterruptis, staminibus exertis, pedicellis glabris, bracteis lineari-lanceolatis verticillo brevioribus, calycibus breviter hirsutis striatisque in fructu subglobosis, dentibus ovato-lanceolatis acutis.

Ic. *Ten. l. c. t. 56* — Menthastrum spicatum, folio crispo rotundiore. *Bauh. hist. 3. p. 219.*

*b.* staminibus inclusis.

*c. microcalycina*; pedicellis brevissimis hirsutiusculis, calycibus parvis (semel quam in *a.* minoribus) obsolete glandulosis, floribus in spicis elongatis 3-6-pollicaribus dispositis, verticillis remotiusculis, staminibus exertis.

In humentibus sylvaticis, et ad vias passim tam in elatis, quam in demissis: var. *b. al Crovone, ed all'Arso alla Nsertolella*: var. *c. nella strada della valle del Crovone*, simul cum var. *b.*

Junio, Septembri. ♃

Vulgo *Mentastro* una cum tribus sequentibus.

*Floribus* albidis, rubris, vel ex rubro-purpureis variat, uti pedicellis aliquando hirsutiusculis — An var. *c.* species propria?

2. M. AMBIGUA. *Guss.* — M. macrostachya, *d. Guss. syn. 2. p. 69* — M. sylvestris, *d. pubescens. Koch syn. ed. 2. p. 633*, ex quo M. balsamea. *Willd. en. 2. p. 602?*, sed excl. syn. M. macrostachyae. *Ten.*

M. foliis oblongo-ovalibus sessilibus argute serratis obtusiusculis utrinque rugosis virentibus villosisque, spicis lineari-cylindraceis elongatis basi subinterruptis (floribus coeruleis) staminibus exertis, bracteis ex ovata basi lanceolatis inferioribus calyces excedentibus calycibus, (parvis) spicarum rachide pedunculisque breviter denseque piloso-hirsutis, dentibus brevibus triangularibus acutis demum conniventibus tubum obsolete striatum aequantibus.

Digitized by Google

Ic. nostra *tab. XI. f. 1. a.*

In humentibus argilloso-arenosis ; ***Chianole del Testaccio presso al sito ove sboccano le lave, e ne' salicetti presso la Piana de' Muori***, una cum praecedente, in qua etiam culta, non transit !

Julio, Augusto. ♃

***Caules*** erecti, 1-3-pedales, pilis reversis brevibus villosi, basi simplices, superne vero ramosi : ***folia*** omnia sessilia, 1/2 2 poll. longa, 5-12 lin. lata, forma *M. inarimensis*, rugosa ac scabriuscula, semper acute serrata, supra glabriora et laete virentia, subtus villosiora ac pallidiora, tamen non canescentia : ***spicae*** in apice caulis et ramorum semipatentium 2-5-pollicares, tenues, laxiusculae, acuminatae, verticillis 1-3 infimis aliquando remotis : ***bracteae*** ciliatae !, inferiores latiores, sat raro dentatae : ***calyces*** canescentes, in fructu subglobosi, nec glandulosi, nec striati, sed exquisite nervosi : ***corollae*** laete coeruleae : ***odor*** gratus, ab antecedente omnino alienus.

3. M. SEROTINA. *Ten. fl. nap. 5. p. 8.*

M. foliis elliptico-lanceolatis petiolatis sessilibusque tenue et argute undulato-serratis supra scabris puberulis subtus villoso-canescentibus, spicis brevibus acutis compactis demum elongatis, verticillis inferioribus remotiusculis, bracteis anguste linearibus verticillos aequantibus, calycibus pedunculisque hirsutis, calycinis dentibus conniventibus, staminibus exertis.

Ic. *Ten. l. c. t. 156.*

*b. latifolia* ; foliis oblongo-ellipticis (poll. latis), subtus pallidis ac sparse villosis.

In humentibus ; ***saliceti del Piano de' Muori*** : var. *b.* ***Chianole del Testaccio nella via del corso della lava.***

Augusto, Septembri. ♃

***Calycis*** dentes lanceolati, acuti, sed non aristati, conniventes ! : ***corollae*** parvae, coerulescentes : in var. *b.* ***folia*** 1 1/2 poll. longa, pollicem lata, glabriora ac tenuiora, minusque canescentia, quam in *a.*: ***verticilli*** multiflori, in spicarum apice approximati: ***pedunculi*** breves, teretiusculi, hirti, 1-2 lin. longi, bracteolis filiformibus subaequalibus suffulti ; ***calyces*** hirti, eglandulosi, virescentes, tubo obsolete 10-striato ; dentibus erectis, ex basi triangulari in apicem fere aristatum attenuatis, tubo sublongioribus : ***corollae*** roseae, hirtae, calycem duplo excedentes ; limbo quadrifido, lacinia suprema latiore, ovato-oblonga, obtusa, tridentata, reliquis oblongis, apice truncato-emarginatis : ***stamina*** glabra uti ***stylus***, qui staminibus longior : ***stigma*** bifidum, cruribus inaequalibus — Cl. *Bertol.* sub M. sylvestri *b.* hanc refert, uti cl. *Benth.* in *Dec. pr. 12. p. 167* sub M. sylvestri, *q. crispa* hanc cum ? citat.

4. M. VIRIDIS. *Lin. sp. pl. 804.*

*b. neapolitana. Ten. fl. nap. 5. p. 8.* — **M.** laevigata. *Willd. en. H. Berol. p. 609?*— **M.** sylvestris, *d. glabra. Koch syn. ed. 2. p. 633*, ex synon. *Linnaei.*

**M. laete virens glaberrima, foliis late lanceolatis oblongisque adpresse acuteque serratis, spicis lanceolatis acutis continuis ( raro inferne subinterruptis ), bracteis carinatis ex ovata basi lanceolatis acutis, inferioribus calyces excedentibus, calycis eglandulosi hirsutiusculi dentibus triangularibus acutis porrectis subconniventibus tubum obsolete striatum subaequantibus, staminibus exertis.**

Ic. *nostra t. X. f. 2. c, d — Ten. fl. nap. 4. t. 242. f. 3*, sed folia nimis lata, et calyces videntur glandulosi—M. Michelii.*Reich. cent. 10. p. 27. f. 1312*, sed folia omnia exacte lanceolata, quod minime in planta spontanea — M. romana officinarum, sive praestantior, angustifolia. *Lobel. ic. 507*, optima.

In humentibus subargillosis ; *nella cava di Cerambi presso alla fontanella sopra Casamicciola.*

Augusto, Septembri. ♃

Vulgo *Amenta.*

*Caules* 1-3-pedales, ut plurimum simplices, inferne saepe rubentes : *folia* 1-2 1/2 pollicaria, 4-12 lin. lata, acuta, concaviuscula, varie flexa; supra sulcata, rugosiuscula; infima breviter petiolata : *bracteae* uti calycis dentes acuminatae, sparse ciliatae vel glabrae, subsquarrosae : *spica* terminalis ( nam caules saepius simplices), anguste lanceolata, densa, verticillo uno aut altero infimo aliquando remoto : *flores* pallide rosei.

*Odor* gratus : *sapor* suavis, sed non fervens, uti in *M. piperita* in hortis culta, ideoque inter aromatica et stomachicha condimenta frequenter in usum venit, ac undique passim colitur; dum *M.piperita* nonnisi a Pharmacopolis, et a Dulciariis adhibetur ; ac utraeque per innumeros annos in nostris hortis cultae characteres servant. Interim *M. viridis Bertol. fl. ital. 6. p. 93*, ad nostram *M. piperitam* cultam spectare videtur, siquidem cl. auctor saporem ferventem, et calyces glanduliferos suae plantae tribuit ; quae notae ad nostram *M. piperitam* cultam, et minime ad nostram *M. viridem* exacte conveniunt. An haec sit a *M. viridi* auctorum satis diversa, et inde species propria, speciminum exoticorum defectu affirmare non audeo.

5. M. INARIMENSIS. *Guss.* — M. viridis, *d. hortensis citrata. Ten. fl. nap. 5. p. 9*, ex nomine vernaculo.

**M. laete virens, foliis petiolisque glaberrimis, aut villosiusculis patenter serratis, inferioribus mediisque breviter petiolatis oblongo-ellipticis, infimis cordato-suborbiculatis, supremis ovalibus sessilibus, spicis crassiusculis cylindraceis lanceolatis obtusiusculis basi subinterruptis, bracteis ex ovata basi lanceolatis acuminatis calyces subexcedentibus, pe-**

dicellis calycibusque glaberrimis exquisite glandulosis ! nervosisque , calycinis dentibus lanceolatis acutis porrectis ( non conniventibus ) tubum subaequantibus, staminibus inclusis.

*Ic. nostra t. X. f. 1. a, b.*

*b. dasicalycina* ; pedunculis calycibusque hirsutis.

In arenosis humentibus ; *ne' margini della via della lava nelle Chianole del Testaccio verso la fine, e nelle prossime terre sottoposte*, quo unico loco vidi.

Augusto, Octobri. ♃

*Caules* 2-3-pedales , erecti , inferne simplices vel ramosi : *petioli* 4-12 lin. longi , magis quam aliae partes pubescentes : *folia* laete virentia; radicalia vix pollicaria, cordato-orbiculata,vel cordato-ovata, inferiora et media 1 1/2-1-pollicaria, 8-12 lin. lata, obtusiuscula, plana vel concaviuscula, supra exquisite lineata, uti subtus exquisite nervosa; ascendendo minora, ac brevius petiolata; suprema sessilia,deflexa, 8 lin. longa, 4-5 lin. lata : *spicae* aliquando laxiusculae, 1-3-pollicares, centralis reliquis saepe humilior : *bracteae* lanceolatae , acuminatae , calyces parum superantes ; infimae duae latae ovatae, saepius tridentatae: *calyces* exquisite nervosi, et glandulis nitide aureis conspersi, uti in *M. piperita* ; dentibus subaequalibus , mucronatis : *corollae* laete coerulescentes, glabrae : *antherae* fuscae : *stylus* albidus , exertus : *odor* gratissimus *Ocymi*.

Diu in nostris hortis testisque culta sub vulgari nomine *Menta garofanata* , sed ejus locus natalis ignotus — *M. gentilis* quoad folia , et glabritiem similis, sed inflorescentia omnino aliena — *M. balsamea*, *Willd. en. 608* proxima videtur ; sed nec folia ovato-lanceolata , nec spicae vere cylindraceae ; praeterea hanc ad *M. sylvestrem* adducit Cl. *Koch* ( confer praecedentem ) — Denique M. Ocymiodora *Opiz* ad M. viridem spectat ex *Benth.* in *Dec. pr. 12. p. 168 ;* et *M.* ocymoides *Host*, ad M. arvensem, *e.* refertur a Cl. *Benth.* in *Dec. l. c. p. 172* — Tandem hic monendum est quod icones M. citratae. *Reich. cent. 10. f. 1300*, M. pubescentis *Reich. l. c. f. 1309*, et M. emarginatae *Reich. l. c. 1310*, nec cum ista , nec cum duabus praecedentibus conveniunt.

## 273. SALVIA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 50.*

1. S. Sclarea. *Lin. sp. pl. 38* — *Ten. fl. nap. 3. p. 260* — *Bertol. fl. ital. 1. p. 156.*

*Ic. Plenk pl. med. t. 21*—Orvala. *Dod. pempt. 292* - Horminum. *Riv. mon. irr. t. 33*, optima.

In hortis, et locis nonnullis incultis nunc spontanea, sed certe culta.

Majo, Junio. ♃.

Erecta, odora, villoso-canescens, superne glanduloso-pilosa: *folia* rugosissima: *bracteae* late-ovatae, membranaceae, coloratae, cuspidatae: *flores* in racemis terminalibus brachiatis verticillati.

2. S. Verbenaca. *Lin. sp. pl. 35 — Ten. fl. nap. 3. p. 22 — Bertol. fl. ital. 1. p. 146,* var. *a.*

Ic. *Reich. cent. 6. f. 718,* optima! — Horminum sylvestre, minus, inciso folio, flore azureo. *Barr. ic. 208.*

In pascuis apricis herbosis; *Bagno, Fontana, Serrano, Panza, Forio a Citara, S. Nicola, monte Vetta.*

Octobri, Majo. ♃

Erecta, vel ascendens: *folia* supra glabra, saturate virentia, varie sinuato-lobata: *bracteae* late-ovatae, acuminatae, parvae, flore breviores: *flores* in racemis terminalibus verticillati; verticillis 6-floris, plus minus remotis: *corollae* calycem semel excedentes, parvae, undique intense coeruleae.

*S. clandestina,* quae prope Neapolim passim provenit, in hac Insula desideratur.

### 274. ROSMARINUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 50.*

1. R. officinalis. *Lin. sp. pl. 33 — Ten. fl. nap. 3. p. 22—Bertol. fl. ital. 1. p. 133.*

Ic. *Duham. arb. ed. 2. v. 3. t. 44 — Riv. mon. irr. t. 39*— R. coronarius. *Dod. pempt. 272.*

In rupestribus maritimis; *scogli di S. Anna presso Ischia, nelle rupi marittime da Cartaromana a Succellaro, nelle alte coste di S. Pancrazio, del Lapillo, del Pignatiello, della Scarupata, Punta di S. Angelo, Panza a Citarria, sommità della Punta dell'Imperatore presso Forio.*

Februario, Aprili. ♄

Vulgo *Rosmarina* — Incolae ad cataplasmata, et balnea tonica utuntur.

*Frutex* aromaticus sempervirens, caespitosus; ramis in rupibus saepe diffusis: *folia* in hac insula anguste linearia: *flores* albido-coerulei, in racemis axillaribus oppositis brevibus subbrachiatis.

### 275. ORIGANUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 981.*

1. O. VIRENS. *Hoffm. et Link fl. port. 1. p. 119—Guss. syn. 2. p. 85 — Ten. fl. nap. 5. p. 19* — O. vulgare, *b. Bertol. fl. ital. 6. p. 196*, excl. nonn. syn. — *Benth.* in *Dec. pr. 12. p. 199.*

O. foliis ovatis vel ovato-oblongis obsolete serratis, junioribus cauleque erecto piloso-hirsutis glabratisve, spicis oblongis brevibus dense glomeratis, glomerulis corymboso-paniculatis, bracteis ovalibus acutiusculis glabris (virentibus) subciliatis calyce glanduloso longioribus.

Ic. *Hoff. et Link l. c. t. 9 — Brot. fl. lusit. 2. t. 112.*

In sylvaticis, et in fruticetis apricis ubique.

Junio, Augusto. ♃

Vulgo *Regona* una cum sequente, ac folia, bracteae, floresque exsiccati et contriti in obsoniis apud incolas locum habent.

Erectum, basi suffruticosum, pubescenti-hirsutum: *folia* obscure virentia, punctis resiniferis obsita: *flores* albi — Etiam *corollae* saepe externe glandulis aureis conspersae sunt.

2. O. MACROSTACHYUM. *Hoff. et Link fl. Port. 1. p. 119 — Guss. syn. 2. p. 85.*

O. foliis ellipticis subintegris glabriusculis, spicis tetragonis elongatis (pollicaribus et ultra) pedunculatis oppositis ternisque subaggregatis, bracteis ovalibus glabris ad apicem saepe ciliatis, calyce glanduloso ad apicem tubi interne breviter barbato longioribus.

Ic. *Hoffm. et Link l. c. t. 10* — O. heracleoticum. *Matth. comm. 2. p. 60 — Lob. ic. 492.*

In aridis sylvaticis, sed magis quam praecedens rarum.

Junio, Augusto. ♃

Praeter characteres notatos, in reliquis cum praecedente convenit.

### 276. MICROMERIA.

*Benth. lab. p. 368*, et in *Dec. pr. 12. p. 212 — Vis. distrib. labiat. p. 17.*

1. M. GRAECA. *Benth.* in *Dec. l. c. p. 214*, excl. nonn. syn. — Satureja graeca. *Lin. sp. pl. 794 — Ten. fl. nap. 5. p. 4 — Bertol. fl. ital. 6. p. 45*, excl. pl. syn.

Ic. *Ten. fl. nap. t. 151. f. 2* — Satureja annua, orientalis, tenuior, ad singulos nodos florifera. *Moris. hist. 3. s. 11. t. 17. f. 2*—S. perennis. *Riv. mon. irr. t. 44.*

*b. angustifolia*; foliis superioribus anguste lanceolatis. *Ten. l. c.*

Ad muros, ad rupes, et in lapidosis.

Majo, Junio. ♃, et basi ♄

Vulgo *Erba della tosse*; quia ejus decoctum in tussi inveterata curanda adhibetur.

Pubescens, vel hirsutiuscula, obscure virens: *folia* inferiora latiora, ovata; reliqua oblongo-linearia: *cymulae* axillares, pauciflorae, oppositae; *bracteolis* calyce hispido subjectis illo duplo brevioribus: *corollae* parvae purpurascentes.—Var. *b.* cum vera *M. tenuifolia* (Satureja. *Ten.*) non est confundenda, in qua florum cymulae fere fasciculatae, ut in *M. juliana*, et bractea lineari longa suffultae.

## 250. CALAMINTHA.

*Moench. meth. 408 — Vis. distrib. labiat. p. 17.*

*Cal.* cylindricus, rectus, 13-nervis. *Stam.* apice conniventia: *antherae* loculis connectivo ovato oblique adnatis. *Cymae* axillares, pedunculatae, basi 2-3-bracteatae.

1. C. officinalis. *Moench. l. c. p. 409—Benth.* in *Dec. pr. 12. p. 228*— Melissa Calamintha. *Lin. sp. pl. 827*—Thymus Calamintha. *Ten. fl. nap. 5. p. 28 — Bertol. fl. ital. 6. p. 223.*

Ic. Melissa Calamintha. *Lam. ill. gen. t. 312. f. 1—Bull. herb. t. 251* — C. montana. *Dod. pempt. 98 — Riv. mon. irr. t. 46.*

*b. villosissima. Benth. l. c.*

In sylvaticis, et ad sepes; at var. *b.* magis obvia.

Augusto, Septembri. ♃

Planta nostra ad *C. sylvaticam Bromf.* in *Dec. l. c.* valde accedit habitu, foliis plerisque basi cuneatis, et florum magnitudine; nam corollae 4-5-plo fere calycem superant; sed in specimine anglico *C. sylvaticae* ab amico *Alexander* communicato calycis dentes inferiores exquisite incurvo-ascendentes video, in nostra vero recti; at in ipsa planta anglica dentes nonnulli recti sunt. An ideo ejusdem speciei varietates, uti Cl. *Bertol. l. c.* suspicatur?

2 C. Nepeta. *Hoffm. et Link fl. Port. 1. p. 141—Benth.* in *Dec. pr. 12. p. 227*, an cum syn.? — Melissa Nepeta. *Ten. fl. nap. 5. p. 27 — Bertol. fl. ital. 6. p. 220.*

Ic. *Blackw. herb. t. 167* — Calamentha folio incano. *Riv. mon. irr. t. 47*, optima.

*b. micrantha*; cymis densioribus breviusque pedunculatis, corollis parvis, staminibus corollae tubum non excedentibus—Thymus Nepeta. *b. Guss. syn. 2. p. 98.*

Ic. *nulla.*

Ad vias, ad agrorum margines, et in sylvaticis ubique, utraeque varietates.

Augusto, Octobri. ♃

*Folia* in *a.*, et in *b.* subtus glandulis impressis notata; sed in *b.* obscurius virentia, ac fere molliter velutina, non hirsutiuscula: *calyces* in utrisque similes; sed dentes labii inferioris breviores in *a.*: *corollae* tubus in *a.* calycem excedit; labio inferiore saepius concolore, ad faucem barbato, staminibus exertis; in *b.* corollae tubus calycem non excedit, et lacinia media labii inferioris macula purpurea ad basim instructa, ad faucem minus quam in *a.* barbata.

### 278. CLINOPODIUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 980 — Vis. distr. labiat. p. 17.*

*Cal.* cylindricus, incurvus, 13-nervis. *Stam.* conniventia: *antherae* loculis connectivo ovato oblique adnatis. *Cymae* globosae, breviter pedunculatae, bracteis setaceis plurimis involucratae.

1. C. vulgare. *Lin. sp. pl. 821 — Ten. fl. nap. 2. p. 37 — Bertol. fl. ital. 6. p. 192.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 311. f. 1* — C. Matthioli. *Clus. hist. 1, p. 354.*

In sylvis, et ad sepes passim.

Junio, Julio. ♃

Erectum, villosum, saepe canescens: *cymae* axillares, et terminales multiflorae, verticillatae: *bracteolae* uti *calyces* hispidae: *flores* purpurei.

### 279. MELISSA.

*Koch syn. ed. 2. p. 645 — Vis. distr. labiat. p. 17.*

*Cal.* tubulosus, supra planus, bicarinatus, bilabiatus. *Stam.* apice conniventia: *anther.* bilocnlares; loculis apice junctis in unicum confluentibus, rimaque communi dehiscentibus, connectivo angustissimo, aut parvo.

1. M. officinalis. *Lin. sp. pl. 827 — Ten. fl. nap. 2. p. 38 — Bertol. fl. ital. 6. p. 229*, excl. syn. *M. altissimae* ac *M. cordifoliae.*

Ic. *Lam. ill gen. t. 512. f. 1* — Melissa. *Dod. pempt. 91—Riv. mon. irr. t. 45.*

In herbosis ad agrorum margines, vel ad sepes umbrosas, aut in sylvaticis humentibus; *Pieo alla Starsa, valle del Crovone, cavone delle Nocelle, via di Catauro, vallone presso al Pennino dello Schiapparo sotto la selva di Fabrizio.*

Majo, Junio. ♃

Erecta, ramosa, glabra, laete virens, grate *Citrum* redolens: *flores* albi, in verticillis axillaribus dimidiatis; qui verticilli aliquando in apice caulis vel ramorum fere spicati.

2. M. ALTISSIMA. *Sibth. et Smith fl. gr. pr. 1. p. 423 — Ten. fl. nap. 5. p. 28*—M. cordifolia. *Pers. syn. 2. p. 232*—M. corsica. *Viv.* — M. hirsuta. *Balb.* — M. graveolens. *Host fl. austr. 2. p. 128.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 579* — M. sylvestris, hirsuta, major, italica. *Barr. ic. 1122.*

In sylvaticis, et ad sepes ubique obvia.

Junio, Augusto. ♃

Species ista infauste ab ipsis monographis cum praecedente confusa; a qua eximie dignoscitur odore potius ingrato, hirsutie, ideoque colore albidiore, caulibus elatioribus, et fere pyramidato-ramosis; praeterea ex seminibus culta non mutatur!

## 248. SIDERITIS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 969.*

1. S. ROMANA. *Lin. sp. pl. 802 — Ten. fl. nap. 2. p. 14 — Bertol. fl. ital. 6. p. 84*, excl. syn. *Gasparr.*

Ic. *Cav. ic. 2. p. 19. t. 187*—S. genus, spinosis verticillis. *Bauh. hist. 3. p. 428*— Marrubiastrum Sideritidis folio, calyculis aculeatis, floribus candicantibus. *Zannich. istor. t. 39. f. 2.*

In apricis collibus, in campis, et ad vias ubique.

Februario, Majo. ⊙

In sterilibus *caules* vix 1-2-pollicares, verticillis tunc approximatis, et faciem *S. approximatae Gasp.* in hoc statu mentiens; in fertilibus herbosis plusquam pedales vidi, verticillis tunc remotis: *flores* albi, parvi.

## 247. STACHYS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 974.*

*a. perennes.*

1. S. GERMANICA. *Lin. sp. pl. 812.*

*b. polystachya*; corollarum galea biloba, lobis divaricatis recurvis. *Bertol. fl. ital. 6. p. 148* — S. polystachya. *Ten. fl. nap. 2. p. 24.*

Ic. *Ten. l. c. t. 53.*

In sylvis, aut in fruticetis demissis, vel montosis ubique.

Majo, Augusto. ♃

Digitized by Google

*Habitus* et alii characteres, ut in speciei typo, a qua solis indicat notis recedit: *caules* erecti, aliquando 2-3-pedales: *folia* cordato-ovata, vel cordato-oblonga, lanato-tomentosa, albida vel canescentia; *flores* rosei, in racemo denso terminali verticillati: *calycis* dentes acuminato-mucronati.

2. S. SYLVATICA. *Lin. sp. pl. 84* — *Ten. fl. nap. 2. p. 212* — *Bertol. fl. ital 6. p. 142.*

Ic. *Fl. dan. 1102* — *Riv. mon. irr. t. 26*, optima — Galeopsis legitima. *Clus hist. 2. p. 36.*

In sylvis, et ad sepes umbrosas humentes.

Majo, Junio. ♃

Erecta, patenter piloso-hirsuta, foetens, superne glanduloso-pilosa: *flores* intense rubentes, in racemis terminalibus remote verticillati.

*b. annuae.*

3. S. MARRUBIIFOLIA. *Viv. fl. Cors. app. p. 2* — *Reich. cent. 5. p. 79* — *Benth.* in *Dec. pr. 12. p. 478* — *Bertol. fl. ital. 6. p. 155* — S. Poiretii. *Ten. fl. nap. 5. p. 15!* — S. arvensis, c. *purpurea. Poir. dict. enc. 7. p. 373.*

S. herbacea erecta patenter villosa, foliis inferioribus petiolatis, superioribus subsessilibus, omnibus cordato-ovatis vel ovato-oblongis obtusis crenatis, verticillis sexfloris spicatis, inferioribus remotis, calycinis dentibus triangularibus breviter mucronulatis, supremo ascendente latiore ac longiore, corollis calyce duplo longioribus, tubo calycem aequante, galea emarginato-biloba (integra *Bert.*, et *Benth. l. c.*), labii inferioris trifidi laciniis lateralibus parvis.

Ic. *nostra t. XI, f. 2. b.*

Ad apricos herbosos arenosos agrorum margines; *nel ciglione de' campi sotto la selva de' sig. Aveta lungo un viottolo che intersecando le Chianole del Testaccio conduce al Vataliere* satis rara, et hoc unico loco.

Aprili, Majo. ☉

*Caules* 1/2-1-pedales simplicissimi, vel pauci-brachiato-ramosi: *folia* lacte virentia, 4—12 lin. longa, 4-6 lin. lata, aliquando inferiora orbiculata: *verticilli* in spicis terminalibus 3-6-pollicaribus dispositi, superiores approximati: *bracteae* verticillis subjectae foliis similes, ovatae, concavae, mucronulatae vel obtusae, calyces subaequantes: *calycis* hirsuti dentes laterales reliquis angustiores; infimis duobus parum recurvis et a reliquis remotis, tubum calycinum fere tubuloso-campanulatum aequantibus: *corollae* roseae *labium superius* surrectum, concavum, pubescens, concolor, sub apice constrictum, ad margines inferne atropurpureum; *labium inferius* trilobum; lobis lateralibus brevissimis, obtusis; intermedio concavo, latiore ac longiore; *palatum* al-

bidum, lineolis roseis pictum: *filamenta* albida; *antheris* atropurpureis: *semina* matura non vidi: *habitus* sequentis, sed floribus, et calyce omnino aliena.

4. S. ARVENSIS. *Lin. sp. pl. 814 — Bertol. fl. ital. 6. p. 157*, ex parte.
 *b. colorata*; planta humiliore, verticillis confertioribus, calycinis dentibus saepeque tubo purpureo coloratis, corollis minoribus — S. arvensis. *Guss. syn. 2. p. 79 — Ten. fl. nap. 2. p. 217* — Trixago colorata. *Presl fl. sic. 1. p. XXXVII!*
 Ic. *Reich. cent. 10. f. 1298*—S. arvensis, minima. *Riv. tetr. irr. t. 27*, pro speciei typo.
 In campis arenosis, et ad agrorum margines; *all'Arso, Bagno, Pieo, Testaccio, Crovone, Barano, Moropane, nella valle di Canniani, vigne del Rotaro, piani arenosi del monte Vezza, selve aperte di Campotese presso l'Panza, Punta dell'Imperatore presso Foria.*
 Martio, Aprili. ⊙
 Humilis, hirsuta, erecta, brachiato-ramosa: *folia* pallide virentia, cordato-ovata, crenata, obtusa: *verticilli* 4-6-flori: *calycis* campanulati dentes fere triangulares, breviter aristati: *flores* parvi, pallide rosei — Comparatis speciminibus exoticis nostra species videtur diversa ob habitum sui proprium; sed quibus firmis characteribus sejungi possit me non invenisse fateor.

### 282. LAMIUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 971.*

1. L. BIFIDUM. *Cyr. pl. rar. neap. fasc. 1. p. 22 — Ten. fl. nap. 5. p. 11 — Bertol. fl. ital. 6. p. 116*, excl. var. *b.*
 Ic. *Cyr. l. c. t. 17 — Ten. l. c. t. 153. f. 2.*
 In apricis sylvaticis herbosis.
 Martio, Aprili. ⊙
 *Corollae* albae, tubo recto, elongato; *galea* bifida, laciniis integris, divaricatis: *antherae* hirsutae.
2. L. AMPLEXICAULE. *Lin. sp. pl. 809 — Ten. fl. nap. 2. p. 211 — Bertol. fl. ital. 6. p. 122.*
 Ic. *Reich. cent. 3. f. 373* — Morsus gallinae, folio Hederulae, alterum. *Lob. ic. 463. f. 2* — Galeopsis, foliis caulem ambientibus, et eadem minor. *Riv. mon. irr. t. 63.*
 In herbosis, et in cultis.
 Octobri, Majo. ⊙
 *Corollae* purpureae; tubo tenui, exerto: *antherae* hirsutae.
3. L. PURPUREUM. *Lin. sp. pl. 809 — Ten. fl. nap. 2. p. 20 — Bertol. fl. ital. 6. p. 121.*

Ic. *Fl. Dan. 523* — Urtica iners, altera. *Dod. pempt. 153* — Galeopsis minor. *Riv. mon. irr. t. 62.*

In cultis ubique.

Octobri, Majo. ⊙

*Corolla* rosea, parva, externe pubescens; tubo intra calycem incluso: *antherae* hirsutae.

### 283. PRUNELLA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 990.*

1. P. VULGARIS. *Lin. sp. pl. 838* — *Ten. fl. nap. 2. p. 42* — *Bertol. fl. ital. 6. p. 250.*

Ic. *Sturm fl. germ. par. 1. f. 5*—Brunella. *Fuchs. hist. p. 621*— *Riv. mon. irr. t. 29.*

Ad sepes, et in sylvaticis.

Junio, Octobri. ♃

Glaberrima, laete virens: *folia* integerrima, vel dentato-pinnatifida: *flores* amoene coerulei. Confer sequentem.

2. P. ALBA. *Koch syn. ed. 2. p. 660 !* — *Ten. fl. nap. 4.* in *pr. in fol. p. 86* — P. laciniata, *b. Lin. sp. pl.837* — *Bertol. fl. ital. 6. p. 251.*

P. foliis petiolatis oblongo-lanceolatis integris obsolete dentatis, labii calycini superioris dentibus late ovatis acuminato-aristatis, inferioris lanceolato-subulatis pectinato-ciliatis, staminibus longioribus apice spina antrorsum arcuata instructis.

Ic. P. laciniata. *Reich. cent. 3. f. 393*, var. fol. pinnatifidis — Brunella n, non vulgaris. *Clus. hist. 2. p. 43.*

In argillosis elatis; *monte Vetta alle Petrelle, S. Nicola.*

Majo, Julio. ♃

Planta nostra cum descriptione C. *Koch l. c.* ex asse quadrat; siquidem *dentes* labii calycini inferioris lanceolato-subulati, marginibus rectis acutati, inter nervos laterales non venulosi, pectinato-ciliati, et staminum longiorum spina antrorsum arcuata !, non recta ut in *P. vulgari*, nec ad gibbositatem reducta, ut in *P. grandiflora*. Praeterea characterem istum variare non vidi in plurimis speciminibus, ideoque sententiae Cl. *Benth.*, qui in *Dec. pr. 12. p. 410*, istam cum *P. vulgari* associat assentire nequeo — Sola varietas foliis integris in Inarime occurrit.

## 284. BALLOTA.

*Benth. lab. p. 592,* et in *Dec. pr. 12. p. 516.*

1. B. NIGRA. *Lin. sp. pl. ed. 1. p. 582 — Ten. fl. nap. 2. p. 34 — Bertol. fl. ital. 6. p. p. 170* — B. foetida. *Lam. fl. fr. 2. p. 552,* et *Reich. cent. 8. p. 30.*
   Ic. *Reich. l.c.f. 1041!,* optime nostram plantam exhibens — Ballota. *Fuchs. hist. 154.*
   In ruderatis, ad sepes, et ad vias ubique.
   Julio, Octobri. ♃, et basi fere ♄
   Erecta, valde ramosa, plus minus hirto-pubescens, foetens: *flores* violacei, in verticillis dimidiatis; calycinis dentibus ovatis, mucronatis, carinatis, subreflexis.

## 285. PRASIUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 992.*

1. P. MAJUS. *Lin. sp. pl. 838 — Ten. fl. nap. 2. p. 44 — Bertol. fl. ital. 6. p. 258.*
   Ic. *Lam. ill. gen. t. 516* — Teucrium fruticans, amplo et albo flore, italicum. *Barr. ic. 895.*
   Ad muros, et ad rupes in demissis; *Ischia al Castello, coste del Pignatiello, di S. Pancrazio, della Scarupata, di Succellaro, Guardiola del Testaccio, scala de' Maronti, S. Angelo, Soccivo, Punta dell' Imperatore, Panza, Forio, Punta di Zale, Lacco al monte Vico, muri di Casamicciola, Bagno sotto S. Alessandro, rupi del Castiglione.*
   Aprili, Junio. ♄
   *Frutex* sempervirens, caespitosus, glaber: *folia* nitide virentia: *flores* albi, axillares, solitarii, vel in apice caulis et ramorum racemoso-spicati.

## 236. TEUCRIUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 960.*

1. T. FLAVUM. *Lin. sp. pl. 790 — Ten. fl. nap. 2. p. 10 — Bertol. fl. ital. 6. p. 31.*
   Ic. *Sibth. fl. gr. t. 533 — Sabb. Hort. Rom. 3. t. 89* — Chamaedrys assurgens. *Dod. pempt. 44* — Teucrium. *Riv. mon. irr. t. 10.*
   In apricis sylvaticis, et in saxosis; *da S. Nicola alla spiaggia.*



Digitized by Google

Majo, Junio. ♄

Vulgo *Camedrio doppio*, et pro *T. Chamaedri* ab incolis adhibetur; tamen grate aromaticum, sed non intense amarum, uti illud.

*Frutex* sempervirens, erectus: *folia* saturate virentia, subtus una cum caule pubescentia: *calyces* bracteae, ac corollae villosae: *flores* albido-luteoli, verticillati in racemis terminalibus; verticillis dimidiatis.

2. T. FRUTICANS. *Lin. sp. pl. 787 — Ten. fl. nap. 2. p. 7 — Bertol. fl. ital. 6. p. 18.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 527*— T. fruticans, boeticum. *Dill. Elth. t. 284. f. 367. — Clus. hist. 1. p. 348.*

In aridis declivitatibus meridiem spectantibus; *nelle coste aridissime del Fonnolillo al sud dell'Isola presso la Punta di S. Angelo.*

Majo, Junio. ♄

Fruticosum, erectum, cinereo-tomentosum: *flores* pallide coerulei, axillares, solitarii.

3. T. CHAMAEDRYS. *Lin. sp. pl. 790 — Ten. fl. nap. 2. p. 10 — Bertol. fl. ital. 6. p. 39.*

Ic. *Plenk pl. med. 5. t. 477* — Chamaedrys vera, mas. *Fuchs. hist. 869* — Chamaedrys. *Riv. mon. irr. t. 10.*

In aridis apricis demissis, vel in herbosis elatis; *Testaccio, dal Montagnone a S. Nicola, ed alla Pietra dell'acqua.*

Majo, Junio. ♃, et basi ♄

Vulgo *Camedrio*, et ejus decoctum uti tonicum in dyspepsia, et intermittentibus utuntur.

Suffrutescens, villoso-pilosum, decumbens, vix aromaticum, amarum: *flores* rosei, axillares, terni, denique in verticillis sexfloris racemosi.

4. T. SICULUM. *Raf. giorn. v. 2. n. XII. p. 171* (sub Scorodonia)—*Guss. syn. 2. p. 837*, et T. scorodonia, *b. crenatifolium. l. c. p. 55* — T. Scorodonia. *Ten. fl. nap. 2. p. 8* ex parte, non *Lin.—Bertol.fl.ital. 6. p. 22*, quoad plantam siculam.

*b. inarimense.*

T. tenue molliter pubescens, caule erecto vel ascendente herbaceo basi perennanti, foliis petiolatis cordato-ovatis vel cordato-oblongis, bracteis (parvis) cordatis petiolatis calyce glabro brevioribus, floribus (pallide roseis) solitariis oppositis in racemis axillaribus terminalibusque secundis.

Ic. Horminum Teucrii folio hirsuto, albo spicato flore. *Cup. panph. 2. t. 252*, pro speciei typo.

In asperis apricis, et in sylvaticis arenosis herbosis, tam demissis quam elatis ubique; *monte Vezza, e dalle selve del Bagno a S. Nicola nelle coste orientali, e meridionali.*

Majo, Junio. ♃

In planta inarimensi *calyces* pubescentes, basi gibbosi: *corollae* tubus sordide albus, calyce angustior, externe pubescens, uti labium inferius; cujus laciniae duae laterales obtusae, non acutae, concolores, aut uti illae labii superioris linea unica coerulescente percursae; intermedia vero dependens, ad apicem pallide rubens, lineis reticulatis intensioribus notata: *filamenta* pallide rosea uti *pistillum*, superne sparse villosa; *antherae* non lateritiae, sed fuscae: *stylus* glaber: *odor* aromaticus, levis. Confer *syn. l. c.*

5. T. PSEUDO-HYSSOPUS. *Schreb. unilab. p. 35 — Ten. fl. nap. 2. p. 13* — T. Polium. *Bertol. fl. ital. 6. p. 36*, quoad plantam neapolitanam.
Ic. Hyssopus apulus Dioscoridis, et Serapionis. *Column. ecphr. 1. p. 59. t. 67.*
In aridis asperis; *lungo la strada che scende dalla Cercola al Castiglione;* sed nunc rarissimum, et fere destructum.
Majo, Junio. ♄
Suffrutescens, decumbens, cinereo-tomentosum: *flores* albi, fauce luteo-maculati, in capitulis densis corymbosis.

### 287. AJUGA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 359.*

1. A. CHIA. *Schreb. unilab. p. 25 — Ten. syll. p. 275 — Guss. syn. 2. p. 54.*
Ic. *Sibth. fl. gr. t. 524 — Plenk pl. med. 5. t. 473.*
In cultis subargillosis rara; *nelle terre coltivate sopra Piano Liguori*, e *nella discesa della coste di Succellaro.*
Aprili, Majo. ⊙
Piloso-hispida, decumbens, grate resinam redolens: *flores* lutei, axillares, solitarii, in nostra folia certe non excedunt, at majores sunt quam in *A. Chamaepyti*, ac folia hirsutiora. Interim Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 6. p. 11* *A. chiam* in Italia non provenire asserit, et etiam plantam siculam ad *A. Chamaepytim* refert.

## 62. PLUMBAGINEAE. *Vent.*

### 288. STATICE.

*Boiss.* in *Dec. pr. 12. p. 634.*

1. S. INARIMENSIS. *Guss.*
S. glabra suffruticosa dense caespitosa, foliis approximatis rosulatis anguste cuneato-spathulatis margine revolutis, scapis brevibus ( 2-5-poll. )

scabriusculis dichotome ramosis, ramis strictis, sterilibus paucissimis, spiculis rectis! 1-2-floris in spicas distichas aut secundas laxiusculo dispositis, bractea flores includente oblonga convoluto-concava acutiuscula ad margines anguste albido-scariosa, calycis tubo glabriusculo obsoletissime costato, limbi lobis obtusissimis nervo rubente sub apice evanescente notatis.

Ic. *notra t. XII. f. 1. a.*

In saxosis, et lapidosis maritimis; *Bagno a S. Alessandro sul mare, scogli di S. Anna presso Ischia, marina de' Marouti, e della Scarupata, Punta di S. Angelo, rupi della Punta dell' Imperatore presso Forio, di Zale, e del monte Vico presso al Lacco.*

Jubio, Julio. ♄

*Planta* caespites aliquando sesquipedales efficiens: *caules* ramosissimi, 3-5-pollicares, inferne nigri et ramentis multis foliorum vestiti: *folia* supra vix tuberculato-punctata, convexa, sulco unico notata, virentia aut subglaucescentia, subtus pallida, vix punctata, concava, nervo carinali virenti percursa, apice obtusissima, mutica, 1/2-2 lin. lata, 5-14-lin. longa: *scapi* tenue ac adpresse puberuli, scabriusculi, ad divisiones squama brevissima lin. longa ovata acutiuscula virenti vel rufescente et margine tenui albo-membranaceo cincta suffulti, superne una cum bractea majori tenue tuberculati: *spicae* fere paniculatae vel subcorymbosae, 3-5-lin. longae, approximatae: *bracteae* tres, extima basilaris squamis similis; altera priori opposita ei similis, et rufescens; tertia flores proxime includens 3-4-plo reliquas excedens, dorso virescens, apice saepe rubescens, calyce paullo brevior; dum vero flores sunt duo, tum ad floris interioris basim bractea altera omnino hyalino-scariosa, tenuis, exteriore dimidio brevior adest: *calyx* pedicello conico brevissimo virenti oblique insertus, praesertim latere exteriore ad basim villosus; limbus 5-lobus, albo-scariosus, tubo brevior; lobis obtusissimis: *corollae* petala obtusa, fere obovata, sat raro emarginata.

S. minuta. *Ten. syll. p. 593* (non *Lin.*), quae in saxosis maritimis prope *Castellammare* provenit huic videtur proxima, et nisi varietas insignis, species propria *S. Tenoreana* appellanda — S. oleaefolia, *b. pumila Bertol. fl. ital. 3. p. 516.* (excl. syn. *S. cossyrensis*) ex parte forsan etiam ad hanc spectat. Nec vero *S. minutiflora* cum *S. Smithii*, *b. minor*, cujus habitum refert, est confundenda.

2. S. Limonium. *Lin. sp. pl. 394 — Bertol. fl. ital. 3. p. 514.*

*b. macroclada;* subglaucescens, foliis obovato-oblongis oblongisque, apice mucronatis, in longum petiolum attenuatis, scapo elato subterete paniculato-corymboso, paniculae ramosissimae ramis elongatis patentissimis sterilibus paucis, spiculis 1-3-floris remotiusculis subsolitariis bractea majori excisa—S. serotina. *Reich. cent. 8. p. 21—Ten. fl. nap. 3. p. 349.*

Digitized by Google

Ic. *Reich. l. c. f. 998.*

In salsis humentibus herbosis; *Bagno presso le sponde del lago all'Ovest;* sed nunc fere destructa.

Septembri, Octobri. ♃

*Folia* laete virentia, firma: *scapi* 1-2-pedales: *flores* coerulei.

## 63. PLANTAGINEAE. *Juss.*

### 289. PLANTAGO.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 186.*

§ *Plantagines genuinae. Koch.*

Scapi *nudi*: folia *indivisa*: placenta *bidentata.*

1. P. major. *Lin. sp. pl. 163 — Ten. fl. nap. 3. p. 146 — Bertol. fl. ital. 2. p. 153.*
   Ic. *Savi mat. med. t. 36* — P. media. *Matth. comm. p. 435.*
   In hortis, et in cultis humentibus.
   Majo, Novembri. ⊙
   Vulgo *Cinquenervi.*
   Aliquando foliis sparse dentatis variat.
2. P. lanceolata. *Lin. sp. pl. 164 — Ten. fl. nap. 3. p. 147—Bertol. fl. ital. 2. p. 158.*
   Iç. *Savi mat. med. t. 39* — P. minor. *Dod. pemp. 107.*
   *b. capitata*; scapo gracili, brevi, foliis angustioribus (2-4-lin. lin.), spicis subglobosis. *Ten. l. c. var. c. — Dec. pr. 13. pars 2. p. 715*, var. *d.* — P. capitata. *Presl fl. sic. 1. p. 64.*
   In pascuis apricis, et ad vias ubique· var *b.* in elatis marnaceis; *dal monte Vetta a S. Nicola.*
   In planta inarimensi in var. *a.* sepala magis albida, et postice longius ciliata: in *b.* vero radices ad collum valde lanatae, pilis albidis, quod quoque in speciminibus magellensibus, et ex Hirpinorum montibus video, sed minus in aliis.
3. P. Lagopus. *Lin. sp. pl. 165 — Bertol. fl. ital. 2. p. 161.*
   *b. eriostachya;* spicis dense lanatis, lana bracteas argenteas occultantibus, scapis angulato-sulcatis—P. eriostachya. *Ten. fl. nap. 3. p. 149.*
   Ic. *Ten. l. c. t. 112. f. 2.*
   *c. denticulata*; spicis ut in *b.*, foliis laxe sed acute dentatis.
   In arenosis maritimis, ac in pratis collinm sola var. *b.*; et var. *c.* in arenosis maritimis, *a Citara presso Forio.*

Majo, Junio. ⊙

*Scapi* adpresse pubescentes: *folia* glabra, lanceolata, plus minus late expansa, utrinque attenuata, subdenticulata: *spicae* 5-12-lineares, cylindraceae: *bracteae* acuminatae — In varietate c. folia aliquando ita lata sunt, et virentia, ut *P. majorem*, vel *P. medium* imitantur.

4. P. Bellardi. *All. ped. 1. p. 82 — Ten. fl. nap. 3. p. 153 — Bertol. fl. ital. 2. p. 167.*

Ic. *All. l. c. t. 83. f. 3* — Holosteum salmanticense, majus. *Clus. hist. 2. p. 112.*

*b.* spica laxa elongata, bracteis longe acuminatis squarrosisque.

In apricis herbosis, vel in aridissimis collibus sterilibus ubique: var. *b.* satis rara; *marina de' Maronti, e di S. Angelo.*

Martio, Aprili. ⊙

*Planta* humilis, 1-6-pollicaris, pilis mollibus patentibus tecta, aliquando canescens: *scapi* teretes, *folia* numerosa, anguste lanceolato-linearia erecta vix excedentes: *spica* 3-8-linearis, cylindracea: *bracteae* acuminatae.

§ II. *Coronopus. Tourn.*

Scapi *nudi* · folia *saepius pinnatifida* : placentae *3-4-alatae, semine unico in quolibet loculo.*

5. P. commutata. *Guss. syn. 2. p. 199* — P. Coronopus, c. *Columnae*, et P. macrorhiza, *b. Ten. fl. nap. 3. p. 157.*

P. foliis scapo sub brevioribus basi lanatis integris dentatis 1-2-pinnatifidisque, laciniis anguste linearibus, spicis compactis (gracilibus) cylindricis scapum subaequantibus, bracteis ovatis acutis adpressis (non mucronatis) calyce brevioribus, capsulis 3-spermis, 3-4-locularibus.

Ic. Coronopus laciniatus. *Column. ecphr. 2. t. 71*, etiam ex loco!

In herbosis maritimis arenosis, et ad vias in apricis mari finitimis.

Aprili, Majo. ⊙

Cl. *Webb* in *Phyt. can. vol. 3. pars 2. sect. 3. p. 184*, et *Bertol.* in *fl. ital. 2. p. 174* hanc a *P. Coronopo* non distinguunt. Tamen repetitis observationibus innixus eas non esse confundendas denuo suasum habeo, et confer quae dixi in *syn. l. c.* Praeterea vero *P. Coronopus* in hac insula desideratur.

6. P. ceratophylla. *Hoffm. et Link fl. port. 1. p. 431 — Guss. syn. 2. p. 201.*

P. radice gracili longa (non lignosa), foliis carnosis scapoque piloso-hispidis subcanescentibus dentato-pinnatifidis, dentibus subimbricatis patentibusque mucronatis, spicis crassis cylindricis villosis, bracteis acuminato-mucronatis squarrosis calyce longioribus, capsulis 2-spermis 3-4-locularibus, loculo tertio sterili.

Digitized by Google

Ic. *Hoffm. et Link l. c. t. 74.*

In arenosis montosis; *marina de'Maronti, Forio a Citara, ed a Montevergine, Bagno presso al Lago.*

Majo, Junio. ⊙, et ♃

In hac, et in sequente *spicae* crassae, diametro 3-4-lineari; in *P. commutata*, et in *P. Coronopo* vix diametrum 1-1/2 lin. acquirunt. In *Dec. pr. 12. pars 2. p. 732*, cum sequente associatur, et a Cl. *Berol.* in *fl. ital. 2. p. 174*, cum *P. Coronopo*, *a*, a qua prorsus aliena est.

7. P. MACRORHIZA. *Poir. itin. 2. p. 154 — Ten. fl. nap. 3. p. 156*, excl. var. *d?* — P. Coronopus, *b. Bertol. fl. ital. 2. p. 175.*

Ic. Coronopus siculus, fruticosus, platiphyllos. *Bocc. sic. p. 30. t. 13. f. 2. — Barr. ic. 15.*

In lapidosis arenosisque maritimis; *Forio a S. Francesco, a Montevergine, ed a Citara, marina di Casamicciola, del Lacco, e della punta di S. Angelo.*

Majo, Octobri. ♃, et basi ♄

Ab omnibus speciminibus hujus sectionis; *radice* ad collum multiplici ac lignosa!, foliis congestis abbreviatis, spicisque vix poll. 1-1/2 longis facillime dignoscitur.

§ III. *PSYLLIUM. Tourn.*

Caules *foliati*, *saepe ramosi*: pedunculi *axillares*: placentae *2-alatae.*

8. P. ARENARIA. *Wald. et Kit. pl. rar. Hung. 1. p. 51 — Ten. fl. nap. 3. p. 168 — Bertol. fl. ital. 2. p. 180.*

Ic. *Wald. et Kit. l. c. t. 51.*

Majo, Julio. ⊙

Piloso-pubescens, stricta: *bracteae* superiores obtusissimae, capitulum involucrantes ac elongatae (4-7-lin. longae); quae in sequente brevissimae.

9. P. PSYLLIUM. *Lin. sp. pl. 167 — Ten. fl. nap. 3. p. 160 — Bertol. fl. ital. 2. p. 178.*

*b. sicula*; caule erecto stricto piloso-viscoso, foliis linearibus medio dentatis erecto-patulis. *Guss. syn. 1. p. 201*— P. sicula. *Presl del Prag. p. 70.*

Ic. Psyllium laciniatis foliis. *Bocc. sic. t. 4. f. A*, et *B.*

Ad muros, et in collibus sola var. *b.*

Majo, Junio. ⊙

Piloso-glandulosa, ramosissima: *spicae* basi aphyllae!: *bracteae* subulatae.

Digitized by Google

## 64. AMARANTHACEAE.

### 290. AMARANTHUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1431.*

§ 1. *Capsula circumscissa.*

Amaranthus. *Moqu.* in *Dec. pr. 13. pars 2. p. 255.*

1. A. RETROFLEXUS. *Lin. sp. pl. 1047— Ten. fl. nap. 5. p. 334—Moqu. l. c. p. 258, b. major.*
   Ic. *Reich. cent. 5. f. 668*, optima.
   In cultis pinguibus ; *Bagno negli orti, e nelle vigne, Chiajano fra i seminati di granone, e nelle Chianole del Testaccio, pianure del Crovone, Casamicciola, Lacco e Forio nelle vigne in siti umidi.*
   Augusto, Septembri. ⨀
   Vulgo *Jenisco,* uti sequentes species.
   *Planta* stricta, elata, pallide virens, pubescens: *spicae* terminales, compositae, thyrsoideae, densae : *bracteae* mucronatae.
2. A. BLITUM. *Lin. sp. pl. 1405!*, ex recognitione *Planchon* in herb. *Lin.*, uti *ex Moqu. l. c. p. 263*; var. *a.*— A. sylvestris. *Desf. cat. H.Paris. 1854. p. 44 — Ten. fl. nap. 5. p. 332*, et *Guss. syn. 2. p. 584.*
   A. laete virens glaberrimus, caule erecto, ramis patulis ascendentibusque, foliis longe petiolatis rhombeo-ovatis undulatis apice integris subemarginatisque, glomerulis omnibus axillaribus, spica terminali nulla!, bracteis flores subaequantibus acuminatis, capsulis ovatis rugosis calyce duplo longioribus acutis.
   Ic. A. sylvestris. *Reich. cent. 5. f. 667.*
   In cultis ubique.
   Junio, Novembri. ⨀
   *A. Blitum* plurium auctorum ad *A.viridem* spectare monet *Moqu. l.c.* — *Semina* globoso-lentiformia, nigra, levissima ac nitidissima.

§ 2. *capsula indehiscente.*

Euxolus. *Moqu.* in *Dec. pr. 13. pars 2. p. 272.*

3. A. VIRIDIS. *Lin. sp. pl. 1405*—Euxolus viridis. *Moqu. l. c. p. 273*, exl. non. var. — A. Blitum. *Ten. fl. nap. 5. p. 333.*
   A. laete virens glaberrimus, caulibus ascendentibus glabris, ramis patulis,

foliis ( discoloribus ) longe petiolatis subrombeo-ovatis obtusissimis retusis, bracteis flore brevioribus, glomerulis axillaribus subglobosis terminalibus in spica brevissima nuda dispositis, sepalis obtusiusculis bracteas lanceolatas acutas duplo superantibus, capsula basi corrugato-rugosa calycem duplo excedente.

Ic. A. Blitum. *Reich. cent. 5. f. 663.*

*b. ascendens* ; caule ascendente vel diffuso, foliis ( concoloribus ) emarginatis, florum glomerulis axillaribus et in spicis terminalibus elongatis aphyllis dispositis—Euxolus viridis, *b.ascendens. Moqu. l.c. p. 274* — Amaranthus ascendens. *Loisel. fl. gall. ed. 2. v. 2. p. 320.*

Ic. A. spicatus. *Reich. cent. 5. f. 664 , 665* — Blitum album , minus. *Zuing. p. 550.*

In herbosis humentibus, et ad vias ; var. *a. Lacco, Casamicciola ;* var. *b. Ischia nell'orto della Mandria, Bagno negli orti, Lacco, Forio.*

Augusto, Septembri. ⊙

Var. *b.* species videtur propria, ut olim putavi; sed melius perpensa re, et ex observatione plantarum viventium cognovi quod ab una ad alteram itur.

5. A. DEFLEXUS. *Lin. mant. p. 295* , ex recognitione *Planchon* in herb. *Lin.!*, ex *Moqu. l. c. p. 275* — Amaranthus prostratus. *Balb. misc. bot. p. 44—Ten. fl. nap. 5. p. 333*—Euxolus deflexus. *Moqu. l. c.*

A. pallide virens, caule diffuso apice surrecto ramosissimo sparse piloso, foliis glabris petiolatis undulatis inferioribus deltoideo-ovatis superioribus deltoideo-lanceolatis acutis,florum glomerulis axillaribus et in spicis terminalibus aphyllis subramosis, sepalis lanceolato-linearibus mucronatis bracteas excedentibus, capsulis ovalibus levibus acutiusculis calycem duplo superantibus.

Ic. A. prostratus. *Balb. l. c. t. 10 — Reich. cent. 5. f. 666.*

In ruderatis, in lapidosis, nec non in cultis ubique.

Julio, Octobri. ♃

*Radices* caulescentes , alte ascendentes : *folia* lineata , longe petiolata : *spicae* 1-3-pollicares: *flores* in glomerulis spicati : *semina* ovalia, compressiuscula, nitide nigra, levissima.

# IV. *MONOCLAMIDEAE.*

## 65. PHYTOLACCEAE. *Endl.*

### 291. PHYTOLACCA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 800.*

1. P. DECANDRA. *Lin. sp. pl. 631 — Ten. fl. nap. 4. p. 253.*
Ic. *Lam. ill. gen. t. 393. f. 1* — P. vulgaris. *Dill. hort. elth. p. 318. t. 239. f. 309.*
In ruderatis, in sylvaticis humentibus, nec non in hortis nunc passim spontanea.
Augusto, Septembri. ♃
Vulgo *Erba di Spagna.*
*Radices* alte descendentes, diametro saepe pedali et ultra! *caules* annui, saepe orgyales: *racemi* axillares, penduli: *flores* albi: *fructus* atrorubentes, quorum succus ad ova, et ad dulcia coloranda adhibetur.

## 66. CHENOPODIACEAE. *Lindl.*

### 292. SALSOLA.

*Moqu.* in *Dec. pr. 13. pars 2. p. 179.*

1. S. KALI. *Lin. sp. pl. 322 — Ten. fl. nap. 3. p. 360—Bertol. fl. ital. 3. p. 53.*
Ic. Kali, spinoso affinis. *Moris. hist. 2. s. 5. t. 32. f. 11.*
In arenosis maritimis.
Augusto, Septembri. ⊙
Haec hirta et scabra; *sepalorum* alis brevibus: sequens vero undique glaberrima; *sepalorum* alis amplis, roseis, explanatis.
2. S. TRAGUS. *Lin. sp. p. 322 — Ten. fl. nap. 3. p. 360 — Bertol. fl. ital. 3. p. 53.*
Ic. *Lam. ill. gen. t. 186. f. 2* — Trago. *Matth. comm. 2. p. 382.*
In arenosis maritimis magis quam praecedens obvia.
Augusto, Septembri. ⊙

Digitized by Google

## 293. SALICORNIA.

*Tourn. inst. 485 — Endl. gen. n. 1908.*

1. S. HERBACEA. *Lin. sp. pl. 5 — Ten. fl. nap. 1. p. 1—Bertol. fl. ital. 1. p. 15.*
 Ic. *Guss. fl. sic. t. 2 — Zannich. hist. t. 33. f. 2.*
 In inundatis salsis ; *Ischia ne'scogli di S. Anna, Bagno presso al Lago, e ne'margini de'fossi salmastri degli orti vicini.*
 Augusto, Septembri. ⊙
 Glaberrima, glauco-virens, erecta, brachiato-ramosa, articulata, succulenta : *spicae* terminales, cylindraceae, subpedunculatae: *areolae* floriferae 3-loculares, loculo superiore altiore.

## 294. KOCHIA.

*Moqu.* in *Dec. pr. 13. pars 2. p. 130.*

1. K. SAXICOLA. *Guss.*
 K. adpresse villoso-pubescens ac glaucescens, caule basi suffruticoso ramosissimo, ramis floriferis surrectis pyramidato-ramulosis, foliis sempervirentibus anguste linearibus teretibus ! sessilibus obtusiusculis succulentis, floribus in apice caulis ramorumque subspicatis, in foliorum axillis sessilibus ebracteatis subternis, calycinis appendicibus cuneato-obovatis obtusis ( albidis demum rubro-coloratis ).
 Ic. *nostra t. XIII.*
 In aridissimis rupibus maritimis; *Ischia ne'scogli di S. Anna, e propriamente nel pendio orientale di un solo di essi più prossimo alla terra, e vicino a quello detto a tre pizzi*, ideoque satis rara, nam usque adhuc alibi in insula non vidi.
 Augusto, Octobri. ♄
 *Caules* basi caespitosi, obsolete striati, superne uti folia pubescentes, 1/2-1-pedales; ramulis gracilibus, fere filiformibus, erectis, pyramidatis: *folia* sparsa, sub pube glauco-virentia, ac sub forte lente viridi-glanduloso-punctata, approximata, 6-12 lin. longa, diametro vix lineari, recta vel incurva, saepe inferiora cum fasciculo foliorum minorum in axillis; floralia reliquis similia, tamen saepius incurva, omnia aetate demum glabrata ac virentia, et nonnisi exsiccatione plana videntur : *flores* in apice caulis vel ramulorum approximato-spicati, folio suffulti, sed bracteis destituti !: *calyx* villosus, campanulatus, 5-fidus; laciniis erectis, obtusiusculis, demum conniventibus, et dorso sub apice instructis appendi-

Digitized by Google

ce transversa, supra plana, subtus gibba, patula, glaberrima, basi superne pubescente, integerrima vel crenulata, disco calycis sublongiore, demum pallidissime rosea, aliquando vero in floribus supremis calycinae laciniae sunt incrassatae, fere succulentae, et appendice destitutae: *stylus* bifidus, brevissimus; cruribus rubentibus, villosiusculis, divaricatis: *utriculus* glaber, virescens, orbicularis, depressus: *semen* nitide nigrum, subglobosum, in medio depressum: *embryo* horizontalis.

Nostra differt a descriptione *K. prostratae* auctorum, et ab icone *Jacq. t. 294*, et *All. t. 38*, ramis usque ad apicem ramulosis; foliis exacte cylindricis ac crassiusculis, non planis et exsuccis, nec ad apicem subulatis; habitu totius plantae; denique loco natali. — Praeterea habitus *Maireanae tomentosae Moqu.* in *Dec. pr. 13. pars 2. p. 129*, et in *Ann. Sc. nat. ser. 2. v. 15. p. 96. t. 13 affinis*; sed non tomentoso-hispida, nec calyces ala continua circumdati, ut in icone citata et in descriptione.

## 295. CHENOPODIUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 433.*

1. C. BOTRYOIDES. *Smith engl. fl. 2. p. 11—Bertol. fl. ital. 3. p. 29* — C. rubrum. *Ten. fl. nap. 3. p. 254*, non *Lin.* — Blitum rubrum, *a. crassifolium. Moqu.* in *Dec. pr. 13. pars 2. p. 84.*

C. glaberrimum laete virens, caule erecto, ramis patulis, foliis triangulari-hastatis subintegris vel irregulariter profunde et acute sinuato-dentatis, supremis lanceolatis, florum glomerulis in spicis ramosis densis basi foliatis dispositis, calyce demum subbaccato, seminibus nitidis laevibus (majusculis atris).

Ic. *Engl. bot. t. 2247*, ex *Bertol.*

In hortis pinguibus humentibus maro finitimis; *Ischia nell' orto della Mandria, Bagno negli Orti presso al Lago, Forio in quelli di Citara*, sed in hoc loco satis rarum.

Septembri, Octobri. ⊙

Omnes hujus generis species vulgari, et communi? nomine *Erba fetente* appellantur.

*Calyx* striati, 1/2-1 1/2 pedales, in fertilibus pyramidato-ramosi: *folia* nitide virentia, crassiuscula, basi cuneata, ac ibi integerrima: *spicae* terminales, et axillares numerosae: tota planta demum rubescit, et *calyces* maturi facillime decidunt. — Auctoritate cl. *Bertol.* innixus hoc pro *C. botryoide* recipio, nam ipsius planta certe nostra! ex loco, et ista seminibus majusculis, non minutissimis *sabuli tenuioris* instar a *C. rubro* distinguitur ex ipso auctoro; nam quoad alios characteres ab

una specie ad alteram itur. Praeterea *Blitum* et *Chenopodium* in unicum genus mihi associanda esse videntur; siquidem calyces plus minus baccati vel succulenti character pueі monenti; et species ista semina horizontalia et verticalia habet; ideoque intra utrumque genus media, et illa conjungens.

2\. C. MURALE. *Lin. sp. pl. 318 — Ten. fl. nap. 3. p. 214 — Bertol. fl. ital. 3. p. 29.*

C. virens glabrum, caule erecto sulcato-angulato ramoso, foliis ovato-rhombeis acutis, superioribus cuneato-oblongis, omnibus subtus pallidis pulverulentisque inaequaliter et acute dentatis, florum glomerulis racemoso-cymosis subaphyllis, calyce fructifero subclauso, staminibus opacis subdepressis.

Ic. *Curtis lond. 6. t. 20* — Atriplex sylvestris III. *Matth. comm. 1. p. 420.*

Ad muros, ad vias, in ruderatis, et in cultis pinguibus.

Augusto, Octobri. ⊙

*Caules* 1/2—2-pedales, virentes, demum basim versus rubentes, glabri, sed glandulis sparsis pellucidis conspersi; quae in apice ramorum et in calycibus crebriores, unde partes istae farinosae videntur: *folia* tenuia, non semper nitida, sed potius opaca, subtus pallidiora, et ibi aliquando farinosa, saepius obliqua, petiolo supra canaliculato longiora: *racemi* plus minus ramosi, axillares, folio breviores, terminales fere paniculati: *calycis* laciniae obtusiusculae, concavae, sub apice cornutae, unde calyces ante anthesim pentagoni videntur, ad margines scariosae: *filamenta* calycem aequantia, una cum antheris albida: *ovarium* ovale, glandulis pellucidis conspersum: *styli* duo rubentes, breves.

3\. C. ALBUM. *Lin. sp. pl. 319 — Ten. fl. nap. 3. p. 256 — Bertol. fl. ital. 3. p. 30*, excl. var. *b.* — C. album, *a. commune. Moq.* in *Dec. pr. 13. pars 2. p. 71.*

C. albo-vel cinereo-farinosum, caule erecto sulcato-striato ramoso elongato, foliis rhombeo-ovatis basi cuneatis apice obtusis acutisve subaequaliter sinuato-dentatis, superioribus oblongis integerrimis acutis, florum glomerulis spicatis in panicula subdensa erecta subaphylla contracta, pedunculis erectis approximatis, calycibus fructiferis clausis carinatis seminibus nitidis levibus.

Ic. *Fl. dan. 1150* — Atriplex sylvestris. *Fuchs. hist. 119*, optima— Atriplex sylvestris. *Tabern. hist. 426.*

*b. glomerulosum*; glomerulis densis paniculatis minimis, planta magis albo-farinosa. *Reich. fl. germ. 2. p. 572.*

Ic. *nulla.*

In cultis passim; var. b. minus frequens.

Junio, Octobri. ⊙

*Folia* supra cinerascenti-viridia, subtus albida: *caules* erecti, stricti, arrecto-ramosi: *paniculae* rami non patentes, sed erecti, glomerulis approximatis: *utriculus* scabriusculus, sed *semen* nitidum, leve.

4. C. VIRIDE. *Lin. sp. pl. 319,* ex obs. *Planch.* in herb. *Lin.!*, ex *Moqu.*, non *Curtis* nec *Loisel.—Ten. fl. nap. 3. p. 256* — C. album, *e. viride. Moqu.* in *Dec. pr.13. pars 2. p. 71—Bertol. fl. ital. 3. p.31*— C. concatenatum. *Thuil. fl. paris. p. 125* (quod ex *Dec.* in *suppl. fl. fr.* ad C. opulifolium citatur).

C. virescens, caule erecto sulcato-striato ramoso, foliis rhomboideis subintegris vix farinosis, superioribus oblongis obtusis, florum glomerulis laxiuscule paniculatis, paniculae ramis erecto-patulis, calycibus fructiferis clausis carinatis, seminibus nitidis levibus.

Ic. *Fl. dan. 1150* — Atriplex sylvestris. *Bauh. hist. 2. p. 972.*

In cultis, in hortis, ad ruderata ubique.

Junio, Octobri. ☉

Similis praecedenti, sed habitu diversum, et foliorum colore praeter notatos characteres distinguitur.

5. C. PEDUNCULARE. *Bertol. fl. ital. 3. p. 32*—C. album, *f. pedunculare. Moqu. l. c. p. 71.*

C. foliis rhombeis, vel oblongo-lanceolatis subintegris, supra laete virentibus subtus subfarinosis, florum glomerulis majusculis in panicula longe laxeque pedunculatis, calycibus fructiferis clausis carinatis, seminibus levibus nitidis.

Ic. *nulla.*

In cultis, et in ruderatis sero autumno; *Bagno*, *Chiajano*, *Chianole del Testaccio*, *ai Maronti*, *Casamicciola*, *Lacco.*

Junio, Novembri. ☉

*Folia* praecedentis similia, sed *inflorescentia* diversissima et potius C. albo, *b. glomeruloso* similis; glomeruli aliquando sessiles.

6. C. PAGANUM. *Reich. fl. germ. 2. p. 579* — C. album, *c. viridescens. Moqu.* in *Dec. pr. 13. pars 2. p. 71.*

C. albido-virescens, caule erecto striato ramoso, foliis (subpulverulentis) rhombeo-ovatis sinuato-dentatis, summis oblongis integerrimis, glomerulis spicatis, spicis subramosis pyramidato-confertis aphyllis calycibus fructiferis clausis carinatis, seminibus nitidis levibus.

Ic. *nulla.*

In cultis, et in hortis; *Ischia*, *Bagno.*

Julio, Octobri. ☉

*Folia* utrinque laete virentia, praecedenti similia sed crassiora; *racemi* confertiores ac approximati.

7. C. OPULIFOLIUM *Schrad.* apud *Kocht et Ziz. cat. pl. Palat. p. 6—Moq.* in *Dec. 13. pars 2. p. 67* — *Ten. fl. nap. 3. p. 256, var. a* - *Bertol. fl. ital. 3. p. 32.*

C. albo-farinosum, caule erecto ramoso obsolete striato, foliis deltoideo-rhombeis subtrilobis inaequaliter croso-dentatis obtusissimis basi cuneatis, superioribus ovali-acuminatis, florum glomerulis dense paniculato-spicatis subaphyllis, calycibus fructiferis clausis carinatis, seminibus nitidis levibus.

Ic. C. sylvestre, opulifolio. *Vaill. bot. paris. p. 36. t. 7. f. 1.*

In hortis non satis obvium.

Augusto, Octobri. ⊙

*Rami* patulo-ascendentes: *folia* summa farinosa, albida, et in inferioribus diametros longitudinalis vix transversalem superat: *florum* glomeruli congesti in spicis brevibus: *calycis* laciniae obtusiusculae— C. *viride Lin.* ex observ. *Planchon* in herb. *Lin.*, uti ex *Moqu. l.* c., ab hoc plane diversum est.

8. C. VULVARIA. *Lin sp. pl. 321 — Ten. fl. nap. 3. p. 257—Bertol. fl. ital. 3. p. 39.*

C. cinereo-pulverulentum (foetens), caule erecto, ramis patulis, foliis rhombeo-ovatis integerrimis, florum glomerulis in spicis densis aphyllis conglomeratis terminalibus ramosis, calycibus fructiferis clausis, seminibus nitidis subtilissime punctatis.

Ic. *Bull. herb. t. 323*—Garosmos. *Dod. pempt. 616.*

In ruderatis, ad vias, et in cultis.

Augusto, Octobri. ⊙

9. C. POLYSPERMUM. *Lin. sp. pl. 331—Ten. fl. nap. 3. p. 267—Bertol. fl. ital 2. p. 40.*

C. glaberrimum laete virens demum rubescens, caule erecto ramosissimo, ramis patulis, foliis ovatis aut ovato-oblongis integerrimis obtusis, spicis ramosis aphyllis divaricatis, calycinis laciniis anguste ovalibus in fructu patentibus, seminibus nitidis subtilissime punctatis.

Ic. *Engl. bot. t. 1480* — Polyspermon Cassiani. *Lobel. ic.* 266 — Blitum album. *Matth. comm. 1. p. 412.*

In cultis humentibus; *Chianole del Testaccio.*

Septembri, Novembri. ⊙

*Folia* tenuia, basi parum in petiolum attenuata: *flores* minuti; calycinis laciniis angustis, acutis.

## 296. BETA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 436.*

1. B. CICLA. *Lin. sp. pl. 322 — Ten. fl. nap. 3. p. 261 — Bertol. fl. ital. 3. p. 43, var. b.*

Ic. B. candida. *Dod. pempt.* 620 — B. alba. *Zuing. theatr. p. 547.*

*b.* racemis virgatis, floribus subglomeratis.

In cultis subagillosis sola var. *b.* ; *coste di S. Pancrazio, e della Guardiola del Testaccio, fumarole nella contrada del Bell' omo sopra Forio*, et colitur passim.

Majo, Junio. ♂

Vulgo *Foglia mollo*, et inter olera apud incolas locum habet.

Cl. *Moqu.* in *Dec. pr. 13. pars 2. p.*56 sub *B. vulgori* sua plures species associat, quae in natura spectatae, et cultae, inter se diversae permanent; tales sunt *B. maritima Lin.*, *B. macrocarpo Guss.*, *B. sulcata Gaspor.*; et haec posterior potius *B. trigynoe*, quam *B. vulgaris* affinis est.

**297. ATRIPLEX.**

*Lin. gen. pl. ed. Sehreb. n. 1577.*

1. A. Tornabeni. *Tin.* in *Guss. syn. 2. p. 589* — *Moqu.* in *Dec. pr. 13. pars 2. p. 104* — A. laciniata. *Ten. fl. nap. 5. p. 295 !*, non *Lin.*

A. annua argenteo-lepidota, caule centrali erectiusculo ramosissimo, ramis diffusis ascendentibusque, foliis in ramis junioribus obtusis rhombeo-ovatis irregulariter angulato-crenatis, reliquis deltoideo-oblongis acutiusculis subintegris, floribus axillaribus foemineis subsolitariis, masculis foemineisque in spicis terminalibus aphyllis, sepalis rhombeis latis levibus (non muricatis) ad latera 1-2 obtuse dentatis.

Ic. A. marina, minor, supina, lanceolato folio incano, semine tricuspidato alato. *Bon. t. 73!*

In argillosis, aut arenosis maritimis; *marina del Lacco, di S. Angelo, e di Forio a Citora ed a Montevergine.*

Septembri, Octobri. ⊙

*A. laciniatoe* varietatem putat Cl. *Moqu. l. c.*, sed ab hac aliena est. Confer *syn. l. c.*

2. A. rosea. *Lin. sp. pl. 1493* — A. polysperma. *Ten. fl. nap. 5. p. 295* — *Guss. syn. 2. p. 589* — *Moq.* in *Dec. pr. 13. pars 2. p. 92*, excl. syn. *A. foliosoe Link.*

A. glaucescens lepidota vel pulverulenta, caule erecto ramosissimo, ramis inferioribus patulis, foliis deltoideo-ovatis inaequaliter acute sinuato-dentatis basi integris, florum glomerulis numerosis axillaribus terminalibusque spicatis subapproximatis, calycis fructiferi sepalis rhombeis ovatisque anguste marginatis irregulariter dentatis dorso obtuse cristato-tuberculatis.

Ic. *Ten. l. c. t. 269. f. 2.*

In argillosis maritimis; *Lacco presso ollo collinetta detta Capitello sporgente sul more prima del paese, e presso la chieso di S. Restituto.*

Augusto, Septembri. ⊙

Specimina Svecica, et descriptiones *A. roseae* auctorum cum hac conveniunt!; et ex adverso *A.rosea Ten.*et *syn.fl.sic.* ad *A. foliosam* spectat.

3. A. FOLIOSA. *Link in Schrad. journ. 1800. p. 55* — A. rosea. *Ten. fl. nap. 5. p. 295*, et *Guss. syn. 2. p. 590*, non *Lin. !*

A. subglaucescens lepidota vel farinosa, caule ramosissimo, ramis divaricatis flexuosis, foliis obtuse eroso-dentatis deltoideo-ovatis oblongisque basi integris, florum glomerulis numerosis multifloris axillaribus terminalibusque ( vix spicatis ), calycis fructiferi sepalis orbiculato-rhombeis cordatis late marginatis acute-dentatis dorso cristatis muricatisque.

Ic. A. alba. *Scop. del. fl. Ins. 2. p. 16. t. 8 ?;* confer *syn. l. c.*

Cum praecedente ! simulque floret.

Cl. *Moqu. l. c.* aliique species duas istas confundunt, tamen quamvis simul in eodem loco proveniant characteres immutatos servant ; et equidem *A. rosea* semper pyramidata, ramis superioribus surrectis; *calycis* fructiferi sepala angusta; *glomeruli* florum densi, in apice caulis in spicis foliosis elongatis dispositi — In *A. foliosa* , rami semper patuli ac flexuosi, ideoque forma plantae irregularis ; *florum* glomeruli fere omnes axillares, vix in apice ramorum subspicati ; *calycis* fructiferi sepala duplo latiora sunt.

4. A. TRIANGULARIS. *Willd. sp. pl. 4. p. 963—Ten. fl. nap. 5. p.296*— A. hastata , *e. triangularis. Moqu.* in *Dec. pr. 13. pars 2. p. 95.*

A. virescens vel cano-farinosa, caule erectiusculo, ramis inferioribus patulis, foliis plurimis oppositis integris triangulari-hastatis, summis lanceolato-linearibus, florum glomerulis in spicis aphyllis terminalibus paniculatis simplicibusque laxe dispositis , calycis fructiferi sepalis triangularibus, margine versus basim dentatis, disco inappendiculatis.

Ic. A. folio deltoideo. *Zannich. hist. p. 31. t. 49.*

In humentibus maritimis ; *Ischia nell' orto alla Mandria* , *Bagno alle sponde del lago*, et in aridis a marinis undis perfusis ; *scogli di S. Anna presso Ischia.*

Septembri, Octobri. ⊙

*Sepala* disco inappendiculata in hac recte notat *Moqu. l. c. !* ; sed aliquando variat sepalis verrucis elongatis obsitis, ut in sequente , et in unico flore sepala latiora quidem, sed non ampliata.

5. A. PLATISEPALA. *Guss. syn. 2. p. 590* — *Moqu.* in *Dec. pr. 13. pars 2 p. 104.*

A. glabra virescens, caule ramosissimo, ramis inferioribus oppositis patulis diffusisque, foliis integris, inferioribus mediisque hastatis, supremis oblongo-lanceolatis, florum glomerulis axillaribus paucis, in extremitate ramorum glomerulis spicatis aphyllis, calycis fructiferi sepalis triangularibus ampliatis apice subproductis a basi ad medium acute dentatis integrisve, dorso tuberculatis levibusque.

Ic. *nulla.*

*b.* sepalis calycis fructiferi basi dentatis, verrucis elongatis lanceolato-foliaceis.

In humentibus herbosis pinguibus cultis; *Ischia nell' orto alla Mandria, Bagno negli orti presso al Lago: Forio in quelli di Citara;* sola var. *b.*

Augusto, Octobri. ⊙

*Planta* semper lacte virens, non glaucescens, aliquando 2-pedalis: in quolibet glomerulo calycis unici fructiferi *sepala* ampla, foliacea, in reliquis duplo minora: in var. *b.* verrucae ita elongatae sunt, ut sepala excedant, ideoque dentes alios in sepalorum margine mentiuntur.

6. A. MACRODIRA. *Guss. syn. 2. p. 592 — Moqu. in Dec. pr. 13. pars 2. p. 103.*

A. virescens junior albido-pulverulenta!, caule erecto, ramis infimis patulis, foliis mediis inferioribusque ovato-lanceolatis basi cuneatis ad medium sinuato-dentatis integrisve, supremis lanceolatis integerrimis, florum glomerulis in spicis terminalibus aphyllis laxe dispositis, calycis fructiferi sepalis subdeltoideo-hastatis semen excedentibus latioribusque, auriculis acute irregulariterque dentatis, apice non producto integerrimo, dorso verrucis lanceolatis obsitis.

Ic. *nulla.*

In cultis apricis herbosis; *seminati di Catauro presso al Cavone delle Nocelle e della costa di Succellaro, Chianole del Testaccio, vigne di Cavallaro sopra Fontana, e ne'margini delle stesse da Fontana a Calimera, Forio alle fumarole nella contrada del Bell' omo.*

Septembri, Octobri. ⊙

*Sepala* ut plurimum in hac farinosa dum juniora sunt, semper parva, et minime apice producta.

7. A PATULA. *Lin. sp. pl. 1494 — Ten. fl. nap. 5. 296.*

*b. producta.*

A. virescens, caule erecto (saepius stricto), ramis patulis, foliis omnibus lanceolato-oblongis acutis integerrimis, florum glomerulis axillaribus solitariis, et ad apicem ramorum in spicis terminalibus subfoliatis laxiuscule dispositis, calycis fructiferi sepalis deltoideis apice productis versus basim denticulatis dorso levibus tuberculatisque semen multoties excedentibus latioribusque.

Ic. *nulla.*

In cultis herbosis; *Monte Vetta,* sola var. *b.*

Septembri, Octobri. ⊙

*Caules* 4-15-pollicares: *rami* angulo recto patentes: *folia* in brevem petiolum attenuata, 6-12 lin. longa, 1-3 lin. lata; inferiora angustiora; superiora latiora, et acutiora: *florum* glomeruli solitarii, jam ex axillis foliorum inferiorum prodeuntes, et in istis calycis fructiferi sepala duplo

minora, quam in superioribus; in quibus sepala ista aliquando 3-4 lin. longa sunt, et earum apex in acumen productus.

8. A. angustifolia. *Smith britt. 3. p. 1092 — Guss. syn. 2. p. 593 — Ten. fl. nap. 5. p. 297.*

A. virescens, caule erecto, ramis patulis, foliis infimis lanceolato-ovatis subhastatis subsinuato-dentatis, superioribus lanceolatis integerrimis, florum glomerulis in spicis terminalibus aphyllis laxe dispositis, calycis fructiferi sepalis deltoideis subintegris levibus vel obsolete tuberculatis, semen multoties excedentibus latioribusque.

Ic. *Babingt. Trans. soc. bot. Edimb. Juin. 1840. p. 7. t. 1* — A. sylvestris, Polygoni, aut Helxines foliis. *Lob. ic. 257*, bona — A. sylvestris, prima. *Matth. comm. 1. p. 418.*

Inter segetes, et in vineis; *vigne di Cavallaro sopra Fontana, ed in quelle della costa di Succellaro, Chianole del Testaccio.*

Septembri, Octobri. ⨀

*Calycis* fructiferi sepala duplo triploque, quam in praecedente minora, nunquam farinosa, ut in *A. macrodira*; nec in praecedentem transit.

## 67. CYNOCRAMBEA. *Moqu.*

### 298. THELIGONUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1444.*

1. T. Cynocrambe. *Lin. sp. pl. 1411 — Ten. fl. nap. 2. p. 349.*

Ic. *Lam. ill. t. 777*—Cynocrambe. *Column. phyt. p. 121. t. 36—Barr. ic. 335.*

In ruderatis, ad maceries, et ad rupes in sylvaticis, tam elatis, quam demissis.

Februario, Aprili. ⨀

Glabrum, laete virens, decumbens, ramosissimum: *caules* articulati: *folia* ovata, integerrima: *flores* albido-virentes, herbacei, parvi, axillares, sessiles: *semina* nitida.

## 68. POLYGONEAE. *Juss.*

### 299. POLYGONUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 677.*

#### § I. *Avicularia. Meisn.*

Flores *in axillis foliorum fasciculati, vel foliis ad apicem ramorum diminutis spicas interruptas formantes*: stigmata *minutissima.*

1. P. maritimum. *Lin. sp. pl. 519 — Ten. fl. nap. 1. p. 212 — Bertol. fl. ital. 4. p. 385.*
   Ic. *Sibth. fl. gr. t. 363 — Camer. epit. p. 691,* figura tantum dextra— P. majus, incanum. *Barr. ic. 561. f. 1.*
   In arenosis maritimis.
   Majo, Octobri. ♄
   *Caules* aliquando ita elongati, ut fere flagelliformes evadunt, nigri, cicatrisati; juniores ocbreis longis multinerviis scariosis laceris obtecti: *folia* coriacea, glaucescentia: *flores* breviter pedicellati; *calycinis* laciniis albis, non roseis : *stam. 8 : styli 3* : *semina* trigona, fusca, glaberrima, nitida, levia.
2. P. herniarioides. *Del. descr. de l'Aegypt. v. 19. p. 86 — Bertol. fl. ital. 4. p. 381.*
   P. diffusum glabrum suffruticulosum, foliis ovalibus crassiusculis approximatis obtusis, ocbreis laciniato-laceris, laciniis apice setaceis, floribus axillaribus brevissime pedunculatis subfasciculatis, seminibus trigonis levissimis fuscis utrinque acutis (exiguis).
   Ic. P. maritimum, minimum, thymifolio. *Barr. ic. 559?*
   In lapidosis apricis ad vias; *lungo la strada dal Lacco a Forio nella discesa da Marecoceo al Purgatorio.*
   Septembri, Octobri. ♃, et basi fere ♄
   *Caules* plus minus elongati, terrae adpressi, foliis virentibus dense tecti, tamen nec isti nec folia scabri, uti ex *Bertol. l. c.*, et uti in plantis aegyptiacis video, sed leves; at in reliquis conveniunt : *flores* parvi.
3. P. aviculare. *Lin. sp. pl. 519 — Ten. fl. nap. 1. p. 212 — Bertol. fl. ital. 4. p. 378,* an cum syn. et var.?
   Ic. *Engl. bot. t. 1252,* ex *Bertol.*—P. mas, vulgare. *Dod. pempt. 113.*
   Ad vias, et in arvis passim.
   Julio, Octobri. ⊙
   *Caules* elongati, usque ad apicem foliosi, et foliis latioribus laxe non dense

tecti, ut in praecedente: *semina* brevissime pedicellata, nitidiuscula, minute granulata.

4. P. GRACILE. *Guss.*

P. annuum glabrum, caulibus gracilibus ascendentibus decumbentibusque, foliis (tenuibus) ovalibus distantibus subtus verrucis minimis albidis obtusis tectis, ochreis remote nervosis fimbriato-laceris, laciniis apice setaceis, floribus octandris trigynis axillaribus subsolitariis brevissime pedicellatis, seminibus trigonis (nitidis) tenuissime punctatis.

Ic. *nostra t. XII. f. 2, c. d. e.* — P. vulgare. *Zannich. hist. t. 201*, quoad habitum hoc bene refert.

In cultis apricis, et in agris post messem; *Bagno*, *Campagnano*, *Pico*, *Chiojano*, *Chianole del Testaccio*, *valle di Canniani*, *piano de' Muori*; et prope *Napoli*, *Portici*, ec.

Septembri, Octobri. ⨀

*Caules* saepius decumbentes, 1-3-pedales, tamen semper graciles, internodiis elongatis: *folia* distantia, pallide virentia, obtusiuscula, et margine integerrima ac plana, non undulata: *bracteae* ochreis conformes: *flores* breviter pedicellati, 2-3 ex axillis bractearum: *calycis* laciniae intus albae, dorso roseae, aut virentes, albo-marginatae, obtusae, post anthesim clausae ac obtuse carinatae: *filamenta* basi incrassata; *antheris* luteis: *stigmata* tria, albida, crassiuscula, et fere capitata: *semina* nigra, acute trigona. — Praecedenti proximum, sed gracilius; *folia* magis distantia, parva—An P. aviculare, *y. neglectum Bess.*, P. oxyspermum *Leed.* in *Reich. fl. germ. 2. p. 573?* — Nec cum *P. Bellardi*, nec cum *P. monspeliensi* est confundendum.

## § II. *PERSICARIA. Tourn.*

Flores *in apice ramorum spicati*: stigmata *magna*, *capitata*.

5. P. NODOSUM. *Pers. syn. 1. p. 440* — *Reich. fl. germ. 2. p. 572*— P. lapatifolium. *Ten. fl. nap. 5. p. 343* — *Bertol. fl. ital. 4. p. 369*, ex parte.

P. floribus hexandris digynis, seminibus compressis utrinque concavis, spicis linearibus crassiusculis subcernuis, calycibus eglandulosis, foliis lanceolatis utrinque attenuatis margine subtusque ad nervos petiolisque scabriusculis, pedunculis scabris eglandulosis, ochreis breviter ciliatis nudisve, caule erecto vel basi ascendente.

Ic. *Reich. cent. 5. f. 689.*

*b. canescens*; foliis subtus adpresse tenueque villoso-canescentibus.

In cultis humentibus; *Ischia ne' fossi dell' orto alla Mandria*, *Forio a Citara* utraeque varietates.

Septembri, Octobri. ⊙

Cave ne var. *b.* cum *P. incano Willd.* confundas, in quo *spicae* breviores; *folia* angustiora, et subtus fere lanato-tomentosa: praeterea quibus notis species ista a *P. lapathifolio* distinguitur, confer *Reich. l. c.* et *Guss. syn. 1. p. 455.*

6. P. Persicaria. *Lin. sp. pl. 518,* var. *a* — *Ten. fl. nap. 1. p. 211,* et P. serotinum. Id. *fl. nap. 4. p. 180*, nam semina variabilia sunt — *Bertol. fl. ital. 4. p. 370*, excl. syn. P. laxiflori *Reich.*

P. floribus hexandris digynis, seminibus trigonis lenticularibusque, spicis ovalibus ( brevibus ) crassis, foliis lanceolatis utrinque attenuatis, ochreis pilosis longe ciliatis, pedunculis calycibusque eglandulosis.

Ic. *Reich. cent. 5. f. 684* — Persicaria mitis. *Bauh. hist. 3. p. 779* mala, uti omnes illae veterum auctorum.

In cultis arenosis humentibus; *ne' siti coltivati della valle del Crovone.*

Septembri, Octobri. ⊙

*Spicae* in nostro ovales, aut fere globosae, saepius erectae: *bracteae* ciliatae: *calycis* laciniae concavae, fere scariosae, integerrimae, albae, uti stamina styli et stigmata: *stamina* petala subaequantia: *pistilli* duo recurvi, inferne subconnati: *semina* nitide atra, vix punctata, raro trigona, saepius vero hinc convexiuscula, hinc fere plana, obsolete foveolata.

### § III. *Helxine. Dec.*

Flores *in racemis axillaribus.* Styl. *unicus, brevis;* stigmate *unico, trilobo.*

7. P. Convolvulus. *Lin. sp. pl. 522* — *Ten. fl. nap. 1. p. 213* — *Bertol. fl. ital. 4. p. 388.*

Ic. *Fl. dan. 744*—Fagopyrum vulgare, scandens. *Zannich. hist. t. 146.*

In sylvaticis, et ad sepes in cultis.

Majo, Septembri. ⊙

Vulgo *Corriola.*

*Calycis* laciniae in hoc ad carinam apterae; carinato-alatae, alis albidis in sequente.

8. P. dumetorum. *Lin. sp. pl. 522* — *Ten. fl. nap. 1 p. 214*—*Bertol. fl. ital. 4. p. 389.*

Ic. *Fl. dan. 756*—Convolvulum nigrum. *Dod. pempt. 396*—Helxine Cissampelos altera, Atriplicis effigie. *Lobel. ic. 624.*

In silvaticis, vel ad sepes in cultis in hac insula satis rarum; *nelle vigne sotto al piano delle Zavatte sopra al Rotaro*, semel vidi.

Augusto, Septembri. ⊙

## 300.*RUMEX.

*Compd. mon. du gen. Rum.*, et *in Endl. gen. n. 1993.*

1. R. CRISPUS. *Lin. sp. pl. 476 — Ten. fl. nap. 3. p. 390 — Bertol. fl. ital. 4. p. 236,* excl. var. *b.*
Ic. *Reich. cent. 6. f.783*—Lapathum acutum, crispum. *Tabern. ic.436.*
In cultis humentibus; *Ischia nell' orto alla Mandria, Foria in quelli di Citara.*
Aprili, Majo. ♂
*Folia* lanceolata, undulato-crispa: *sepala* tria interiora cordato-orbiculata, subintegra, unica vel omnibus graniferis.

2. R. CONGLOMERATUS. *Murr. pr. fl. Gott. p. 52 — Ten. fl. nap. 5.* in *prodr.* in *fol. p. VI,* et R. nemolapathum. *Ten. fl. nap. 3. p. 390 ?* non *Ehrh.* ex loco — R. acutus. *Bertol. fl. ital. 4. p. 237.*
Ic. R. glomeratus. *Reich. cent. 4. f. 552.*
In sylvaticis, etiamque in cultis humentibus.
Aprili, Majo. ⊙
*Folia* inferiora oblonga, subundulata: *flores* in quolibet verticillo numerosi; sepalis fructiferis interioribus omnibus graniferis, parvis, fere granulo suo angustioribus — Cl. *Bertol. l. c.* a R. acuto *Lin.* non separat, sed ex observatione Cl. *Koch* in *syn. ed. 2. p. 705* in *R. acuto* valvae dentatae sunt ex descriptione *Lin.*, dum in hoc integerrimae.

3. R. PULCHER. *Lin. sp. pl. 427 — Ten. fl. nap. 3. p. 391 — Bertol. fl. ital. 4. p. 240,* an excl. var. *b. ?*
Ic. *Reich. cent. 5. f. 679* — Lapathum pulchrum, sinuatum. *Bauh. hist. 2. p. 988,* quoad folia bona.
In apricis herbosis, et ad vias.
Aprili, Majo. ♂
*Folia* radicalia panduriformia: *rami* divaricati: *sepala* tria interiora triangulari-ovata, setaceo-dentata, omnia granifera.

4. R. BUCEPHALOPHORUS. *Lin. sp. pl. 479 — Ten. fl. nap. 3. p. 392 — Bertol. fl. ital. 4. p. 244.*
Ic. *Cav. ic. 1. t. 41. f. 1* — Acetosa Ocymifolia, bucephalophoros. *Columm. ecphr. 1. p. 151. f. 150.*
In apricis herbosis, nec non in aridis asperis passim.
Martio, Majo. ⊙
Glaberrimus virens, sed demum undique intense rubens: *folia* oblongo-lanceolata: *pedunculi* fructiferi demum incrassati, ac reflexi: *sepala* tria interiora linearia, ciliato-dentata, granulo destituta. *Floribus* monstruosis variat.

Digitized by Google

3. R. MULTIFIDUS. *Lin. sp. pl. 482 — Ten. fl. nap. 3. p. 393 — Bertol. fl. ital. 4. p. 260.*
Ic. Acetosa minor, erecta, lobis multifidis. *Bocc. mus. 2. p. 164. t. 126.*
In cultis, et ad vias in arenosis; *dalla vetta del Monte S. Nicola al mare.*
Aprili, Junio. ♃, et ♂
Glaberrimus, dioicus, laete virens: *folia* hastata, auriculis palmato-multifidis: *flores* paniculati: *sepala* integra, granulo destituta.

## 69. LAURINEAE. *Dec.*

### 301. LAURUS.

*Nees in Endl. gen. n. 2061.*

1. L. NOBILIS. *Lin. sp. pl. 529 — Ten. fl. nap. 1. p. 217 — Bertol. fl. ital. 4. p. 399.*
Ic. *Duham. arb. ed. 2. v. 2. t. 32* — Laurus. *Dod. pempt. 849.*
Passim colitur.
Februario, Martio. ♄
Vulgo *Lauro*, et folia, quia grate aromatica, inter obsonia adhibentur.
Sempervirens, glaberrima: *flores* luteoli, in racemis axillaribus brevibus: *drupa* matura nitide-nigra.

## 70. THYMELEAE. *Juss.*

### 302. DAPHNE.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 664.*

1. D. LAUREOLA. *Lin. sp. pl. 510 — Ten. fl. nap. 3. p. 201 — Bertol. fl. ital. 4. p. 334.*
Ic. *Bull. herb. t. 37* — Laureola. *Dod. pempt. 365.*
In sylvis umbrosis.
Februario, Martio. ♄
*Frutex* humilis, glaberrimus, sempervirens, erectus: *folia* coriacea, nitide virentia: *racemi* simplices, cernui, axillares: *flores* virentes, inodori.
2. D. GNIDIUM. *Lin. sp. pl. 511 — Ten. fl. nap. 3. p. 302 — Bertol. fl. ital. 4. p. 341.*
Ic. *Plenk offic. t. 304* — Thymelea. *Clus. hist. 1. p. 87.*
In fruticetis collium, et in agris mari proximis praecipue *Ischia all'Arso, Lacco o Marecocco, ed a Zale.*
Augusto, Septembri. ♄

Digitized by Google

Vulgo *Cecavocchioli mascoli.*

*Frutex* ramosissimus, erectus, glaberrimus, sempervirens: *folia* approximata, tenuia, juniora glauco-virentia: *flores* albi, grate olentes, in panicula terminati.

303. PASSERINA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 668.*

1. P. HIRSUTA. *Lin. sp. pl. 513 — Ten. fl. nap. 1. p. 204 — Bertol. fl. ital. 4. p. 345.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 360* — Erica alexandrina, italorum. *Lobel. ic. 2. p. 217* — Sanamunda tertia. *Clus. hist. 1. p. 89.*

Ad rupes, et in collibus aridissimis, nec non in arenosis mare proximis; *coste alte di S. Pancrazio, del Pignatiello, e del Lapillo, marina di Succellara alla Scarupata, coste del Funnolillo, dalla Punta di S. Angelo a Socciva, Guardiola di S. Gennaro, e colline all'avest di Campotese pressa Panza, Punta dell'Imperatore presso Fario, Lacca al monte Vico, nelle rupi sul mare all'est, ed in quelle di Zale al Nord.*

Septembri, Februario. ♄

*Frutex* sempervirens, saepe humilis: *caules* valde ramosi; ramis arcuatis: *folia* brevia, ovata, concava, 4-fariam imbricata, laete virentia, glabra, intus niveo-tomentosa, coriacea: *flores* externe albo-tomentosi, intus luteoli; masculi solitarii; foeminei 2-3 glomerati, ac sessiles: *planta* saepius dioica apud nos, uti in Sicilia.

## 71. SANTALACEAE. *Brown.*

304. OSYRIS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1504.*

1. O. ALBA. *Lin. sp. pl. 1450 — Ten. fl. nap. 5. p. 275.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 802 — Zannich. hist. t. 83*—Cassia poetica Monspeliensium. *Lobel. ic. 433—Zuing. p. 210.*

In aridissimis asperisque collibus; *alla sommità della Punta dell' Imperatore*, ubi tantum vidi, et satis rara.

Majo, Junio. ♄

*Frutex* dense caespitosus, ramosissimus, erectus, glaberrimus: *folia* sempervirentia, coriacea, lanceolato-linearia: *flores* flavescentes, odori, laterales; masculi racemosi, foeminei solitarii: *drupae* rubentes.

## 72. CYTINEAE. *Brogn.*

### 305. CYTINUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1384.*

1. C. Hypocistis. *Lin. syst. veg. ed. 12. p. 826—Ten. fl. nap. 5. p. 271.*
   *a. ochraceus. Guss. syn. 2. p. 619.*
   Ic. *Ten.* cum *Carol. tab.* in *Giorn. enc. nap. ann. 1. p. 21. t. 1—Lam. ill. gen. t. 737—Cav. ic. 2. t. 171* — Hypocistis omnino lutea, sive ochraceo colore. *Clus. hist. 1. p. 145.*
   Ad radices *Cisti salvifolii*, raro *C. monspeliensis* parasiticus.
   Aprili, Majo. ♃
   Planta humilis, caespitosa, aphylla, rubescens, carnosiuscula: *flores* ochracei, terminales, fasciculati, squamis imbricatis tecti — Confer pro foecundatione, et embrione hujus plantae *Gasparr.* in *act. del Cong. degli Scienz. in Nap. 1846. par. 1. p. 981. t. 3.*

## 73. EUPHORBIACEAE. *Juss.*

### 306. EUPHORBIA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 823.*

1. E. Peplis. *Lin. sp. pl. 651 — Ten. fl. nap. 1. p. 260 — Bertol. fl. ital. 5. p. 40.*
   Ic. *Reich. cent. 15. f. 4755* — Peplis. *Clus. hist. 2. p. 187.*
   In arenosis maritimis.
   Julio, Septembri. ⊙
   Procumbens, glaberrima, glaucescens, dichotoma: *folia* crassiuscula, oblonga, oblique cordata: *flores* solitarii, axillares, *petalis* non lunatis: *semina* levia.
   Omnes Euphorbiae species unico generali nomine vulgari *Cecavocchi* appellantur.
2. E. falcata. *Lin. sp. pl. 654 — Bertol. fl. ital. 5. p. 48.*
   *b. mucronata*; involucellis imbricatis mucronatis. *Pers. syn. 2. p. 15*— E. mucronata. *Lam. dict. enc. 2. p. 246* — E. acuminata. *Ten. fl. nap. 1. p. 261*— E. falcata; *b. minor. Koch syn. ed. 2. p. 731* — *Guss. syn. 1. p. 534.*
   Ic. Peplis annua, foliis acutis, flore muscoso. *Bocc. sic. t. 24* — Pithyusa minor, subrotundis et acutis foliis. *Barr. ic. 751.*

Inter segetes in elatis; *seminati del piano di Muori*, *delle vigne di Buceto, di monte Vetta, di Ajetola, di Fontana*, sola var. *b.*

Julio, Septembri. ☉

In hac varietate *folia* inferiora obtusa: *involucelli* foliola basi obliqua, apice obtusa cum mucrone, juxta umbellae radios divaricatos imbricata: *semina* albida, compresso-tetragona, ad facies transverse foveolata, non corrugato-sulcata, uti dixi in *syn. l. c.*

3. E. Peplus. *Lin. sp. pl. 653 — Ten. fl. nap. 1. p. 261 — Bertol. fl. ital. 5. p. 42.*

Ic. *Reich. cent. 15. f. 4773* — Peplus. *Dod. pempt. 375.*

*b. minor*; caulibus brevioribus 2-4-pollicaribus, foliis involucrisque orbiculatis. *Willd. sp. pl. 2. p. 903*— E. rotundifolia. *Loisel. fl. gall. ed. 2. v. 1. p. 238 — Ten. fl. nap. 4. p. 259* — E. peploides. *Gou. fl. monsp. p. 174.*

Ic. *Loisel. l. c. t. 29 — Reich. cent. 15. f. 4744.*

In herbosis apricis, ad agrorum margines, et in cultis: var. *b.* super muros, et in aridis apricis herbosis.

Octobri, Majo. ☉

Glabra, laete virens, erecta: *umbella* trifido-dichotoma: *involucella* ovata: *petala* semilunata: *semina* albida, reticulato-foveolata.

4. E. helioscopia. *Lin. sp. pl. 658 — Ten. fl. nap. 1. p. 268 — Bertol. fl. ital. 5. p. 47.*

Ic. *Reich. cent. 15. f.4754*—Tithymalus helioscopius. *Dod.pempt.377.*

In herbosis, et in cultis.

Februario, Aprili. ☉

Erecta, glabra: *umbella* 5-fida-2-3-fido-dichotoma: *petala* integra, viridi-luteola: *semina* obovato-pyriformia, brunnea, lacunoso-reticulata. Variat involucellis aliquando rubro-coloratis.

5. E. pubescens. *Desf. atl. 1. p. 586*, excl. syn. *Vahlii — Ten. fl. nap. 4. p. 262.*

Ic. *Reich. cent. 15. f. 4769* — Tithymalus palustris, villosus, mollior, erectus. *Barr. ic. 885.*

In humentibus maritimis; *Ischia nell'Orto della Mandria, Bagno presso al lago, Forio a Citara*, olim frequens, nunc fere destructa.

Majo, Julio. ♃

Erecta, pallide virens, villosa: *folia* oblongo-lanceolata, serrulata: *umbella* quinquefida-trifida-bifida: *semina* plumbea, lineolis exasperata. Ab *E. pilosa* hanc non separat Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 5. p. 89.*

6. E. corallioides. *Lin. sp. pl. 659 — Bertol. fl. ital. 5. p. 86.*

*b. lanuginosa. Ten. fl. nap. 4. pr. in fol. p. 68*; ex quo, E. lanuginosa. *Ten. fl. nap. 1. p. 264*, var. *a.*

E. caule erecto inferne simplicissimo foliisque sessilibus glabrato, umbel-

la 5-fida 3-fida-subdichotoma, involucris foliisque lanceolatis subserrulatis, involucellis ovatis, petalis suborbiculatis integerrimis ( non lunatis), capsulis obtuse sparseque tuberculatis glabris vel laxe villosis, seminibus cinereis levibus.

Ic. *Reich. cent. 15. f. 4768*—Tithymalus nemorosus, villosus, mollior. *Barr. ic. 198.* ( pro var *a.* ).

In sylvis elatis ; *selve dell' Ulicella presso Buceto, e sul principio di questa valle, selve delle Falanghe, di Catreca, del Fasano , e delle coste del Polletriello ;* tamen in hoc loco satis rara.

Junio, Julio. ♃

In planta inarimensi *folia* non sunt laete , sed pallide virentia , fere glabrata , nam pilis adpressis sparsis instructa , ad margines ciliata ac tenuissime subserrulata: *umbella* saepe pauci-radiata; ramis floriferis sub ipsa nullis, aut paucis ac bifidis : *involucella* plana : *petala* luteo-aurantiaca, obtusissima, fere orbiculata !, plana : *capsula* virescens, non rubens, subglobosa, sparse villosa aut glabriuscula, tuberculis vel verrucis obtusis irregularibus sparsis plus minus obsita! : *semina* levissima, non lineolis exasperata, ut in speciei typo, recentia cinerea,sed in chartas servata rufescentia evadunt; *caruncula* ceracea.

7. E. Dendroides. *Lin. sp. pl. 662— Ten. fl. nap. 4. p. 260—Bertol. fl. ital. 5. p. 73.*

Ic. *Reich. cent. 15. f. 4772*—E. divaricata. *Jacqu. ic. rar. 1. t. 87*— Tithymalus Dendroides major, et verior. *Barr. ic. 910.*

Ad rupes, et in sylvaticis lapidosis elatis, vel demissis.

Februario, Martio. ♄

*Caules* 1–4-pedales : *folia* conferta, late lineari-lanceolata, integerrima, aestate saepius decidua : *rami* sessiles sub umbella multifido-bifida nulli: *involucella* rhombeo-subrotunda, lutescentia: *dentes* calycini albo-lanati : *petala* transverse ovalia, non lunata : *semina* glabra, subglobosa, carunculata, et uti *capsuloe* (quae erectae) levia.

8. E. terracina. *Lin. sp. pl. 254 — Bertol. fl. ital. 5. p. 50* — E. italica. *Lam. dict. enc. 2. p. 434 — Ten. fl. nap. 4.* in *prodr.* in *fol. p. 68*; ex quo E. neapolitana ipsius *l.c.p.266*—E. provincialis. *Willd. sp. pl. 2. p. 914 ?*

E. glaberrima laete virens demum rubescens, foliis tenue coriaceis , infimis spathulato-cuneiformibus emarginatis, reliquis late lanceolato-linearibus obtusiusculis mucronulatis tenuissime serrulatis, umbella 3-5-fida-dichotoma, petalis lunatis integris apicibus setigeris, seminibus ovoideis capsulisque levibus.

Ic. *Ten. l. c. t. 42* — E. provincialis. *Reich. cent. 15. f. 4790*, dum icon E. terracinae ipsius *l. c. f. 4775*, ex *Bertol.* potius ad *E. Lagascae* spectat — Tithymalus marinus, folio retuso, terracinensis. *Barr. ic. 833.*

Digitized by Google

In apricis herbosis; *Lacco al monte Vico nell'alta costa meridionale, ed al piano dell'Arenella; ne'siti arenosi erbosi della marina di S. Montana dietro alle siepi di Agave.*

Martio, Majo. ♃, et aliquando basi fere ♄

*Petala* viridi-lutescentia, lunata, appendice longa setiformi recta vel incurva terminata, ideoque longe cornuta : *capsula* glabra, oblonga, vel globosa : *semina* albida , vel fusca , nec foveolata, nec reticulata , maculis irregularibus rufescentibus notata ; *caruncula* albida. — Sub *E. obliquata Forsk.* ( quae *E. alexandrina Delil.* in *Steud.* ) cl. *Webb* in *Phyt. can. vol. 2. pars 2. sect. 3. p. 247*, *E. setiornem* , *E. provincialem*, ac *E. terracinam* refert ; et synonymon *E. neapolitanae*, quod certe ad praecedentes spectat, non citat. Num vero *E. obliquata Forsk.* sit eadem ac nostra definire non audeo.

9. E. PINEA. *Lin. syst. nat. ed. 12. v. 2. p. 333—Biv. Bern. man. 4. p. 19—Bertol. fl. ital. 5. p.64* —E. caespitosa. *Ten. fl.nap.4. p. 261.*

E. glaberrima glauco-virescens, caule erecto basi suffruticoso, foliis inferioribus dense approximatis anguste linearibus obtusis acutisque patentibus deflexisque, superioribus distantibus, supremis latioribus ovato-lanceolatis basi oblique trilobis,umbella 5-7-fida-bifida vel dichotoma, involucellis subcordato-reniformibus integerrimis concavis, petalis lunatis, capsularum angulis scabris, seminibus albidis excavato-foveolatis.

Ic. *Biv. Bern. l. c. t. 5 — Ten. l. c. t. 43. f. 2* — E. ragusana. *Reich. cent. 15. f. 4782. b.* , ex *Bertol.*

*b.* seminibus non foveolatis.

*bb.* involucri foliis elongatis, foliis fere omnibus conformibus.

*bbb.* foliis latioribus ( 2-3 lin. latis ) obtusioribus, caule elatioro 1-1/2-2-pedali.

In aridis apricis, nec non in lapidosis elatis, aut demissis ubique.

Januario, Julio. ♄

*Caules* basi suffruticosi, at non semper caespitosi, cicatrisati : *folia* glauco-virentia , 1-3 lin. lata, patentia , demum deflexa , conferta : *petala* viridi-luteola , aut ceracea , truncata , ad apices appendicula lin. longa lineari terminata, ideoque lunata: *capsula* ad angulos nervo lato prominulo instructa — Differt ab *E. portlandica* , quoad iconem *Ray*, foliis anguste linearibus , ramis sub umbella elongatis ; a descriptione *Lin.* et *Smith* ipso ramorum charactere; tamen confer in *syn. 1. p. 539* observationes quoad specimina exotica. Confer quoque cl. *Bertol. l. c. p. 66.*

10. E. PARALIAS. *Lin. sp. pl. 657 — Ten. fl. nap. 1. p. 265 — Bertol. fl. ital. 5. p. 68.*

Ic. *Reich. cent. 15. f. 4789* — Tithymalus Paralias. *Dod. pempt. 370.*

In arenosis maritimis ; *Ischia all' Arso nelle arene sotto alla chiesa del*

*Purgatorio, Lacco alla marina di S. Montano, di Citara e di S. Francesco a Forio, di S. Angelo, e de' Marouti.*

Junio, Julio. ♃ et basi ♄

Glaucescens, erecta: *caules* annotini 1-2-pedales: *folia* coriacea, conferta, dense imbricata, lanceolata: *rami* pauci aut nulli sub umbella, quae 3-5-fida-bifida: *petala* lutescentia, breviter semilunata: *semina* lutea, cinerea; *caruncula* parva, reniformi, lutea.

11. E. biglandulosa. *Desf. coroll. p. 88—Bertol. fl. ital. 5. p. 72*—E. rigida. *Ten. fl. nap. 4. p. 264*, non *Marsch!*

Ic. *Desf. l.c. t.67*—Tithymalus Myrsinites,legitimus. *Clus.hist.2.p.189.*

In hac insula ex *Ten. l. c.*, sed adhuc non vidi.

12. E. Characias. *Lin. sp. pl. 262 — Ten. fl. nap. 1. p. 275 —Bertol. fl. ital. 5. p. 100.*

*b. inarimensis*; foliis latioribus, lucidis, glauco-virentibus — E. criocarpa. *Bertol. comm. de itin. Neap. p. 22*, et *fl. ital. 5. p. 101 ?*

Ic. *Bertol. l. c. t. 3 ?*

In silvaticis umbrosis demissis, vel elatis; *discesa da S. Nicola alle Falanghe ed al Fasano, Bocca della Serra, valle de' Frassitelli, S. Maria del Monte sopra Forio e presso le fumarole del Bell' omo, Panza nelle colline delle Forche e di Campotese, vallata da Serrano a Panza, Casamicciola lungo la strada del ponte del Larito a S. Giuseppe, ed alla salita di Montecito; Lacco alla Cava del monaco, e presso al pubblico pozzo, scala de' Maronti presso al lido.*

Januario, Martio. ♄

*Caules* fruticosi, cicatrisati, plures ex eadem radice, tamen simplices: *folia* subtus pallidiora, latiora quam in *E. Characia a*, 3-4-lin. lata: *involucella* pelviformia, pallide lutescentia: *calyces* pubescentes: *petala* concoloria, atropurpurea, vel sordide lateritia, aliquando nitida, truncato-emarginata, in emarginaturae sinu integerrima aut crenulato-erosa, sublunata, appendicibus linearibus brevissimis acutis cito subtus revolutis et aliquando demum evanidis instructa, ita ut demum truncata et obtusa videntur: *capsulae* villosae, minutissime tuberculatae: *semina* nitide cinerea, levissima, nec excavata, nec foveolata, *caruncula* ceracea cordata instructa.

Quoad habitum et folia *E. venetam* refert, sed petalis diversissima, nam in illa semilunata sunt.

## 307. MERCURIALIS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1534.*

1. M. annua. *Lin. sp. pl. 1465 — Ten. fl. nap. 5. p. 280.*

Ic. *Reich. cent.15. f.4801*—M. annua. *Matt. comm. 2. p. 634* — M. mas, et foeminea. *Dod. pempt. 654.*

In ruderatis, ad muros, et in cultis passim.

Octobri, Aprili. ⨀

Vulgo *Mercorella.*

*Flores* masculi dodecandri:in planta foeminea inter flores sessiles, vel breviter pedicellati ( pedunc. 1-1 1/2 lin. ) *pedunculus* albidus, 3-6-linearis elongatur, qui florem sterilem gerit; in quo *calyx* 3-sepalus, ut in aliis : *filamenta* 1-2, sterilia, rufescentia : *germinis* rudimentum clavatum, compressum, albidum —Planta bobus, capreis, et pecoribus noxia, quibus haematuriam producit; tamen capreae, et pecora summa etiam debilitate ac demum morte corripiuntur, praesertim si herbam gelu concoctam, et quam tunc avide expetunt, comedunt.

—

*M. perennis*, quae prope Neapolim ubique provenit in hac insula deest.

### 308. CROTON.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1462.*

1. C. TINCTORIUM. *Lin. sp. pl. 1425* — *Ten. fl. nap. 2. p. 357*—Crozophora tinctoria. *Juss. (Adr.)* in *Spr. s. veg. 3. p. 850.*

Ic. Crozophora tinctoria. *Reich. cent. 15. f. 4805* — Heliotropium, minus, trioccum. *Clus. hist. 2. p. 47.*

In cultis argillosis inter vineas ; *fra Panza e Forio*, tamen rarissimum, ac forte sporadicum, nam unica vice vidi.

Augusto, Septembri. ⨀

Erectum, stellate tomentoso-farinosum, viridi-canescens : *flores* parvi ; masculi racemosi : *capsulae* pendulae, tuberculatae.

## 74. URTICEAE. *Juss.*

### 279. URTICA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1422.*

1. U. DIOICA. *Lin. sp. pl. 1336* — *Ten. fl. nap. 2. p. 342.*

U. setoso-hispida stimulis conspersa, caule herbaceo erecto simplici, foliis ovato-oblongis acuminatis, grosse dentato-serratis, floribus secus pedunculos racemoso-paniculatos glomeratis, nucula ovata valvis perigonialibus aequali vel breviore ( *Gasp.*; qui hujus stirpis varietates sequentes enumerat,tam in hac Insula quam in aliis Regni et Siciliae locis provenientes ).

Digitized by Google

*a. vulgaris*; foliis amplis pallide virentibus, inferioribus et caulium sterilium ovatis obtusis, superioribus 3-5-pollicaribus apice productis, nucula ovata valvis perigonialibus majoribus ejusdem formae aequali.

Ic. *Lam. ill. gen. t. 761. f. 1* — U. urens, altera. *Dod. pempt. 151* — U. major. *Zuing. theat. p. 1117.*

*b. montana*; foliis ovatis, pallide virentibus 2-3-pollicaribus, una cum caule setis stimulisque crebris hispidis, dentibus triangularibus, nucula ovata valvis perigonialibus majoribus ejusdem formae aequali.

*c. lancifolia*; caule elato, foliis glabriusculis, lanceolatis vel oblongo-lanceolatis, apice longe angustatis, nucula ovata valvis perigonialibus majoribus ovato-oblongis paullo breviore — Urtica angustifolia. *Fisch.* in *horti Hafniensis supplemento p. 107?*

*d. palustris*; atrovirens, crebre setoso-hispida, foliis grandibus apice longe producto subconduplicato, nucula ovata valvis perigonialibus majoribus ejusdem formae modo aequali, modo paullo breviore — U. hispida. *Dec. fl. fr. 6. p. 355.*

*e. arguta*; caule humili, foliis cordato-ovatis acuminatis grosse inaequaliterque dentato-serratis, nucula ovata valvis perigonialibus majoribus obovato-oblongis breviore.

Var. *a.* in demissis, et ruderatis prope *Palermo*: var. *b.* in appenninis Lucaniae *a Castelgrande*: var. *c.* tam in montosis quam in demissis utriusque Siciliae; *Ischia nelle selve del Rotaro, di Campagnano, delle Falanghe*, ec.: var. *d.* in paludosis prope Neapolim; et in *Ischia presso al lago, e da Casamiceiola al Lacco*: var. *e.* in umbrosis montosis regni Neapolitani; habui ex Calabria *alla Sila* a botanophylo *B. Vitelli*, cl. Gussonius legit in *Aspromonte* Calabriae *a S. Sibilia*, et in monte *Maiella* Aprutii, *nella Valle dell'Orfenta, e di S. Spirito* (*Gasp.*)

Majo, Septembri. ♃

Stirps valde polymorpha, prout loci natura, colore plus minus vireuti, villis, setis, stimulisque, quibus semper praedita est, modo crebris, modo raris. Amplitudo *foliorum* quoque variat, nec non eorum forma; nunc basi cordata, nunc rotundata, apice acuto, acuminato, vel longe producto, plano, vel conduplicato, recto, vel obliquo. *Racemi* paniculati utriusque sexus occurrunt plus minus ramosi, foliis breviores vel aequales, quandoque longiores, initio erecti vel patuli, demum penduli. *Perigonium* quatuor constat valvis vel foliolis basi concretis, cruciatim dispositis; duae minores secus commissuras valvarum majorum. In varietatibus *a.*, et *b.* valvae minores 1/3 mill. longae, acutae, oblongae; majores 1 1/2 mill., ovato-subrotundae, nuculae exacte aequales, eique fere omnino conformes. Sed istae in varietate *d*, in eodem individuo saepe reperiuntur modo nuculae aequales, modo ipsa quidquam longiores: in varietate autem *c.* semper longiores. Varietas denique *c.* profert sese

diversa habitu, dentibus argutis attenuatis, et praesertim valvis, perigonialibus minoribus amplis, majoribus quandoque fere aequalibus. Sed praeter hoc charactere, in eodem individuo, in eodemque racemo tot gradus intermedios conspiciuntur, ut nullo pacto, mea sententia, hanc varietatem a specie sejungi possit. Attamen *Urtica dioica* ex Gallia meridionali, ex Anglia, a Berolini, et a Bononia ad cl. *Gussonium* missa praebet nuculam valvis perigonialibus majoribus plus minus breviorem (*Gasp.*).

Haec et sequentes vulgo *Ardica* appellantur.

3. U. BALEARICA. *Lin. sp. pl. 1395* — U. pilulifera. *Ten. fl. nap. 2. p. 342*, non *Lin.*

Ic. *Blackw. herb. t. 321. f. 1.*

In ruderatis, ac ad vias.

Aprili, Majo. ⊙

Vulgo *Ardica a campanielli.*

Differt haec ab *U. pilulifera* hirsutie majore: *caule* robustiore: *folia* exacte ovata, profunde cordata (in illa basi fere truncata): *stipulae* latae, dilatatae; in illa angustae. In cl. *Cambess. fl. balcar.* species haec desideratur.

4. U. URENS. *Lin. sp. pl. 1395 — Ten. fl. nap. 2. p. 342.*

Ic. *Fl. dan. 739* — U. urens, minima. *Dod. pempt. 152.*

In cultis, in herbosis, et ad vias ubique.

Octobri, Majo. ⊙

*Spicae* androgynae, geminatae, petiolo breviores, rachide a basi ad apicem undique florum glomerulis obsita.

5. U. NEGLECTA. *Guss. syn. 2. p. 579* — *Ten. fl. nap. 5. p. 346*, et *pr. in fol. l.* c. *p. XIV.*

U. herbacea monoica, foliis oppositis sub 5-nerviis ovato-ellipticis argute serratis acutis, stipulis binis, spicis simplicibus axillaribus androgynis geminatis, superioribus petiolo longioribus, rachide non dilatata basi nuda, a medio ad apicem florum glomerulis undique obsita.

Ic. *nulla.*

In herbosis ruderatis, et ad vias, non ita frequens in cultis.

Octobri, Majo. ⊙

Notatis characteribus a sequente, cui affinis, dignoscitur. Simul proveniunt nec una in alteram transit. Confer *syn. l.* c.

6. U. MEMBRANACEA. *Poir. dict. enc. 4. p.638—Ten. fl. nap. 2. p.343.*

U. herbacea monoica, foliis oppositis ovatis acutis grosse-dentatis, stipulis binis, spicis simplicibus axillaribus geminatis dioicis, foemineis inferioribus petiolo brevioribus, masculis elongatis petiolum superantibus, rachide basi nuda a medio ad apicem membranaceo-dilatata, facie superiore florifera, inferiore floribus destituta.

Ic. U. caudata. *Brot. fl. lusit. 2. t. 151,* non *Poir.*
In cultis umbrosis frequens.
Octobri, Majo. ⊙

### 310. PARIETARIA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1576.*

1. P. DIFFUSA. *Mert.* et *Koch fl. germ. 1. p. 827* — P. judaica. *Lin. sp. pl. 1492 — Ten. fl. nap. 5. p. 233.*
   Ic. P. judaica. *Lam. ill. gen. t. 853. f. 2* — P. Ocymifolia. *Bocc. sic. t. 24. f. a,* pro qua confer *syn. 2. p. 640.*
   Ad muros, in ruderatis, et ad rupes undique.
   Floret fere per totum annum. ♄
   Vulgo *Erba di muro* cum sequentibus, et variis medicis usibus addicitur.
   Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 2. p. 212* P. officinalem *Lam.* (quae P. erecta *Mert. et Kock l.* c.) cum P. diffusa associat; tamen immerito. Siquidem in P. officinali *caules* erecti ; *folia* oblonga; *calyces* fructiferi nunquam tubulosi, et elongati, sed fere campanulati; denique P. officinalis apud nos nonnisi in montibus, et nunquam in ruderatis praesertim maritimis occurrit !, ut in *syn. 2. p. 641* notavi, quam confer.
2. P. FILIFORMIS. *Ten. fl. nap. 4. pr.* in *fol. p. xxiv, et 5. p. 294.*
   P. herbacea annua, caulibus filiformibus gracilibus diffusis, foliis orbiculato-ovatis trinerviis basi aequalibus punctatis, involucri partiti laciniis subaequalibus lineari-lanceolatis demum squarroso-patulis calycem fructiferum superantibus.
   Ic. *nulla.*
   Ad maceries, et ad rupium fissuras in umbrosis; *su de' muri a secco, e nelle rupi di Campagnano.*
   Martio, Majo. ⊙
   *Caules* in hac magis elongati, quam in sequente, et aliquando ex fissuris rupium dependentes; caeterum *habitus* omnino similis, et solo charactere laciniarum involucri invicem differunt.
3. P. LUSITANICA. *Lin. sp. pl. 1492 — Ten. fl. nap. 5. p. 294— Bertol. fl. ital. 2. p. 215,* excl. syn. P. filiformis *Ten.*
   P. herbacea annua, caulibus filiformibus diffusis erectisque, foliis orbiculato-ovatis trinerviis basi aequalibus punctatis, involucri partiti laciniis omnibus aequilongis ovato-lanceolatis calyces fructiferos immutatos aequantibus, illisque adpressis.
   Ic. P. sicula, Alsines folio. *Boc. sic. p. 47. t. 24.*
   Ad maceries, ad muros, ad rupium fissuras ubique obvia.
   Martio, Majo. ⊙
   Haec et praecedens confricatae *Cucumis sativi* odorem spirant.

Digitized by Google

## 75. MOREAE. *Endl.*

### 311. MORUS.

*Endl. gen. n. 1856.*

1. M. ALBA. *Lin. sp. pl. 1398.*
   Ic. Morus candida. *Dod. pempt. 810.*
   Colitur.
   Aprili, Majo. ♄
   Unica varietas colitur, et vulgo *Cieuzo bianco* appellatur.
   *Arbor* elata, ramosissima : *folia* levia, decidua, glabra, nitide virentia : *fructus* albi.
2. M. NIGRA. *Lin. sp. pl. 1398.*
   Ic. *Blakcw. herb. t. 126* — Morus. *Dod. pempt. 810.*
   Colitur.
   Aprili, Majo. ♄
   Vulgo *Cieuzo nigro*, sed raro in insula colitur.
   *Arbor* elata, ramosissima, ramis distortis : *folia* scabra, villosiuscula, obscure virentia, decidua : *fructus* nigri, magni.

### 312. FICUS.

(Sequentia ad hoc genus spectantia communicavit cl. *Gasp.*)

*GASPARRINI*

(characteres reformati)

FICUS et CAPRIFICUS. *Gasp. nova genera super nonnullis fici speciebus, Neapoli 1845.*

*Androgyna* et *foemina* in diversis individuis; *receptaculis* axillaribus, pedunculatis, basi bracteis tribus verticillalis praeditis.
*Androgyna* tria *receptaculorum* genera profert; praecocia et aestiva (*grossi* et *forniti*), semper androgyna; serotina (*cratiri*) plerumque foeminea — FLORES pedicellati, bracteati; *masculi* in parte superiore receptaculi; *perigonio* plerumque 5-phyllo; laciniis lineari-subulatis : *stamina* 3-5, laciniis perigonialibus opposita ; *filamento* cylindraceo; *anthera* subreniformi, introrsa, biloculari — FLORES foeminei in grossis et cratiris steriles, in fornitis nonnulli seminiferi; *perigonio* plerumque 3-phyllo;

*ovario* uniloculari, sessili, vel brevi gynophoro suffulto; *stylo* laterali; *stigmate* bifido, vel uno latere producto.

*Foemina* duo receptaculorum genera profert; praecocia *(grossi)* plerumque foeminea, raro androgyna, semper sterilia; serotina aestiva *(forniti)* foeminea, seminifera—Flores masculi pauci in parte superiore et sub ore receptaculi, pedicellati; *perigonio* sub 5-phyllo, laciniis versus apicem latioribus : *stamina* 1-5, laciniis perigonii opposita; *filamento* dilatato, margine membranaceo inflexo; *anthera* oblonga, introrsa, biloculari, super laminam ex connectivi amplificatione formatam, imposita — Flores foeminei breviter pedicellati; perigonio plerumque 5-phyllo : *pistillum* stylo laterali, *stigmate* bifido; *ovario* in fornitis 1-loculari, in grossis saepissime 2-loculari; *gynophoro* plus minus longo insidente: *ovulum* parieti styligerae appensum, amphytropum; *micropyle* supero, *drupa* epicarpio molli ab endocarpio indurato fragili (*achenium* auct.) secedente : *semen* appensum, epispermio membranaceo praedito, caruncula hilo contigua : *embryo* fere in centro albuminis carnosi, incurvus, homotropus; *radicula* elongata, supera, carunculae obversa, cotyledonibus ellipticis incumbentibus.

*Habitus* — Arbor erecta, ramosissima; foliis alternis, petiolatis, palmatolobatis; androgyna insectifera. Species hujus generis mihi certa est tantum *Ficus carica Lin.* Reliquae quas cl. *Miquel* sub eodem recensit novum requirunt examen quod spectat ad florum, fructuum et seminum naturam, ex quibus plura genera forsan effici possunt.

—

Veteres scriptores rei herbariae distinguebant Ficum a Caprifico veluti species diversas; recentiores vero eas censebant prout individua sexualia ejusdem speciei, nempe Caprificus androgynam, et Ficus foeminam; propterea quod simul crescunt, earum habitus similis est, et praesertim ob florum naturam; nam istos in quacumque Fico semper foemineos esse existimabant; dum in altera sunt duplicis generis, masculi et foeminei in eodem receptaculo.

Ex quo consilium inii perscrutandi rationem caprificationis, prosit ne haec revera Fico ad sustinendam majorem fructuum copiam, et quonam modo id effici possit; ideoque necesse fuit utramque plantam novo ac diligentiori examini subjicere. Ex quo comperi plures caprifici varietates apud nos sponte enasci, easque tria receptaculorum genera eodem anno proferre, quae Greci *Ornos* (Latini vero *grossi*) *fornites* et *cratires* appellabant; eaque omnia androgyna esse, et insecta culices alere; sed *fornites* simul seminifera esse. Praeterea in flore masculo perigonium esse plerumque 5-phyllum, stamina 3-5, filamentis teretibus, antheris bilocularibus introrsis, cum connectivo vix conspicuo; et in flore foemineo perigonium 3-phyllum, ovarium sessile, stigma uno latere productum.

Quod ad alteram spectat plantam inspexi omnes Fici varietates, aut species duo genera receptaculorum gignere, *grossos et fornites*, in quibus praedicta insecta non inveniuntur; *fornites* flores foemineos tantum continere; *grossos* autem quandoque nonnullos flores masculos foemineis admixtos, vel a superna parte receptaculi prodeuntes. Flores foeminei Fici differunt ab illis Caprifici perigonio 5-phyllo, ovario persaepe stipitato, stigmate bifido: masculi vero foliolis perigonialibus amplioribus concavis, filamentis sulcatis, margine utrinque membranaceo, connectivo valde dilatato concavo. Quae ob discrimina, nec non ex characteribus varietatum utriusqe plantae, Caprificum prae se ferebat diversam, saltem in specie, a Fico. Hisce observationibus innixus Caprifici et Fici varietates sub generibus diversis recensui in opere cui titulus, *Ricerche sulla natura del Fico e del Caprifico. Napoli 1845* in *Rend. della R. Acc. v. 4. p. 133.*

Interim Ficorum, quas agricolae nostrates *troiano*, *lardaro*, et *sarnese* appellant (quae mihi *Ficus leucocarpa*, *pachycarpa* et *polymorpha* sunt) semina anno 1837 serebam. Plantae initio aegre vegetabant, earumque permultae annis insequentibus periere. Superfuere tamen novem, quae anno 1852 tum primum flores edere coeperunt. Earum una androgyna omnino similis erat *F. leucocarpae*, tum forma receptaculi, tum foliorum. Tres ante florescentiam folia habebant conformia illis *F. pachycarpae:* ex his altera protulit receptacula androgyna, altera foeminea, tertia floridam non vidi. Reliquarum, habitum prae se *F. polymorphae* ferentium, una Ficus evasit, tres vero androgynae sive Caprifici, quarum altera parvitate receptaculorum insignis erat. Res itaque ad pristinum revocanda, nam Caprificus et Ficus, uti ex experimento seminationis liquet, sunt individua ejusdem speciei, ex qua tot tantaeque utriusque varietates et subvarietates promanant; tamen quoad rationem caprificationis spectat nihil immutandum inveni. Interim Ficus, quae in insula Inarime, et prope Neapolim sive cultae sive sylvestres occurrunt, uti typos, subspecies, aut varietates pro nunc sequentibus notis distinguendas censeo.

1. F. leucocarpa. *Gasp.*

F. trunco elato, foliis palmato-5-lobis glabriusculis submembranaceis, grossis oblongis albis vel ex viridi-subviolaceis basi attenuatis, fornitis albis turbinatis subrotundis, pulpa tenera dulci mellifera, florum pedunculis crassiusculis ex albido-roseis.

*a. rotunda*; bifera, grossis subrotundis persistentibus.
*Fico-albo. Galles. pom. ital.*

*b. deliciosa*; bifera, grossis turbinato-oblongis persistentibus.
*Fico paradiso. Isch.*

*c. lutescens*; unifera, grossis abortivis, fornitis turbinatis basi attenuatis, cortice tenuissima lutescenti, pulpa carnea, florum filamentis attenuatis.

*Fico pissalutto. Galles. pom. it.*

*d. sopida*; unifera, grossis abortivis, fornitis albis turbinatis vel subrotundis, pulpa carnea.

*Fico troiano. Isch.*

*e. depressa*; fornitis subrotundo-turbinatis apice depressis, pulpa rosea.

*Fico pennese. Isch.*

Individuum androgynum est *Caprificus leucocarpa. Gasp.*; ramis annotinis glabriusculis, receptaculis levibus turbinatis, grossis et fornitis albescentibus, cratiris subviolaceis.

Ic. *Gasp. l. c. p. 332. tab. II, et III.*

In muris vetustis, et rupium fissuris prope Neapolim, et insulis circumstantibus.

2. F. Dottata. *Gasp.*

F. trunco elato ramosissimo, foliis crassis hirsutis obiter palmato-5-lobis obtusis, grossis plerumque persistentibus oblongis basi constrictis subviolaceis, fornitis glabriusculis oblongo-turbinatis sub rotundisve levissimis albis, cortice subcoriacea, pulpa firmiuscula saccharifera, florum filamentis attenuatis ex albido-roseis.

*Fico ottato. Isch.*

*a. microcarpa*; fornitis parvis.

*Fico zeolella.*

*b. fusca*; fornitis mediocribus, cortice ex viridi-fusca.

*Fico coteno. Isch.*

c. *viridis*; fornitis subrotundis cortice viridi, pulpa carnea.

*Fico d' inferno. Isch.*

*d. serotino*; grossis abortivis, fornitis albis, sero autumno maturescentibus.

*Fico natalino bianco*, o *fico a verticillo. Isch.*

Individuum androgynum videtur esse *Caprificum giganteam. Gasp.*; foliis crassis levibus, grossis turbinatis subsessilibus levibus, maturitate ex viridi-violaceis, cratiris oblongis viridibus.

Ic. *Gasp. l. c. p. 333. tab. I.*

In asperis maritimis et submontosis calcareis.

3. F. turbinata. *Gasp.*

F. foliis obiter palmato-5-lobis, grossis oblongo-turbinatis plerumque abortivis, fornitis sessilibus turbinato-depressis levibus, cortice subcoriacea.

*a. violacea*; unifera, grossis abortivis, fornitis ex viridi-violaceis, pulpa rubra, florum filamentis attenuatis.

*Fico brogiotto verace.*

*b. albescens*; unifera, fornitis cortice albida, pulpa rubra.

*Fico brogiotto bianco.*

*c. maxima* ; bifera, grossis oblongo-turbinatis, fornitis grandioribus quam in aliis varietatibus.

*Fico brogiotto imperiale*.

*d. nigrescens* ; unifera, fornitis cortice violaceo-nigra.

*Fico tintore*.

*e. viridis* ; unifera, fornitis viridibus sero autumno maturescentibus, pulpa rubra.

*Fico brogiotto verde*.

*f. serotina* ; unifera, grossis abortivis, fornitis cortice viridi-violacea, sero autumno maturescentibus, pulpa carnea.

*Fico natalino nero. Isch. Fico vernino, fico camaldolese*.

*g. trifera;* grossis decedente vere maturescentibus, fornitis subrotundo-depressis, cortice fusca subviolacea vel albida, per autumnum et hyemem usque ad initium, maturescentibus.

*Fico di tre volte l'anno, fico pasquale, fico della Cava*.

Individuum androgynum videtur esse *Caprificum sphaerocarpam Gasp. l. c. p. 333* grossis rotundis levibus, cortice obscure virenti, pulpa subviolacea.

Reperitur persaepe sylvaticam.

4. F. Colombra. — Ic. *Semm.* in *Rend. l. c. t. 2.*

F. foliis scabris profunde palmato-5-lobis, grossis persistentibus levibus maximis albis rotundato-depressis sessilibus, pulpa alba dulci, fornitis subrotundis ex viridi-albis.

*Fico colombra. Isch.*

Sylvaticam adhuc prope Neapolim, nec alibi inveni, neque cultura mutatur. Individuum androgynum ignotum.

5. F. polymorpha. *Gasp.* — Ic. *Semm.* in *Rend. l. c. t. 2.*

F. ramis annotinis villosissimis, grossis turbinatis levibus fuscis aut subviolaceis persistentibus vel deciduis, fornitis villosis demum glabris rotundato-turbinatis, pulpa rosea, cortice ex viridi-fusca.

*Fico pelosello, Isch. Fico mastuccino, fico chiaiese.*

*a. juliana ;* trunco humili, foliorum lobis profundis obscure viridibus, grossis deciduis, fornitis oblongis vel subrotundis praecocibus, cortice ex viridi-fusca.

*Fico lugliatico, fico lugliarolo* — Lusus fructibus minoribus albidis est *fico biancolino* hortulanorum.

*b. bifera ;* grossis persistentibus oblongis, fornitis subrotundis, cortice utrinque ex violaceo-nigra, pulpa carnea.

*Fico sampiero : fico di S. Giovanni. Isch.*

*c. sarnensis* ; *Gasp.* foliis submembranaceis obiter lobatis, grossis oblongis basi constrictis levibus raro persistentibus, fornitis turbinatis — Ic. *Semm.* in *Rend. l. c. t. 7.*

*Fico sarnese*—Variat fructibus albis et violaceo-fuscis.

Digitized by Google

*d. prolifera*; fornitis levibus; aliis simplicibus turbinatis pollicem vel sesquipollicem longis cum pedunculo superne incrassato; aliis oblongis duplicatis altero super alterum imposito, cortice rubro-violacea, pulpa rosea.

*Fico nerolello. Isch.*

*e. melanocarpa*; foliis crassiusculis villosis obiter lobatis, grossis deciduis, fornitis subrotundo-turbinatis, cortice violaceo-fusca, pulpa albida.

*Fico barbanera* — Lusus fructus pedunculo rubro et cortice violaceo-nigra est *fico petronciano* hortulanorum.

*f. elegans*; foliis profunde palmato-5-lobis, lobis angustis basi constrictis, fornitis cortice subviolacea, aut ex viridi-violacea varia, pulpa carnea.

*Fico vezzoso. Galles.*

*g. haematocarpa*; grossis abortivis vel deciduis, fornitis subrotundis, cortice ex viridi-violaceo, pulpa sanguinea.

*Fico granato. Isch.*; *Fico melograno. Gall.*—Hujus fici lusus est *fico brianzolo* ejusdem auctoris, pro fornitis rotundis cortice integra viridi, pulpa atrosanguinea.

Individuum ejus androgynum est *Caprificus oblongata Gasp. l. c. p. 332*; ramis annotinis scabriusculis, grossis levibus oblongis, maturitate ex viridi sub-violaceis. *Profico chiaiese.*

Crescit prope Neapolim in muris vetustis, rupium fissuris, et in praeruptis insularum adjacentium. Varietates c, et *e* passim occurrunt sylvaticae, praesertim ad radices Vesevi.

6. F. PACHYCA'PA. *Gasp. l. c. t. v.*

F. trunco elato, foliis scabris profunde palmato-5-lobis, lobis angustis, grossis abortivis deciduis, fornitis levibus turbinatis maximis, saepe proliferis, cortice fusca subviolacea, pulpa rosea firmiuscula, florum filamentis incrassatis.

*Fico lardaro.*

*a. fasciata*; fornitis cortice tenui, fascis viridibus flavicantibusque alternis a basi ad apicem protensis.

*Fico limone, fico zigarella.*

*b. nobilis*; foliis crassiusculis, fornitis turbinatis, cortice levi ex viridi lutea, interdum hinc inde subviolaca, pulpa carnea.

*Fico regina. Gall.*

c. *lusitanica*; foliorum lobis obtusis, fornitis maximis rotundatis basi in pedunculum crassum attenuatis, cortice ex viridi-fusca levi, pulpa carnea.

*Fico portoghese. Gall.*

Individuum androgynum videtur esse *Caprificum rugosam. Gasp. l. c. p. 332.*

ramis annotinis villosis, foliis crassiusculis, grossis turbinatis maximis rugosis, maturitate subviolaceis, cratiris depressis vel rotundatis. *Profico ricciuto* — Sylvaticam adhuc non reperimus.

7. F. DELICIOSA. *Gasp.*

F. bifera, foliis amplis palmato-3-5-lobis, grossis oblongis rubro-fuscis, pulpa carnea vel sanguinea, fornitis minoribus fuscis vel subviolaceis, pulpa ex albido-rubra.

*a. castanea*; foliorum lobis profundis scabris basi constrictis, grossis pulpa carnea, fornitis fuscis subrotundo-depressis, pulpa albida. *Fico datto. Gall.*

*b. sanguinea*; foliis amplis membranaceis, lobis latis obtusis subacuminatis, grossorum pulpa sanguinea subviolacea, fornitis subrotundo-turbinatis, cortice viridi, pulpa rubra. *Fico monaco. Gall.*

c. *latifolia;* foliis ambitu subrotundis obiter 5-lobatis amplissimis crassis, supra scabriusculis, subtus molliter villosis, fructibus majusculis obconico-turbinatis, cortice fusca vel subviolacea, pulpa carnea. *Fico cervone, fico asinino*— Varietates istae coluntur. *Gasp.*

## 76. CELTIDEAE. *Duby.*

### 313. CELTIS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1591.*

1. C. AUSTRALIS. *Lin. sp. pl. 1478 — Ten. fl. nap. 2. p. 374.*

Ic. *Scop. fl. insub. 2. p. 35. t. 16* — Lotus arbor. *Lobel. ic. 2. 186 — Zuing. theatr. p. 53*, optima.

Ad sepes ad maceries, et ad rupes; *Pico, ed alla Starza, Arso nel boschetto de' sig. Meglio, Casamicciola, Lacco, Forio.*

Aprili, Majo. ♄

Vulgo *Rosecariello*, et fructus comeduntur.

*Arbor* elata: *folia* decidua, scabra: *flores* viriduli, parvi, axillares, solitarii, pedunculati; *fructus* globosi, jam maturi nigri, dulces ac edules.

## 77. ULMACEAE. *Mirb.*

### 314. ULMUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 443.*

1. U. SUBEROSA. *Ehrh. beir. 6. p. 87—Ten. fl. nap. 3. p. 251*— U. campestris, *b. Bertol. fl. ital. 3. p. 64.*

*involucrum* fructiferum spinis ramosis tectum — In sylvis, quae *Casamicciola* imminent, loco dicto *Ciolaria*, quatuor arbores hujus speciei spectandae sunt, quarum truncus circuitum 23 pedalem exhibet, probantque qualis et quanta sit vegetationis vis in hac Insula, quamvis terra arida et aspera in loco indicato.

### 317. QUERCUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1447.*

1. Q. Ilex. *Lin. sp. pl. 1412 — Ten. fl. nap. 5. p. 253.*
   Ic. *Duham. arb. ed. 2. v. 7. t. 43* — Ilex angustifolia. *Zuing. theatr. p. 158.*
   Innumerae varietates hujus speciei passim occurrunt; inter quas magis notatu dignae sequentes :
   *b. latifolia;* foliis nempe 1 1/2 poll. latis, 3 poll. longis, serrato-dentatis, aut integerrimis, glabris vel subtus fere tomentosis.
   Ic. Ilex latifolia. *Zuing. theatr. p. 158.*
   *c. racemosa*; fructibus sessilibus in pedunculis elongatis simplicibus aut ramosis dispositis.
   In fruticetis, et ad rupes ab elatis ad demissa.
   Aprili, Majo. ♄
   Vulgo *Ilice.*
   *Arbor* elata, sempervirens, at ad saxorum rimas *frutex* caespitosus, ramosissimus.
2. Q. pubescens. *Willd. sp. pl. 4. p. 450 — Ten. fl. nap. 5. p. 261.*
   Q. foliis deciduis junioribus utrinque albo-lanuginoso-lanatis, adultis subtus pubescentibus vel demum glabratis, basi subcordatis obovato-oblongis obtuse sinuato-lobatis, lobis brevibus integris vel subdentato-crenatis, sinubus basi acutis, fructibus immaturis breviter glomerato-racemosis, adultis paucis subsessilibus, glandibus oblongo-ovalibus cupula duplo longioribus, hujus squamis adpressis.
   Ic. *Second. Chen. t. 5.* ex *Sweet.*—Platiphyllos foemina. *Dalech. hist. p. 2, et 3.*
   In omnibus fruticetis passim.
   Aprili, Majo. ♄
   In hac Insula arbor magna et valde comosa, ejusque lignum tenax ac durum prae aliis magis in praetium est. Trunco resecto facile regerminat, ideoque in sylvis ceduis utillima.
3. Q. Virgiliana. *Ten. fl. nap. 5. p. 269,* an excl. syn. *Dalech.*, pro quo confer sequentem.
   Q. foliis deciduis (laete virentibus) oblongis supra glaberrimis, junioribus

subtus tenue villosis, basi subcuneatis, margine sinuato-lobatis, lobis remotis oblongis obtusis sursum versis subintegris undulatis, sinubus late rotundatis, fructibus sessilibus vel in pedunculo pollicari subglomeratis, glandibus elliptico-oblongis cupula 3-4-plo longioribus, hujus squamis adpressis.

Ic. *nulla.*

In fruticetis, et ad sepes; *Bagno a S. Alessandro, al Castiglione, Ischia al Mandarino*; ec.; sed praecedente rarior.

Aprili, Majo. ♄

*Folia* in hac semper glaberrima, et magis quam in precedente oblonga; in ramis junioribus acute sinuato-lobata, lobis quoque acutis.

4. Q. Cupaniana. *Guss. syn. 2. p. 606.*

Q. foliis deciduis superne glabris, subtus sordide cinereo-villosis subtomentosisque, basi subcordatis, margine obovatis apiceque dilatatis lobatis, lobis latis obtusissimis approximatis integris, sinubus angustissimis, fructibus sessilibus breviter pedunculatis, glandibus oblongis (majusculis) cupula magna triplo longioribus, hujus squamis adpressis.

Ic. Platiphyllos mas. *Dalech. hist. 1. p. 2,* potius hanc quum praecedentem refert, ad quam citatur a cl. *Ten.*

In fruticetis, et ad sepes; *Ischia nelle selve del Mandarino, Bagno a S. Alessandro, Pieo, Barano, Moropane, Fontana, collina di Campotese presso Panza.*

Aprili, Majo. ♄

*Arbor* duarum praecedentium excelsior, et magis comosa: *folia* firmiora, obscurius virentia — Nec ista, nec duae praecedentes ad *Q. Roborem* referri possunt; quae species, quantum scio, apud nos non provenit, at saepe cum aliis commutata.

## 318. CORYLUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1450.*

1. C. Avellana. *Lin. sp. pl. 1417 — Ten. fl. nap. 5. p. 263.*

Ic. *Duham. arb. ed. 2. v. 4. t. 5* — Nuces avellanae. *Zuing. theatr. p. 148. f. 2.*

Ad sepes, in fruticetis, et ad valles; *cavone delle Nocelle, valle di Canniani, selve del Cantariello e del Monte di mezzo sopra Casamicciola, di Moropane, di Fontana, e di Campagnano.*

Februario, Martio. ♄

Vulgo *Nocella.*

*Arbuscula* ramosissima: *folia* decidua, rugoso-scabra, pubescentia: *amenta* mascula elongata, pendula, numerosa, cito erumpentia: *flores* foemi-

Digitized by Google

nei pauci, axillares, sessiles: *involucrum* campanulatum, apice lacero-dentatum: *nux* glaberrima, nitida.

### 319. CARPINUS.

*Willd. sp. pl. 4. p. 467. n. 1627.*

1. C. Duinensis. *Scop. carn. ed. 2. v. 2. p. 243* — C. orientalis. *Willd. sp. pl. 4. p. 468 — Ten. fl. nap. 5. p. 264.*
Ic. *Scop. l. c. t. 60.*
Ad sepes, et in fruticetis; *Campagnano, monte Vezza*, tamen rarus.
Martio, Aprili. ♄
*Arbuscula* in hac insula ramosissima; *ramis* subflexuosis: *folia* decidua, glabra, laete virentia: *amenta* mascula brevia, vix pollicaria, axillaria, solitaria; foeminea tenuiora: *strobili* ovati, breves; *squamis* ovatis, basi obliquis, inaequaliter serrato-subangulatis.

### 320. OSTRYA.

*Michel. gen. p. 223 — Willd. sp. pl. 4. p. 469.*

1. O. carpinifolia. *Scop. carn. ed. 2. p. 243*—Ostrya vulgaris. *Willd. sp. pl. 4. p. 469 —Ten. fl. nap. 5. p. 264.*
Ic. Carpinus Ostrya. *Duham. arb. ed. 2. v. 2. t. 39.*
Ad sepes, et in fruticetis; *Campagnano, cavone delle Nocelle, monte Vezza al Nord, vallone di Moropane, di Fontana, di Serrano, selve di Buceto, del Fasano, di Catreca e della cava di Brusomonte sopra Casamicciola.*
Martio, Aprili. ♄
Vulgo *Carpiniello.*
*Arbor* plus minus elata: *folia* decidua, glabra, virentia: *amenta* mascula elongata, pendula, numerosa; foeminea brevia, laxa, solitaria: *strobili* ovati, penduli, vix pollicares; utriculis villosis.

## 80. SALICINEAE. *Rich.*

### 321. POPULUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1531.*

1. P. alba. *Lin. sp. pl. 1463 — Ten. fl. nap. 5. p. 278.*
Ic. *Duham. arb. ed. 2. v. 2. t. 51* — P. alba. *Dod. pempt. 855 — Zuing. theatr. p. 195.*

Digitized by Google

In apricis ; *Lacco al monte Vico, ed al capo della Torre di mezzo , Forio a S. Antuono, ed alla punto dell'Imperatore, Panza alla Guardiola di S. Gennaro, Soccivo, sotto S. Nicola al Sud ed ol Nord nelle rupi delle Folanghe, del Fasano, e di Catreco , Compagnano alle coste del Pignatiello, salita da S. Montano a Zole, via del Coruso.*

Februario, Martio. ♄

Vulgo *Cudole selvatiche*, et hujus rami ad vites alligandas inserviunt.

*Arbor*, vel frutex: *folio* decidua, angulato-dentata, subtus una cum ramulis niveo-tomentosa : *amenta* pendula : *stylus* indivisus, virescens, brevissimus ; *stigmatibus* albidis, elongatis, tenue papillosis, bipartitis, ac per paria divaricatis, ideoque cruciatis.

2. P. NIGRA. *Lin. sp. pl. 1464 — Ten. fl. nap. 5. p. 279.*

Ic. P. nigra. *Dod. pempt. 836— Zuing. theatr. p. 195*, melior.

Ad sepes, et passim culta ad vites fulciendas.

Februario, Martio. ♄

Vulgo *Arlo*, et rami a plantis decacuminatis quotannis resecti ad vites alligandas adhibentur, ac vulgo *Cudoli bianchi* appellantur.

*Arbor* elata : *folia* decidua, glaberrima, sed juniora piloso-villosa, deltoideo-acuminata, glanduloso-dentato-crenata: *omento* pendula; foemineis demum elongatis : *capsuloe* fere ovatae, glabrae, virentes— In planta foeminea lignum est album, tenerum ; rami vix tenaces : in planta mascula lignum ex albo-rubescens, duriusculum , rami tenaces ; et inde ad hanc spectat *P. nigra b. flexilis Ten. l. c.*—Forsan *P. neopolitona* ejusdem ab hac specie non differt, nam habitus alienus a modo quo rami abscinduntur plantationis tempore provenit.

3. P. AUSTRALIS. *Ten. fl. nap. 5. p. 278.*

P. petiolis gracilibus compressis, foliis obiter grosseque crenato-dentatis, subtus ramisque glabris , ramorum radicalium ac plantarum juniorum cordato-orbiculatis , in ramis adultis lateralibusque suborbiculatis ( parvis ), amenti foeminei squamis inciso-digitatis dense villoso-ciliatis.

Ic. P. lybica. *Dod. pempt. 836—Zuing. theatr. p. 195*, ac aliorum potius ad hanc, quam ad P. *tremulam* spectare videntur.

In sylvaticis ; *falde del monticello della Pietra perciata, selve delle Falanghe, del Fasono, e di Catreca, Panza a Campotese, ed a Citarrio, nel margine delle vigne sopra la Scarupato.*

Februario, Martio. ♄

Vulgo *Arraniello*.

*Folia* semper glabra, aut sat raro juniora in ramis inferioribus subtus pubescentia vidi ; in apice ramorum trunci duplo reliquis majora, nempe usque 6 pollices longa, et 4 1/2 poll. lata, acutiuscula: *omentorum* squamae basi cuneatae , fuscae : *stigmata* duo bipartita , fusco-sanguinea, villosiuscula : *germen* virescens, globosum, glaberrimum.

## 322. SALIX.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1493.*

1. S. ALBA. *Lin. sp. pl. 1449 — Ten. fl. nap. 2. p. 369, et 5. p. 274.*
   Ic. *Coss. et Germ. atl. fl. Paris. t. 27. f. A.*— Salix. *Matth. comm. 1. p. 180 — Camer. epit. 187.*
   Ad margines agrorum in locis parum a mare dissitis usque in elatis *sotto S. Nicola*, tam in marnaceis, quam in argillosis arenosisque variis oeconomicis usibus species ista passim colitur.
   Februario, Martio. ♄
   Vulgo *Cudole.*
   *Arbuscula* in hac insula; at *flores* nunquam vidi, quia rami quotannis secantur ad vites alligandas: *folia* decidua, lanceolata, utrinque acuminata, subtus albo-sericea.
2. S. CAPREA. *Lin. sp. pl. 1448—Ten. fl. nap. 2. p. 363,* et *5. p. 274.*
   Ic. *Coss. et Germ. atl. fl. Paris. t. 31. f. O.*
   *b. inarimensis*; foliis oblongo-obovatis, vel oblongo-lanceolatis, subtus tetenue albo-aut virescenti-tomensosis, ramis junioribus una cum gemmis pubescentibus, amentis pedunculatis grosse bracteatis.
   Ad sepes humentes in vallibus; *cavone delle Nocelle, dello Schiappone, cava delle Rose salendo a Pietrasparaina, valloni di Moropane, e di Fontana, al Fasano, sotto Buceto, cava di Brusomonte, e della Pera sopra Casamicciola,* sola var. *b.*
   Januario, Februario. ♄
   *Arbuscula* ramosissima : *folia* decidua, rugosa, pubescentia, recurvato-acuminata, obsolete undulato-crenata, subtus tenue, non dense tomentoso-villosa ac floccosa: *stipulae* semilunatae, parvae, denticulatae: *amenta* axillaria, erecta; *mascula* vix pollicaria, brevius pedunculata; *foeminea* usque bipollicaria, aliquando pendula: *capsulae* breviter pedunculatae, tomentoso-pilosae, cinereo-canescentes, ex ovata basi elongato-attenuatae, 3-4 lin. longae: *stigmata* rufescentia, recta, glabra — Planta inarimensis differt a descriptione cl. *Koch syn. ed. 2. p. 550* notis indicatis.

## 81. CUPRESSINEAE. *Rich.* et *Endl. conif. p. 1.*

### 323. JUNIPERUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1552—Endl. l. c. p. 7.*

1. J. PHOENICEA. *Lin. sp. pl. 1471 — Ten. fl. nap. 5. p. 282.*
*a. sclerocarpa* ; fructu nitido, duro. *Endl. l. c. p. 30.*
Ic. *Duham. arb. ed. 2. v. 6. t. 17* — J. major, Dioscoridis. *Clus. hist. 1. p. 38.*
In elatis praeruptissimisque rupibus maritimis ; *nella più elevata parte ed inaccessibile della Scarupata*, satis rara.
Octobri, Novembri. ♄
*Frutex* sempervirens, in hac insula monoicus!,humilis, ramosissimus; *ramis* ad saxa fere ob ventorum impetum adpressis: *folia* ovata,obtusiuscula, dorso sulcata,arcte imbricata: *fructus* immaturi virentes, fere ovoidei; jam perfecti globosi, fusco-rufescentes.

## 82. ABIETINEAE. *Rich.* et *Endl. conif. p. 77.*

### 324. PINUS.

*Link Hand. 11. p. 176.*

1. P. PINEA. *Lin. sp. pl. 1419.*
Ic. *Blackw. herb. t. 189* — P. domestica. *Matth. comm. 1. p. 87.*
Colitur, sed non ita frequenter.
Aprili, Majo. ♄
Vulgo *Pigno.*
*Arbor* elata, *ramis* fastigiatis : *folia* sempervirentia, rigida, gemina, recta, obscure virentia : *strobili* ovati, magni.

# II.

# MONOCOTYLEDONEAE

## 83. ALISMACEAE. *Juss.*

### 325. ALISMA.

*Juss. gen. p. 46.*

1. A. Plantago. *Lin. sp. pl. 486 — Ten. fl. nap. 3. p. 402 — Bertol. fl. ital. 4. p. 279.*
Ic. *Reich. cent. 17. f. 100 — Red. lil. t. 452 —* Plantago aquatica. *Matth. comm. 1. p. 458 — Dod. pempt. 606.*
In humentibus ad fossas; *Chianole dal Testaccio nel fosso grande, ove si raccolgono le acque*, rara.
Majo, Junio. ⊙
Glaberrima, laete virens: *folia* cordato-ovata, vel lanceolata: *scapi* verticillato-ramosi: *flores* albi: *capsulae* obtusae.

## 34. POTAMEAE. *Juss.*

### 326. RUPPIA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 235.*

1. R. maritima. *Lin. sp. pl. 184 — Ten. fl. nap. 5. p. 329 — Bertol. fl. ital. 2. p. 239 —* Buccaferrea cirrhosa. *Petagn. inst. bot. 5. p. 1826.*

40

Ic. *Reich. cent. 2. f. 307*, et *17. f. 26*—Buccaferrea. *Mich.gen. p.72. t. 35.*

In lacu *del Bagno*; sed nunc fere destructa.

Iunio, Julio. ♃

Sempervirens, fluitans, vel immersa: *folia* anguste linearia, graminea, basi vaginantia: *fructus* ovati, oblique erecti, fere in apice pedunculorum (qui demum elongati, et varie flexi) pedicellati.

## 85. NAJADEAE. *Link.*

### 327. ZOSTERA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1390.*

1. Z. NODOSA. *Ucria pl. ad. Lin. opus add. n. 30*, et in *Guss. syn. 2. p. 565*—Z. marina, *nodosa. Duchart. Inst. an. 1854. n. 1090?* — Z. nana. *Ten. fl. nap. 5. p. 243*, et *syll.* in *vol. 4. p. 132*, an et aliorum?

Ic. Phucagrostis minor. *Cavol. diss. de Phuc. p. 14. t. 2* — Z. nana. *Reich. cent. 17. f. 2?*, an et *Roth*, nam folia multinervia in icone.

In maritimis coenosis.

Julio? ♃

*Caules* graciles, repentes: *folia* graminea, plurinervia, angustissime linearia; nec *flores*, nec *fructus* vidi. Confer quae de hac specie controversa dixi in *syn. l.c.*, et *Reich. l. c. p.2.*—Ad Z. nanam *Roth.* hanc nostram referri non potest, nam in planta *Rothii* folia trinervia sunt! ex *Duchart. l. c.*

### 328. PHUCAGROSTIS.

*Cavol. diss. de Phuc. p. 13.*

1. P. MAJOR. *Cavol. l. c.*—*Ten. fl. nap. 3. p. 272*—Cymodocea aequorea! *Koenig.* in *Spr. s. veg. 3. p. 897.*

Ic. *Cavol. l. c. t. 1.*

In lacu *del Bagno*, sed nunc fere destructa, nec non in mari proximo.

Julio, Augusto. ♃

*Caules* rubentes, articulati, firmi, valde ramosi, articulis elongatis: *folia* graminea, fere 2-lin. lata, obtusa, basi vaginantia, multinervia: unica tantum vice inveni cum cl. *Gasparrini* fructus maturos, qui semicirculares, compressi, marginati, sessiles, ut in icone *Cavol.* optime exhibentur — Pro immerito mutato nomine generico a neotericis confer cl. *Ten. l. c.*

### 329. CAULINIA.

*Dec. fl. fr. 3. p. 136 — Pers. syn. 2. p. 162.*

(characteres reformavit G. Gasparrini ex suis observationibus)

*Pedunculi* terminales, subumbellati, basi bracteati: *bracteis* foliaceis — *Flores* nudi, solitarii, secus dentes pedunculorum approximati; inferiores (plerumque duo) hermaphroditi, terminalis interdum masculus. *Stamina* tria, verticillata, filamento destituta; *connectivo* lato, membranaceo, petaloideo, apice in aristam producto; *anthera* extrorsa, biloculari; loculis cylindraceis, plerumque discretis, facie externa connectivi impositis: *pollen* gossypinum, nempe cellulis fusiformibus vel cylindraceis, simplicibus aut ramosis, rectis vel flexis, raro confervoideis, substantia mucoso-granulosa repletis, constitutum. *Carpellum* ovario uniloculare, uniovulato; *stylo* crasso, brevi, cylindraceo, solido; *stigmate* undique ramoso: *ovulum* parieti ovarii lateraliter adfixum, non curvatur, nucleo et duabus membranis undique clausis compositum; *micropyle* nulla. *Fructus* loco, *bulbus* ovato-oblongus, laevis, apiculatus, cortico, massa amylacea et gemma constitutus; *cortex* carnosula, tenax, ex ovario efformata, succrescente gemma, apice plus minusve regulariter dehiscens; *massa amylacea* oblonga, paullum compressa, hinc convexa, hinc laeviter concava, epidermide seu membrana involuta; intus per medium secus longitudinem filamento (quod tandem in radiculam inferam evadit) percursa, ab apice ad basim producto, ad basim massae amylaceae desinente in maculam fuscam, forsan micropyle auctorum. *Gemma* axe, et foliolis pluribus composita, terminalis vel subterminalis, massa amylacea imposita epidermide continua (*Gasp.*).

1. C. oceanica. *Dec. l. c. — Ten. fl. nap. 5. p. 289*, et *syll. in 8. app. 5. p. 45* — Kernera oceanica. *Willd. sp. pl. 4. p. 947* — Posidonia Caulini. *Koen. ann. of. bot. 2. p. 96* — Zostera oceanica. *Lin. mant. 1. p. 123 — Cavol. de Zost. mon.* — Toenidium. *Micheli.*
   Ic. *Cavol. l. c. — Ten. l. c. t. 250. f. 1 — Reich. cent. 17. f. 5 — Mich.* in *Targ. Tozz. catal. veg. mar. p. 80. t. 1* — Alga marina. *Lobel. ic. 251.*
   Ad litora passim in maris fundo.
   Octobri, Novembri. ♃
   Vulgo appellantur *Teppe* candices rejecti ab undis, et folia *Alga di mare.*
   *Caudices* breves, caespitosi, multiplices, fibris foliorum emarcidorum dense tecti: *folia* disticha, late linearia, longa, obtusa: *scapi* intra folia erumpentes, graciles, apice gerentes spicam distichani brevissimam: *fructus* majusculi, virentes, ab undis ad litora saepe rejecti.

Digitized by Google

## 86. LEMNACEAE. *Link.*

### 330. LEMNA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1400.*

1. L. GIBBA. *Lin. sp. pl. 1377 — Ten. fl. nap. 2. p. 334 — Bertol. fl. ital. 1. p. 126.*
   Ic. *Reich. cent. 17. f. 16* — Lenticula palustris, major, inferne magis convexa, fructu polyspermo. *Mich. gen. p. 13. t. 11. f. 2.*
   Ad piscinas in elatis; *Casamicciola.*
   Aprili, Majo. ♃
   Laete virens: *radix* solitaria: *frondes* obovatae, convexae, aquis innatantes.

## 87. AROIDEAE. *Juss.*

### 331. ARISARUM.

*Tourn. inst. 131 — Endl. gen. n. 1673.*

1. A. VULGARE. *Spr. s. veg. 3. p. 768* — Arum Arisarum. *Lin. sp. pl. 1370 — Ten. fl. nap. 2. p. 353.*
   Ic. *Reich. cent. 17. f. 7* — A. serpentinum. *Barr. ic. 573* — Arisarum. *Clus. hist. 2. p. 73.*
   Ad sepes, ad vias, et in collibus apricis ad fruticeta.
   Septembri, Octobri. ♃
   Glaberrimum, acaule: *folia* obtusa, muronulata, cordato-sagittata; lobis obtusis: *spatha* rubro-lineata; ejus tubo cylindrico, pollicari; limbo ovato, concavo, erecto: *spadix* gracilis, cylindricus, apice subclavatus, incurvatus, spatha brevior.

### 332. ARUM.

*Endl. gen. n. 1676.*

1. A. ITALICUM. *Mill. dict. n. 2 — Ten. fl. nap. 2. p. 354*, var. *a.* et *b.*
   Ic. *Reich. cent. 17. f. 11—Sabb. hort. rom. 2. t. 73.*
   *b.* spatha non concolore, sed rubro-punctato-maculata.
   In sylvaticis, ad sepes humentes, et ad vias passim: var. *b. nelle vigne di Casamicciola, e nel boschetto del Castiglione.*
   Martio, Aprili. ♃

Digitized by Google

Vulgo *Ajale*.

*Folia* hastato-sagittata, varie albo-maculato-venosa: *spatha* basi tubulosa; limbo lanceolato, acuto, concavo: *spadix* rectus, superne clavatus, spathae tubum parum excedens — In var. *a*. spathae luteae, concolores — Var. *b*. cum *A. maculato*, cui proxima, non est confundenda, nam species ista in tota Campania non provenit.

## 88. ORCHIDEAE. *Juss.*

### 333. ORCHIS.

*Brown*. in *H. Kev. ed. 2. v. 5. p. 188.*

† *Tuberibus indivisis.*

1. O. FRAGRANS. *Pollin. hort., et provinc. Veron. pl. nov. p. 25 — Griseb. spic. fl. Rum. 2. p. 358 — Guss. syn. 2. p. 533* — O. coriophora. *Ten. syll. p. 442*, quoad locum natalem.

O. foliis lancelato-linearibus acutis, spica cylindrica densa demum elongata, bracteis lineari-lanceolatis ovario sublongioribus, petalis tribus exterioribus ovato-lanceolatis bracteisque acuminatis coalitis apice breviter liberis divaricatisque, labello subconvexo dependente, ovario triplo breviore trilobo, lobis subaequalibus, lateralibus ovato-rhombeis oblique truncatis dentato-serrulatis, medio longiore lanceolato integro, calcare saccato-conico curvulo saepius subdescendente ovarium subaequante.

Ic. *Pollin. elem. bot. tab. ultim. f. 2.*

In fruticetis apertis, et in sylvaticis apricis elatis; *monte Vezza, nella selva dell' Ulicella sopra Buceto, selve del Fasano, delle Falanghe, di Catreca, monte Trippiti.*

Aprili, Majo. ♃

*Spica* 3-5-pollicaris: *flores* parvi, sordide carnei, grate olentes—Etiam cl. *Griseb. l. c.* hanc ab *O. Coriophora* distinguit floribus duplo majoribus, odore et colore florum, labelli lacinia media ligulata, statura sesquipedali.

2. O. PROVINCIALIS. *Balb. miscell. alt. Taur. p. 20* — O. Cyrilli. *Ten. fl. nap. 2. p. 287.*

Ic. *Balb. l. c. t. 2 — Ten. l. c. t. 87.*

In sylvis elatioribus; *selve delle Falanghe, del Fasano, di Catreca, e della Pera; in quella dell' Ulicella sopra Buceto, del Rotaro, di monte Vezza, siepi di Calimera:* rara in demissis; *selve di Campagnano.*

Aprili, Majo. ♃

Cl. *Griseb. in spic. fl. Rum. 2. p. 360, O. paucifloram Ten.* cum hac associat; tamen sunt inter se plane distinctae; nam in *O. pauciflora* spica laxior; florum color sulphureus; labellum intense flavum, magis latum, explanatum; dum in O. *provinciali* spica densior; *flores* albido-sulphurei; labellum holosericeo-sulphureum, angustius.

3. O. RUBRA. *Jacq. coll. 1. p. 60* — O. papilionacea. *Ten. fl. nap. 2. p. 297,* non *Lin.*; et *Griseb. spic. fl. Rum. 2. p. 356.*

O. foliis inferioribus subcanaliculatis lanceolato-linearibus, spica oblongo-cylindrica laxiuscula, bracteis (carneis) lanceolatis ovario subbrevioribus, petalis tribus exterioribus conniventibus obtusiusculis, labello obovato subampliato venoso vel concolore late canaliculato-concavo subcrenulato subemarginato, calcare descendente ovarium subaequante.

Ic. *Jacq. ic. rar. 1. t. 183* — O. montana, humilis, flore majore. *Buxb. cent. 3. t. 3.*

In apricis herbosis elatis, aut demissis passim; *da S. Nicola al lido.*

Martio, Aprili. ♃

In vera *O. papilionacea Lin.* (quae est *O. expansa Ten. fl. nap. l. c.*, uti in *syn. 2. p. 331* notavi) labellum expansum, flabelliforme, fere planum; in hac vero obovatum, canaliculato-concavum.

†† *Tuberibus palmatis.*

4. O. PSEUDO-SAMBUCINA. *Ten. fl. nap. 2. p. 284* — O. romana. *Sebast.*, et *Maur. pl. rom. fasc. 2. p. 308.*

Ic. *Ten. l. c. t. 86* — *Sebast. et Maur. l. c. t. 3.*

In fruticetis et in sylvaticis apricis elatis, tamen frequentior in demissis; *all'Arso* (rara), *selve dello Spennato, e della Croce sul Bagno, in quelle di Castiglione, di Chiummano, di Campagnano, del monte Vezza, di Fontana, dell'Ulicella, e di Campotese presso Panza, Montagnone, Rotaro, Lacco al monte Vico, via vecchia da Casamicciola al Monte della Misericordia.*

Martio, Aprili. ♃

*Folia* lineari-lanceolata, 2-4 lin. lata, late canaliculata, erecta, obtusiuscula: *spica* oblongo-cylindracea, laxiuscula: *bracteae* lanceolatae, virentes, ovario longiores: *flores* inodori, rubri, vel lutei: *petala* duo exteriora retroflexo-conniventia: *labellum* planum, crenulatum; *calcar* cylindraceo-conicum, obtusum, ascendens, ovarium excedens.

5. O. MACULATA. *Lin. sp. pl. 1335* — *Ten. fl. nap. 3. p. 298,* var. *a.*

Ic. *Reich. cent. 6. f. 772* — *Hall. helv. t. 32* — Satyrium basilicum foemina. *Dod. pempt. 240.*

In sylvis; *cavone delle Nocelle, selve del Vataliere, e di Chiummano,*

*di Campagnano, del monte Vezza, del Rotaro, di Buceto, dell' Ulicella.*

Aprili, Majo. ♃

*Folia* radicalia oblongo-lanceolata, saepius nigro-maculata: *spica* densa, demum elongata: *bracteae* lanceolato-lineares: *flores* lilacini, vix odori; *petalis* lateralibus patulis: *labellum* planum, obovatum, trilobum, lineis punctisque purpureis notatum: *calcar* saccato-conicum, dependens.

### 334. PLATANTHERA.

*Rich. mem. du Mus. d'hist. nat. v. 4. p. 20.*

1. P. CHLORANTHA. *Custor* in *Reich. cent. 9. p. 20* — Orchis bifolia. *Ten. fl. nap. 2. p. 282*, quoad plantam prope Neapolim provenientem.

P. foliis radicalibus binis oblongis obtusis, caulinis bracteaeformibus, petalis exterioribus obtusiusculis, lateralibus pateutibus, intermedio duplo latiore fornicato-concavo cum binis interioribus connivente, labello indiviso lineari-lanceolato elongato, calcare filiformi horizontaliter porreto, gynostemio truncato, antherae loculis apice contiguis, inferne divaricatis!

Ic. *Reich. l. c. t. 1145* — *Coss.* et *Germ. atl. fl. Paris t. 32. f.* F.

In sylvis elatis, aut demissis; *selve di Campagnano, del Vataliere, e di Chiummano, delle coste del Piano Liguori, del monte Vezza, del Rotaro, dell' Ulicella sopra Buceto, delle Falanghe, di Catreca, e del Fasano.*

Aprili, Majo. ♃

*Folia* erectiuscula, plana, vel subconduplicata: *bracteae* lanceolatae, acutae, una cum ovario virentes, illo breviores, semipatentes: *corollae* pallide albae; sed labellum virescens, primum patens, mox dependens, retrorsum incurvatum, anguste lineare, 5-6 lin. longum: *calcar* virescens, compressum, filiforme, obtusum, ad apicem vix latius, horizontale, vel ascendens, ovarium excedens: *anthera* a duobus petalis intimis lanceolato-linearibus arcuato-conniventibus tecta — *P. bifolia* differt in primis ab hac, antherae loculis parallelis, non basi divaricatis. Confer hujus icones in *Reich.*, et in *Coss. ac Germ. l. c.*

### 335. TINEA.

*Biv. giorn. di Sc. ed Art. per Sicilia an. 1833. p. 149—Guss. syn. 2. p. 540.*

*Cor.* petala 5 in galeam conniventia, gynostemium obtegentia; duo exteriora lateralia basi subsaccata. *Labell.* decendens, basi subtus saccato-

Digitized by Google

gibberosum: *gynost.* ad antheram usque adnatum, obtusum, perexiguum: *massae* pollinis lobulatae, cum granulis pedicellatae.

1. T. CYLINDRICA. *Biv. l. c.* —*Guss. l. c.* — Satyrium maculatum. *Desf. atl. 2. p. 519— Ten. fl. nap. 2. p. 301* — Orchis secundiflora. *Bertol. am. ital. p. 82* — Ophrys densiflora. *Desf. coroll. p. 11* — Perystylus densiflorus. *Griseb. spic. fl. Rum. p. 364.*

Ic. *Desf. l. c. t. 6* — Orchis Orchidi Leodiensi affinis, culicem referens, purpurea, et confertior. *Bon. t. 32*; at Orchidis species, capsellis orbiculi orationis dominicalis figura. *Bon. t. 138*, forsan ad *Listeram ovatam* potius spectat.

In sylvaticis montosis, vel demissis muscosis passim.

Martio, Aprili. ♃

*Caules* 3-12-pollicares, erecti: *folia* ut plurimum duo, terrae adpressa, ovali-oblonga, rubro-maculato-tuberculata, subtus reticulato-lacunosa, pallida; caulina brevissima, semivaginantia: *spica* densissima, cylindracea, sub anthesi brevis, inde elongata, saepe usque 5-pollicaris: *flores* exigui, vix odori, secundi, deorsum imbricati: *petala* vix 3-mill. longa, ad carinam tantum in hac insula colorata; tria exteriora apice libera, acuminata; duo lateralia semiovata, subfalcata; duo interiora breviora, linearia, angustiora: *labellum* basi gibbum, antice planum, apice tripartitum; laciniis angustis, linearibus, rectis, lateralibus duplo angustioribus (filiformibus), parumque brevioribus; intermedia truncata, obtusa, integra, bifida, vel tridentata: *anthera* brevis, 1/4 longa, subglobosa, obtusa, dorso convexa, facie plana, bilocularis; loculis oppositis: *pollinis* massae facile solubiles: *ovarium* cylindricum, 1/2 lin. longum, apice incurvum, *bractea* oblonga acuminata duplo longius.

Ad genus *Perystylum Blum*, ad quod refertur a Cl. *Griseb. l. c.* spectare non potest, uti clare patet, si utriusque generis characteres conferantur in *Endl. gen. n. 1517.*

### 336. OPHRYS.

*Koch syn. ed. 2. p. 796* — *Guss. syn. 1. p. 543.*

1. O. FUSCA. *Link* in *Schrad. diar. bot. 1799. v. 2. p. 324* — *Ten. fl. nap. 2. p. 303.*

Ic. *Reich. cent. 9. f. 1147— Coss. et Germ. atl. fl. Paris. t. 32. f. G.— Ten. fl. nap. 2. t. 92* — O. myodes, fusca, lusitanica. *Breyn. cent. 1. t. 41.*

In apricis herbosis montosis rarissima; *monte Vetta alle Petrelle.*

Aprili, Majo. ♃

*Petala* duo exteriora patentia, intermedium fornicatum; omnia viridi luteo-

la; binis interioribus brevioribus, late-linearibus: *labellum* obovato-conicum, convexum, holosericeo-velutinum ac fuscum, apice truncato-emarginatum, basi maculis binis glabris nitidis intensioribus notatum: *gynostemium* obtusum.

2. O. ARANIFERA. *Huds. angl. ed. 2. p. 392 — Ten. fl. nap. 2. p. 305.*
Ic. *Reich. cent. 9. f. 1155—Coss. et Germ. atl. fl. Paris. t. 32. f.* B— Orchis fucum referens, colore rubiginoso. *Vaill. bot. paris. t. 31. f. 15, 16.*
In pratis apricis; *selve di Chiummano*, *scala de' Maronti sotto al Testaccio*, rara.
Martio, Aprili. ♃
*Petala* virentia; tria exteriora patentia; duo interiora fere duplo breviora, lineari-lanceolata, glabra: *labellum* oblongo-obovatum, fusco-ferrugineum, velutino-holosericeum, notatum binis lineis plumbeis glabris nitidis, cum altera transversali connexis, apice anguste sed profunde emarginatum: *gynostemium* obtusum.

3. O. EXALTATA. *Ten. fl. nap. 2. p. 306 — Guss. syn. 2. p. 545.*
O. caule folioso elato, petalis omnibus patentibus, tribus exterioribus (albidis ad carinam viridulis) oblongis obtusis, binis interioribus (viridulis) lato-linearibus undulatis obtusis duplo brevioribus glaberrimis gynostemium breviter rostratum subsuperantibus, labello obovato convexo obsolete trilobo, lobo medio emarginato appendiculato in ambitu holosericeo in disco puberulo-fusco lineisque subparallelis glaberrimis notato, basi gibbere conico utrinque instructo.
Ic. *Ten. l. c. t. 96.*
In apricis herbosis sylvarum; *selve di Chiummano*, rara.
Aprili, Majo. ♃
*Petala* tria exteriora concaviuscula, ac incurva; duo interiora dimidio fere breviora, recta ac surrecta, ad margines non revoluta, sed undulata ac fuscescentia, obtusa!, 1/2-1-lin. lata, in hac insula glaberrima: *labellum* fere duplo majus, quam in praecedente, at ejus lineis duabus parallelis cum alia intermedia, ut in illa, conjunctis: *gynostemium* virescens, obtusiusculum: labelli *appendix* recta, ac triangularis, fere virescens. Confer *syn. l. c.*

4. O. FUCIFLORA. *Reich. cent. 9. p. 24*, an et *Pers. syn. p. 510?*
O. caule folioso elato, petalis (albido roseis) tribus exterioribus oblongis obtusis patentibus, binis interioribus triangulari-lanceolatis! velutinis margine revolutis triplo brevioribus gynostemium brevissime rostratum subaequantibus, labello (magno) obovato convexo integro (non trifido) velutino-holosericeo (fusco-atro) in disco binis gibberis conicis binisque maculis glabris (nigro-plumbeis) inter se liberis vel cum macula transversali conjunctis instructo, apice emarginato cum appendice carnosa rhombea inflexa subintegra.

Ic. *Reich. l. c. f. 1164.*

In apricis herbosis sylvarum; *selve di Chiummano.*

Aprili, Majo. ♃

*Petala* tria exteriora praecedenti similia; duo interiora diversissima, siquidem ovato-triangularia, intense rosea, tenue velutina ac ciliata: *labelli appendix* glabra, flavida, brevis, acuta, deorsum inflexa.

Cl. *Koch* in *syn. ed. 2. p. 797* hanc *O. arachnitis* nomine describit. Pro speciei tipo confer *Reich. l. c. f. 1162* et O. arachnites. *Coss. et Germ. atl. fl. Paris. t. 32. f. D*, nec non Orchis fuciflora. *Haller. fl. helv. 2. p. 134. t. 24. f. 1*; ex quo huic quoque spectant, Orchis fucum referens, major, foliis superioribus candidis et purpurascentibus, *Vaill. bot. paris. t. 30, f. 10, 11, 12, 13*; O araneam referens, *Seguier pl. Veron. suppl. p. 244 t. 8. f. 1*; O. fuciflora galea et alis purpurascentibus; *Bauh. hist. 2. p. 766*, icon rudis sed descriptio bona: sed Orchis apem referens lusitanica. *Breyn. cent. p. 98. ic. 43* ad aliam speciem spectare videtur, et forsan ad sequentem.

5. O. APIFERA. *Huds. fl. angl. ed. 1. p. 340 — Ten. fl. nap. 2. p. 307, et 5. p. 241.*

Ic. *Reich. cent. 9. f. 1159—Coss. et Germ. atl. fl. Paris. t. 32. f. C* — Orchis fucum referens, galea, et alis purpurascentibus. *Vaill. bot. paris. p. 149. t. 30. f. 9.*

In collibus apricis, et in sylvaticis apertis herbosis boream spectantibus; *colline del Bagno* rara, *cava di Buceto, di Cerambi, del Carusiello, selve del Pozzalè, ed al bosco di Carauce, e di Campagnano salendo alla torre.*

Martio, Aprili. ♃

In planta inarimensi *petala* duo interiora duplo breviora, triangularia, ad margines revoluta, interne hirta, uti ex *Koch syn. ed. 2. p. 797*, facie exteriore glabra: *labellum*, obovato-convexum, fusco-flavescens, lineolis olivaceo-flavidis irregularibus, et macula glabra intensiore notatum; lobis lateralibus verticalibus, hirsutis; lobo medio elongato, bilobo, cum appendice subulata interjecta; *gynostemii* rostrum breve, non exporrectum — In *O. rostrata Ten. l. c. p. 242*, petala duo interiora linearia, non triangularia, dorso villosa; *gynostenii* rostrum longe exporrectum.

## 337. SERAPIAS.

*Swartz Act. Holm. 1800. p. 223*, in *Villd. sp. pl. 4. p. 70.*

1. S. CORDIGERA. *Lin. sp. pl. 1345* — Helleborine cordigera. *Sebast.* et *Mauri Fl. rom. pr. p. 312 — Ten. fl. nap. 2. p. 315.*

Ic. *Sebast. et Maur. l. c. t. 10.*

In apricis herbosis, vel in aridis elatis aut demissis.

Aprili, Majo. ♃

*Tubercula* duo radicalia sessilia, in sequentibus altero pedicellato: *flores* atrorubentes, uti in *S. longipetala*, sed *labelli* lobo medio late-ovato, acuminato, dependente, disco piloso: *bracteae* florem parum superantes, non spathaceae.

2. S. LONGIPETALA. *Poll. fl. ver. 3. p. 30* — *Ten. syll. p. 458;* et Helleborine longipetala, *id. fl. nap. 2. p. 317* — H. pseudo-cordigera. *Sebast. et Maur. rom. pl. fasc. 1. p. 14* — S. lingua. *Bertol. amoen. ital. p. 202,* non *Lin.*— S. lingua, *a. Lin. sp. pl. 1344.*

*Ic. Ten. l. c. t. 98 — Sebast. et Maur. l. c. t. 4. f. 1 — Seguer veron. 3. p. 248. t. 8. f. 1.*

In apricis herbosis, aut aridis; *Ischia all'Arso, Campagnano, selve della costa di Piano Liguori, alla Scarupata, Succellaro, monte Vezza, monte Trippiti, monte Vetta, Guardiola del Testaccio, Casamicciola al Mortito,* ubi tamen rara, *Torre di Zale fra il Lacco e Forio.*

Aprili, Majo. ♃

*Bracteae* latae, fere spathaceae, invicem incumbentes, longe acuminatae, florem superantes: *labellum* angustius quam in praecedente, et magis longum, magisque attenuatum, deflexum, non semipatens: *petala* duo inferiora saepius cum exterioribus ad apicem coalita.

3. S. LINGUA. *Lin. sp. pl. 1345, b.*—Helleborine lingua. *Ten. fl. nap. 2. p. 316,* excl. nonn. var.

Ic. Orchis macrophylla. *Column. ephr. 1. p. 321. t. 322.*

In apricis herbosis magis quam praecedens obvia.

Aprili, Majo. ♃

*Bracteae* floribus breviores: *labelli* lobo medio oblongo-lanceolato, acuto, pallide carneo, glaberrimo, dependente: *glandula* basilaris in hac non sulcata, ut in aliis speciebus hujus generis.

4. S. PARVIFLORA. *Parlat. giorn. di scienz. per la Sic. fasc. 175. p. 66, et pl. nov. p. 17.*

S. bracteis acuminatis flore subbrevioribus, labelli villosiusculi ferruginei glandula basilari sulcato-canaliculata, lobis lateralibus acutis rotundatis, medio dependente lineari-lanceolato acuto (ovario non adpresso) petala aequante.

Ic. *nulla.*

In apricis sylvarum rara; *selve di Buceto e del Rotaro.*

Aprili, Majo. ♃

*Habitus* praecedentis; sed *labellum* parvum, breve, petala aequans, ideoque flores prae reliquis sat parvi.

### 338. LIMODORUM.

*Swartz nov. act. Holm. 1800. p. 80 — Endl. gen. n. 1607.*

1. L. ABORTIVUM. *Swartz l. c. — Ten. fl. nap. 2. p. 323* — Orchis abortiva. *Lin. sp. pl. 1336.*
   Ic. *Holl. helv. n. 1288. t. 36* — Pseudo-Limodorum austriacum. *Clus. hist. 1. p. 270.*
   In sylvis, et in fruticetis passim.
   Aprili, Majo. ♃
   Aphyllum, scapo bracteis vaginato: *flores* amoene coerulei: *labellum* ovatum, undulatum: *calcar* elongatum, dependens, subulatum, pallidum.

### 339. CEPHALANTHERA.

*Spr. s. veg. 3. p. 677 — Endl. gen. n. 1608.*

1. C. ENSIFOLIA. *Spr. l. c. p. 707—Richar. Orch. eur. adn. p. 38* — Serapias ensifolia. *Lin. s. veg. ed. 14. p. 815*, excl. syn. — *Ten. fl. nap. 2. p. 320.*
   Ic. *Fl. dan. 506.*
   In sylvis, praesertim in illis boream spectantibus; *selve di Buceto, dell' Ulicella, delle Falanghe, del Fasano, di Catreca, della Pietra perciata, e di Pietra sparaina sotto al Telegrafo.*
   Aprili, Majo. ♃
   *Folia* nervosa, subdisticha: *flores* albi; *petalis* acutis, conniventibus.

### 340. EPIPACTIS.

*Richar. Orch. eur. adn. p. 21 — Spr. s. veg. 3. p. 677. n. 2956 — Endl. gen. n. 1553.*

1. E. MICROPYLLA. *Swartz act. holm. 1800. f. 232 — Ten. fl. nap. 5. p. 242.*
   Ic. *Wald. et Kit. pl. rar. Hung. t. 270* — Helleborine recentiorum. *Clus. hist. 1. p. 273.*
   In sylvis rarissima; *Selve del Rotaro sotto all' acquedotto di Buceto.*
   Majo, Junio. ♃
   *Folia* ovali-lanceolata, parva, ac pauca: *flores* penduli, parvi, sordide viridi-flavescentes; *labelli* lamina ovata, acuta: *ovarium* puberulum, breviter pedunculatum.

Digitized by Google

### 341. SPIRANTHES.

*Richar. Orch. eur. adn. p. 20 — Spr. s. veg. 3. p. 677. n. 2959 — Endl. gen. n. 1547.*

1. S. AUTUMNALIS. *Rich. l.* c. — Neottia spiralis. *Willd. sp. pl. 4. p. 73 — Ten. fl. nap. 2. p. 314* — Ophrys spiralis, *b. Lin. sp. 1340.*

Ic. *Hall. helv. t. 38* — Orchidiastrum autumnale, pratense, album, odoratum. *Michel. gen. t. 26*—Testiculus odoratus, minor. *Dod. pempt. 239.*

In apricis herbosis pascuis demissis, vel in collibus inter frutiecta.

Septembri, Octobri. ♃

*Flores* albi, fragrantes; *labella* concavo, in medio albo-viridulo; *germen* unacum *bracteis* concavis acuminatis et *scapo* superne tenue pubescens— *Labellum* erispatum, indivisum notant *Duby* in *Bot. gall. p. 448*, *et Loisel.* in *fl. gall. ed. 2. v. 2. p. 273*; at emarginatum ex *Koch* in *syn. ed. 2. p. 802*: in nostra revera crispatum; at minime emarginatum est. Praeterea Cl. *Ten.* in *syll. app. 4. p. 42* notat plantam borealem ex observatione *Linkii* a nostra differre germinibus fere glabris, floribus virescentibus, nec non statura multo minori. An ideo species propria, et *S. australis* appellanda?

## 89. IRIDEAE. *Juss.*

### 342. IRIS.

*Endl. gen. n. 1226.*

1. I. FOETIDISSIMA. *Lin. sp. fl. 51 — Ten. fl. nap. 3. p. 36—Bertol. fl. ital. 1. p. 238.*

Ic. *Reich. cent. 19. f. 775 — Red. lil. t. 351* — Spathula foetida. *Lobel. ic. 70.*

In sylvis, fruticetis, et ad sepes; *Campagnano*, *monte Vezza*, *cavone dello Schiappara, Chiummano, Piea, Casamicciola*, *cava di Brusomante e di Buceta, Moropane, Fontana*, ec.

Majo, Junio. ♃

Vulgo *Giglio salvatico.*

*Folia* confricata foetida sunt: *stigmata* apice biloba; lobis acutiusculis, fere ovatis, sursum concavis; praeterea ista potius plumbea, quam lutescentia, ad apicem pallidiora, facie superiore carinata, ad carinam intensius colorata.

Digitized by Google

2. I. GERMANICA. *Lin. sp. pl. 55 — Ten. fl. nap. 3. p. 36 — Bertol. fl. ital. 1. p. 232.*

Ic. *Reich. cent. 19. f. 765 — Red. lil. t. 309* — I. vulgaris, germanica, sive sylvestris. *Bauh. theatr. p. 571* — I. nostras, vulgaris. *Lob. ic. 59. f. 1.*

Ad muros, sed potius, uti sequens, culta quam spontanea.

Aprili, Majo. ♃

Vulgo *Giglio di S. Antonio*, cum sequente.

*Flores* coerulei.

3. I. FLORENTINA. *Lin. sp. pl. 55 — Ten. fl. nap. 3. p. 35 — Bertol. fl. ital. 1. p. 231.*

Ic. *Reich. cent. 19. f. 766 — Red. lil. 1. 23* — Iris nostras, vulgaris, candidis floribus. *Lobel. ic. 59. f. 2.*

Cum praecedente, eodemque tempore floret. ♃

*Flores* albi : *radices* violam redolent, quod non in praecedente.

### 343. GLADIOLUS.

*Tourn. inst. p. 365 — Endl. gen. n. 1239.*

1. G. SEGETUM. *Ker* in *H. Kew. ed. 2. v. 1. p. 102 — Ten. fl. nap. 1. p. 11*, sub nomine *G. communis*, ex indice in *vol. 5. p. 364* — G. communis. *Bertol. fl. ital. 4. p. 227*, quoad plantam siculam, et neapolitanam.

Ic. *Reich. cent. 6. f. 819, et cent. 19. f. 781 ! — Ker bot. mag. t. 719* — Gladiolus. *Dod. pempt. 209 ?*

In vineis, et in cultis inter segetes ; *seminati del monte Vezza, Panza, Forio, siti coltivati delle Falanghe e del Fasano, Lacco nelle vigne ed a monte Vico, Casamicciola al Cacciuto.*

Aprili, Majo. ♃

*Bulbi* ovati, basi proliferi, tunicarum tenuium ac castanearum fibris parallelis stipatis, areolis anguste linearibus : *corollae* distantes, lacinia suprema a lateralibus divaricata : *semina* globosa, subbaccata, non alata, sed deorsum producta !

2. G. INARIMENSIS. *Guss.*

G. fibris tunicarum bulborum tenuibus parallelis dense stipatis, areolis copiosis angustissimis, corollae laciniis superioribus approximatis, inferioribus macula lanceolata sanguinea immarginata notatis, duabus lateralibus lanceolatis, infima (duplo latiori) obovato-cuneata, antheris filamento brevioribus, stigmatis laciniis a basi ad medium linearibus, supra medium subito in laminam spathulatam obtusam dilatatis, capsula obovato-oblonga, angulis obtusis, seminibus deorsum productis.

Ic. *nostra t. XIV* — G. narbonensis, flore purpureo. *Besl. eist. ver. ord. 4. fol. 111?*

In argillosis cultis humidiusculis; *nelle vigne della Cava di Buceto, di Cerambi, di Brusomonte sopra Casamicciola.*

Majo, Junio. ♃

*Bulborum* tunicae castaneae, ac factae a fibris tenuibus ita approximatis, ut fere membranam continuam constituunt: *flores G. communi* similes, ex icone *Reich. cent. 19. f. 777*: *corollarum* laciniae superiores omnes approximatae, ut in *G. communi*, et in *G. dubio*, non vero intermedia a lateralibus remota, ut in praecedente; tres inferiores macula lanceolata notatae, non albo-marginata ut in *G. dubio*, sed linea alba elevata per medium percursae; duae laterales late-lanceolatae, acutae; infima duplo latior, obovato-cuneata, obtusa: *antherae* filamentis sanguineis breviores, stigma aequialtae, auriculis acuminatis, semper parallelis, non divaricatis, ut in *G. illyrico*: *stigmatis* laciniae a basi ad medium glabrae, supra medium ad margines papilloso-ciliatae, una cum stylo sanguineae: *capsula* trisulcato-lobata, apice impressa, angulis obtusis, non acute carinatis, ut in *G. illyrico*: *semina* deorsum tantum producta, ut in praecedente, non marginata ut in *G. dubio* et *communi*.

Planta intermedia inter *G. communem, dubium* et *illyricum*, sed characteribus notatis ab illis distincta, ac praesertim seminibus a primo omnino diversa. Confer icones *Reich l. c.*

### 341. ROMULEA.

*Maratti in Sebast., et Maur. fl. rom. pr. p. 11 — Bertol. fl. ital. 1. p. 219.*

1. R. Columnae. *Sebast. et Maur. l. c. p. 18—Bertol. l. c. p. 224*— Ixia Bulbocodium, *a. minima. Ten. fl. nap. 1. p. 13*, ex ipso in *v. 3. p. 35* — R. minima. *Ten. mem. p. 117.*

Ic. *Reich. cent. 19. f. 784, et 785* — Sisyrinchium Theophrasti. *Columm. echpr. 1. p. 327.*

In apricis pascuis; *Arso, Rotaro, Montagnone, Bagno, Castiglione, Casamicciola, Lacco al monte Vico, Forio, S. Angelo.*

Januario, Martio. ♃

*Spathae* valva superior late membranaceo-marginata: *corollae* pallidissime coerulae, sed in hac insula saepius albidae, in fundo lutescentes, parvae, spatham subaequantes: *stamina* pistillo-longiora: *capsula* oblonga, obtusa.

## 90. AMARYLLIDEAE. *Brown.*

### 345. PANCRATIUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 551.*

1. P. MARITIMUM. *Lin. sp. pl. 418 — Ten. fl. nap. 1. p. 148 — Bertol. fl. ital. 4. p. 22.*
   Ic. *Red. lil. t. 8* — Narcissus marinus. *Dod. pempt. 229*, mediocris — *Clus. hist. 1. p. 167.*
   In arenosis maritimis; *Lacco alla marina di S. Montano, Forio alla marina di Citara, e di Montevergine, marina di S. Angelo.*
   Julio, Octobri. ♃
   Vulgo *Giglio di S. Restituta.*
   *Flores* candidi, fragrantes: *folia* glauca, late-linearia, acutiuscula.

### 346. NARCISSUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 550.*

1. N. TAZZETTA. *Lin. sp. pl. 416*, quoad foliorum descriptionem! (*foliis planis*) — *Ten. fl. nap. 1. p. 163, a.*
   N. glaucescens, scapo multifloro erecto striato tereti vel altero latere nervo elevato notato, foliis obtusis striatis linearibus (subloriformibus) explanato-canaliculatis (planiusculis) scapum subaequantibus erectis apice patulis, earum carina inter duas lineas elevatas depressa, nectario (flavo) campanulato truncato integro aut subcrenulato petalis (albis) ovatis vel late ellipticis patentibus (non reflexis) subaequalibus alternis appendiculatis duplo breviore.
   Ic. *nostra t. xv. f. 2.* — *Reich. cent. 19. f. 813*, optima quoad flores, sed folia nimis canaliculata — *Lam. ill. gen. t. 229. f. 2*, quoad folia, sed flores pessimi — N. orientalis, medio croceus, major. *Besl. ver. ord. 3. fol. 13. f. 2* — N. flore pleno 11. *Clus. hist. 1. p. 16*, quoad folia — N. medio luteus, Pisanus. *Bauh. hist. 2. p. 605*, et forsan etiam N. multos ferens flores, medio lutous. *Bauh. l. c. p. 603* — N. latifolius, albicans, medio croceus, ampliori brevi calyce. *Barr. ic. 918*, et N. latifolius albicans, medio croceus, calyce mediocri, praecox. *Barr. l. c. ic. 919*, quoad folia bonae, sed flores nimis ampli.
   In apricis herbosis sylvaticis; *Lacco al monte Vico alla Costa ne'margini erbosi delle vigne.*
   Februario, Martio. ♃

Digitized by Google

Major et robustior quam sequens, seriusque floret: *scapi* striati, vix ancipites, et aliquando altero latere tantum nervo elevatiori notati!, foliis breviores, vel parum excedentes: *folia* obtusiora, et latiora (8-10 lin. lata), subtus tenue striata, erecta, et apice tantum patula, non a basi patula, ut in *N. patulo Loiscl.*, et in *N. neglecto Ten. ind. sem. H.bot. neap. an. 1825; p. 6*, et *an. 1829. p. 8*; nec non *cat. 1845. p. 88*: *petala* 4-5 lin. lata, 6 lin. longa, basi invicem incumbentia, patentia; tria exteriora paullo latiora, apiculo brevissimo instructa.

*Flores* in hoc, et in sequente gratissime odori, refracto-nutantes; *pedicellis* erectis, spatham superantibus; *petalis* candidis, stellato-patentibus, et nonnisi florescentia jam peracta reflexis, non vero sub anthesi, ut in *N. neglecto*, et *N. patulo* (confer *Bertol.fl. ital. 4. p.13*, et *Ten. l. c.*: *capsulae* in utrisque oblongae, trigonae, glaucescentes — Synonima ad hanc et sequentem speciem pauca citavi, nam apud auctores saepe species istae simul confusae, et nonnisi plantis vivis sedulo comparatis distingui possunt, ut in aliis generibus hujus familiae, nec non in *Liliaceis* evenit.

2. N. CANALICULATUS. *Guss.* — N. Tazzetta. *Boiss.* pl. exicc. Hisp. australis, et *Jord.* pl. exic. Gall. austr. ex Hyeres.

N. viridi-glaucescens, scapo multifloro erecto striato ancipiti, foliis late linearibus semicylindrico-canaliculatis scapo brevioribus obtusiusculis strictis apice oblique tortis subtus aequaliter striatis, nectario (flavo) cyathiformi ore subconstricto truncato integerrimo, petalis (albis) ovalibus lanceolatisque patentibus (non reflexis) alterne angustioribus longioribusque mucronulatis apiculatis triplo breviore.

Ic. *nostra t. xv. f. 1, a*—N. major, juncifolius. *Besl. eist. ver. ord. 3. fol. 4. f. 1*, quoad folia — N. medio luteus. *Dod. pempt. 223*, quoad folia bona—N. albus, medio croceus, stellatus, parvo calyce, serotinus, romanus. *Barr. ic. 957*; et N. albus, medio croceus, stellatus, majori calyce, serotinus, romanus. *Barr. ic. 958?*, quoad folia et flores bonae.

Ad sepes, et ad margines agrorum, nec non in sylvaticis apricis; *Lacco al monte Vico luogo detto l'Arenella, e ne' margini delle vigne al Cantariello, non che presso alla Torre, Lacco superiore a Ndecalauri, S. Michele salendo da Ischia a Campagnano a dritta nel fondo di Mazzella.* Decembri, Martio. ♃

*Scapi* uti folia stricti, istis saepius duplo fere longiores et spiraliter torti: *folia* apice tantum oblique torta, 3-4 lin. lata, facie interiore non explanato-canaliculata, sed semicylindrico-canaliculata!, subtus aequaliter striata, non ut in praecedente ad carinam sulco latiore inter duos nervos elevatos notata: *petala* concaviuscula, basi saepe distincta ac fere lanceolata; tria exteriora ovalia, parum breviora, obtusiuscula, 3-4 lin.

lata, 6 lin. longa; tria interiora parum longiora, ac angustiora, ideoque fere ovali-lanceolata, ad apicem obtusiusculum mucronulo uncinato, fere lin. longo instructa; *tubus* triquetrer, pallide virescens, 6-lin. longus petala excedens: *nectarium* non fere campanulatum, ut in praecedente, sed cyathiforme (idest ore subconstrictum): *stamina* tria supra medium tubi inserta, intra nectarium exerta; tria infra medium tubi, et intra istum inclusa: *stylus* apice albidus, vix exertus, una cum filamentis luteus: *stigmata* triquetra: *capsula* ovalis, triquetra, immatura virescens.

## 91. AGAVEAE. *Endl.*

### 347. AGAVE.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 582.*

1. A. AMERICANA. *Lin. sp. pl. 461 — Ten. fl. nap. 1. p. 188,* var. *a.* — *Bertol. fl. ital. 4. p. 154.*
   Ic. A. spinosa, sive Americana. *Cam. hort. med. p. 10, ic. tab. 5.* et A. americana, florens. *Zuing. theatr. p. 790,* bonae — A. folio mucronato. *Lobel. ic. 374.*
   Colitur, sed ad sepes nunc spontanea, praecipue *a Pieo, alla Starza, al Testaccio, a Barano, a Succellaro, a S. Angelo, Panza, Forio a Citara, Lacco al monte Vico, ed a S. Montano*: ec.
   Junio, Julio. ♃
   Vulgo *Semprevira*, et ad sepes conficiendas, nec non foliorum filamentis ad filos parandos utuntur.
   Acaulis, caespitosa: *radices* valde soboliferae: *folia* crassa, glauca, dentato-spinosa ac mucronata: *scapi* firmi, crassi, elati, aliquando 4-orgyales; *ramis* patentibus, florifleris pyramidatis: *flores* erecti, luteo-virentes; *capsula* oblonga, majuscula, coriacea.

## 92. DIOSCOREAE. *Brown.*

### 348. TAMUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1527.*

1. T. COMMUNIS. *Lin. sp. pl. 1458 — Ten. fl. nap. 5. p. 277.*
   Ic. *Lam. ill. gen. t. 817* — Vitis sylvestris, sive Tamus. *Dod. pempt. 401*, et Vitis nigra. *Zuing. theatr. p. 291,* planta foemina.
   In sylvis, et in fruticetis passim.
   Aprili, Majo. ♃

Vulgo *Viticella*, o *Vitarella* ; et turiones teneri lixati ac oleo conditi comeduntur.

Glaberrima, scandens: *caules* annotini, graciles: *folia* nitide virentia, indivisa, cordata, acuta: *flores* luteolo-virentes ; masculi longe racemosi; foeminei breviter pedunculati : *baccae* globosae , coccineae—Occurrit aliquando foliis late cordatis subtrilobis , quae forma *T. creticam* quodammodo refert.

## 93. SMILACEAE. *Brown.*

### 349. SMILAX.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1528.*

1. S. ASPERA. *Lin. sp. pl. 1458 — Ten. fl. nap. 5. p. p. 277.*
   Ic. *Duham. arb. ed. 2. v. 1. t. 53—Zuing. theatr. p. 288*, optima—S. aspera, nitido fructu. *Clus. hist. 1. p. 112*, fig. inferior.
   Ad maceries, et ad rupes in fruticetis.
   Septembri, Octobri. ♄
   Vulgo *Ruscaja*, una cum sequente.
2. S. MAURITANICA. *Desf. atl. 2. p. 367 — Ten. fl. nap. 5. p. 277.*
   Ic. S. aspera, seu spinosa, latifolia. *Bon. t. 61*, optima.
   Ad rupes, et in sylvaticis frequens ; ad maceries rara.
   Septembri, Octobri. ♄
   In utrisque *fructus* maturi coccinei: *flores* albidi, odoratissimi : *folia* coriacea, sempervirentia, sed in hac 2-3-plo latiora, nitidiora, et tota planta minus aculeata, ac altius quam antecedens scandens.

### 350. RUSCUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1559.*

1. R. ACULEATUS. *Lin. sp. pl. 1474 — Ten. fl. nap. 5. p. 77.*
   Ic. *Bull. herb. t. 249* — Ruscus. *Besl. eist. ver. ord. 1. fol. 1. f.1* — R. major. *Zuing. theatr. p. 134*—Ruscum. *Dod. pempt. 744.*
   In sylvaticis, et in fruticetis passim ; *cavone delle Nocelle* , *dello Schiapparo*, *delle Rose*, *ec.*
   Septembri, Octobri. ♄
   Vulgo *Pugnienti*, et turiones teneri ac cocti in acetariis locum habent.
   *Fruticulus* humilis, caespitosus, sempervirens: *folia* coriacea, ovato-lanceolata , pungentia, glaberrima: *flores* solitarii, subsessiles, faciei superioris foliorum adnati, parvi, purpurei: *baccae* subsessiles,demum nitide coccineae, globosae.

Digitized by Google

### 351. ASPARAGUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 573.*

1. A. ACUTIFOLIUS. *Lin. sp. pl. 449 — Ten. fl. nap. 3. p. 373 — Bertol. fl. ital. 4. p. 151.*
   Ic. *Sibth. fl. gr. t. 337*—Corruda prior. *Clus. hist. 2. p. 77*—A. sylvestris. *Zuing. theatr. p. 671.*
   *b. inarimensis ;* foliis fere duplo longioribus, floribus cylindraceis, petalis tribus interioribus apice incurvis.
   Ad sepes, et in sylvaticis, nec non *ai Scogli di S. Anna presso Ischia* : var. *b. siepi sopra Ischia.*
   Augusto, Septembri. ♄
   Vulgo tota planta appellatur *Rusco*, et *Sparaci* turiones teneri, qui comeduntur.
   *Caules* ramosissimi, plus minus intricati, et elongati ac caespitosi: *folia* sempervirentia, rigidissima, pungentia, aciformia, brevia, fasciculata: *flores* parvi, luteoli, axillares, solitarii vel fasciculati, in pedunculis articulatis. — Cl. *Ten.* var. *b.* pro distincta specie proponit nomine *A. commutati*, et forsan non immerito.

## 94. LILIACEAE. *Lindl.*

### 352. TULIPA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 563.*

1. T. OCULUS SOLIS. *St. Amans soc. de Agric. 1. p. 75—Guss. mem.* in *act. Soc. Borb. ined.—Ten. syll. app. 5. p. 12—Bertol. fl. ital. 4. p. 87.*
   Ic. *Red. lil. 4. t. 219 — Guss. l. c.*
   In vineis solo fertiliore; *vigne di Casamicciola superiore presso al ponte della marina nelle vigne di Mannella, ed in quelle di Casamicciola inferiore presso al Vallone de' Bagni*; *vigne del Lacco al luogo detto l' Addomada, ed in quelle di Piro.*
   Martio, Aprili. ♃
   *Flores* coccinei; *petalis* acutis, infra medium notatis macula atropurpurea angusta-elongata margine lacera in campo flavo; quae in externis apice lacero-multidentata, in internis brevior ac tricuspidata.

### 353. MUSCARI.

*Tourn. inst. p. 347—Desf. atl. 1. p. 308.*

1. M. COMOSUM. *Mill. dict. n. 2. — Bertol. ital. 4. fl. p. 161* — Leopoldia comosa. *Parlat. gior. bot. ital. v. 3. p. 160* — Hyacinthus comosus. *Lin. sp. pl. 445 — Ten. fl. nap. 1. p. 187.*
   Ic. Hyacinthus comosus. *Red. lil. t. 231 — Besl. eist. vern. ord. 2. fol. 17. f. 1* — H. comosus, spurius, tertius. *Dod. pempt. 218.*
   *b. ramosus;* racemo ramoso, floribus ut in *a.*
   In cultis, in vineis, nec non in sylvaticis apricis ubique: var. *b.* in cultis, *a Monte Vetta.*
   Martio, Aprili. ♃
   In var. *b. peduncli* laterales flores tantum steriles gerunt, ideoque inter speciei typum et var. *monstruosam* media.
2. M. NEGLECTUM. *Guss.* in *act. Soc. Borb. ined.*, et in *syn. 1. p. 411 — Ten. syll. app. 5. p. 13.*
   M. racemo denso brevi cylindraceo, corollis ovali-oblongis demum deorsum imbricatis apice denticulatis, et ob denticulos obtusos reversos perviis, summis (paucis) sterilibus, foliis anguste linearibus (1-2 lin. latis) late canaliculatis erecto-patentibus, demum laxis.
   Ic. *Guss. l. c.*
   In argillosis inter vineas; *vigne di Casamicciola superiore, e del Lacco.*
   Martio, Aprili ♃
   *Flores* intense atrocoerulei.

### 354. SCILLA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 567.*

1. S. HYACINTHOIDES. *Lin. syst. veg. 529 — Ten. fl. nap. 1. p. 181 — Bertol. fl. ital. 4. p. 105.*
   Ic. *Bot. mag. t. 440* — Bulbus eriophorus. *Clus. hist. 1. p. 172.*
   Ad sepes in apricis ; *Casamicciola nelle siepi del Mortito*, sed nunc ob locorum culturam satis rara.
   Aprili, Majo. ♃
   *Folia* elongata, late linearia, concava, virentia: *flores* amoene coerulei, in racemo longo stricto raro.
2. S. MARITIMA. *Lin. sp. pl. 445 — Ten. fl. nap. 1. p. 186*, var. *a — Bertol. fl. ital. 4. p. 104* — Urginea maritima. *Steinhell* in *ann. sc. nat. 1834. 1. p. 321.*
   Ic. *Red. lil. t. 116* — S. hispanica. *Clus. hist. 1. p. 171.*

Digitized by Google

In apricis mari finitimis non satis obvia; *Casamicciola* in fruticetis *presso Pietra Vona*, et in rupibus *del Mortito.*

Septembri, Octobri. ♃

*Bulbi* tunicati, albidi: *folia* latissima, fere oblonga, sub-canaliculata: *flores* candidi, odori, in racemo stricto demum longissimo.

### 355. ORNITHOGALUM.

*Link Hand. 1. p. 146 — Endl. gen. n. 1132.*

1. O. ARABICUM. *Lin. sp. pl. 441 — Ten. fl. nap. 1. p. 178 — Bertol. fl. ital. 4. p. 93.*
   Ic. *Red. lil. t. 63 — Clus. hist. 1. p. 186.*
   Ad murorum supercilia; *Ischia al Castello, Casamicciola superiore.*
   Aprili, Junio. ♃
   *Flores* magni, albi, odori: *folia* late-linearia, canaliculata.
2. O. UMBELLATUM. *Lin. sp. pl. 441 — Ten. fl. nap. 1. p. 174 — Bertol. fl. ital. 4. p. 95.*
   Ic. *Jacq. austr. 4. p. 95. t. 343* — Eliocarmos. *Reneal. spec. t. 87* — Bulbus leucanthemus, minor. *Dod. pempt. 221.*
   In cultis, et in vineis, quibus infestum.
   Martio, Aprili. ♃
   *Bulbi* basi valde proliferi: *folia* anguste-linearia, non ciliata, exquisite canaliculata, linea alba notata: *flores* corymbosi; *pedunculis* bractea longioribus, patentibus, sed non refractis: *petala* lanceolata, intus candida, extus dorso viridia: *capsula* erecta, oblonga, hexagona.

### 356. ALLIUM.

*Endl. gen. n. 1137.*

#### § 1. MOLIUM. *Don.*

*Rad.* bulbosa: *folia* lato-linearia, plana, omnia radicalia: *scapus* nudus: *stam.* simplicia, imo petalorum inserta.

1. A. NIGRUM. *Lin. sp. pl. 430 — Bertol. fl. ital. 4. p. 61* — A. magicum. *Ten. fl. nap. 1. p. 156.*
   Ic. A. speciosum. *Cyr. pl. rar. neap. fasc. 2. p. 12. t. 5* — Moly Theophrasti. *Clus. hist. 1. p. 191* — Moly latifolium. *Dod. pempt. 685.*
   *b.* floribus albidis. *Guss. syn. 1. p. 380.*
   In apricis pinguibus inter vineas; *vigna del Lacco superiore presso alla Chiesa*, sola var. *b.*

Martio, Aprili. ♃

*Folia* omnia radicalia, glauco-virentia, erecta, late canaliculata, 1 1/2-2 1/2 poll. lata, sesquipedalia, saepe cum folio apice bulbifero interjecto: *spatha* 2-3-partita; laciniis latis, acutis: *umbella* dense-multiflora, convexa: *petala* lanceolata, concava, acuta, albida, ad carinam virentia, incurva, erecto-patula, aut stellate-patentia: *filamenta* basi subconnexa, albida, petala subaequantia: *stylus* brevissimus: *capsula* globoso-ovata, sulcata, fere tricocca.

Omnes inferius enumeratae *Allii* species vulgo *Aglio selvatico* dicuntur.

2. A. ROSEUM. *Lin. sp. pl. 432 — Ten. fl. nap. 1. 158 — Bertol. fl. ital. 4. p. 53.*

Ic. A. majale. *Ten. fl. nap. 1. p. 160. t. 29 — Magn. bot. monsp. t. 10.*

In cultis, et in vineis; *Lacco al monte Vico.*

Aprili, Majo. ♃

*Folia* linearia, late canaliculata, viridi-glaucescentia: *spatha* 1-valvis, subquadrifida: *petala* rosea, elliptico-oblonga, obtusa: *stamina* inclusa.

3. A. CHAMAEMOLY. *Lin. sp. pl. 433 — Ten. fl. nap. 1. p. 169 — Bertol. fl. ital. 4. p. 46.*

Ic. *Cav. ic. 3. p. 4. t. 207. f. 1 — Red. lil. t. 325* — Chamaemoly, an Moly Dioscoridis. *Column. ecphr. 1. t. 326.*

In apricis herbosis; *Ischia all'Arso, Bagno nella collina del Lago, falde meridionali, e fondo del Cratere del Montagnone, Lacco al monte Vico.*

Decembri, Januario. ♃

*Scapus* subnullus: *folia* ciliata ac pilosa, terrae adpressa: *flores* parvi, albi.

4. A. CILIATUM. *Cyr. pl. rar. neap. fasc. 2. p. 11 — Ten. fl. nap. 3 p. 366.*

A. scapo basi folioso, foliis planis late-canaliculatis margine ciliatis utrinque spase pilosis, spatha 1-valvi, umbella fastigiata!, petalis lanceolatis acutis carina coloratis stamina duplo superantibus, stylo-filiformi demum elongato, capsulis emarginatis obverse pyramidatis.

Ic. *Cyr. l. c. t. 3.*

Inter maceries in humentibus; *Casamicciola ne' muri a secco delle vigne sotto al Mortito*; et in herbosis humentibus; *vigne di Casamicciola alla fonnina sotto alle Croci.*

Aprili, Majo. ♃

Cum sequente adhuc a nonnullis male confusum, a quo petalorum et capsularum characteribus egregie differt; ideoque denuo phrases specificas dedi.

5. A. SUBHIRSUTUM. *Lin. sp. pl. 424 — Ten. fl. nap. 1. p. 135 — Bertol. fl. ital. 4. p. 47*, excl. var. *b.* — A. ciliatum. *Cyn. pl. rar. neap. fasc. 1. p. 16.*

A. scapo basi folioso, foliis planis basi late-canaliculatis margine ciliatis subtus pilosis, spatha univalvi, umbella multiflora patente!, petalis oblongis obtusiusculis concoloribus (carina non coloratis) stamina duplo

superantibus, stylo non elongato, capsulis obcordatis profunde emarginatis.

Ic. *Cyr. l.c. t. 6—Ten. l. c. t. 137. f. 2* — Moly minus. *Clus. hist. 1. p. 192.*

In vineis humidiusculis, ad macerics, ad muros, ad rupes ubique, praesertim *da Casamicciola a Forio.*

Aprili, Majo. ♃

Cl. *Ten.* l. c. adhuc suspicatur *A. ciliatum Cyr.* ab *A. subhirsuto Lin.* differre, innixus auctoritate speciminis missi a *Merat;* sed mihi non differre videntur.

6. A. TRIQUETRUM. *Lin. sp. pl. 431 — Ten. fl. nap. 1. p. 168 —Bertol. fl. ital. 4. p. 57.*

Ic. *Red. lil. t. 319* — A. palustre, trigonum, candido hyacinthino, seu campanulato flore pendulo, linea viridi per medium. *Bon. t. 24*, optima.

In humentibus herbosis, ad sepes, ad muros, in sylvaticis solo fertili; nec non in pinguibus umbrosis, ubi (uti *nelle selve di Catreca*) folia ac scapi sesquipedales evadunt.

Martio, Aprili. ♃

*Flores* candidi, uno latere penduli, ac scapo approximati; *petalis* oblongo-lanceolatis, acuminatis, carina virentibus, sub anthesi campanulatis, demum conniventibus: *stamina* petalis breviora: *capsula* turbinato-globosa: *odor* alliaceus fortis.

### § 11. SCORODON. *Koch.*

*Rad.* bulbosa: *scapus* inferne, vel ad medium foliis vestitus: *folia* plana, aut subteretia, profunde canaliculata, non vero fistulosa: *stam.* simplicia, basi aliquando dentata, imo petalorum inserta.

7. A. SATIVUM. *Lin. sp. pl. 425.*

Ic. Allium. *Dod. pempt. p. 682.*

Colitur.

Majo, Junio. ♃

Vulgo *Aglio*, et passim bulbi ad varia alimenta condienda adhibentur.

8. A. COPPOLERI. *Tin. cat. hort. Pan. 1827. p. 257*, et in *Guss. syn. 1. p. 394.*

A. scapo terete inferne folioso, foliis semiteretibus, spatha bivalvi, valva altera elongata subulata umbellam globosam densam excedente, pedunculis tenuibus subdiffusis, staminibus filiformibus petala obtusa (demum albida) subaequantibus, stylo antherisque exertis, capsulis globosis trigonis.

Ic. A. montanum, Cepae foliis, flore et odore. *Bon. t. 25.*

In vincis; *alla sommità della valle di Buceto nelle vigne all' Ovest*, sed rarissimum.

Junio, Julio. ♃

*Folia* in planta inarimensi 2-3 lin. lata, et *scapi* firmiores, ita ut iconi Bonannianae magis similes. Confer quae de hac specie dixi in *syn. l. c.* Ab *A. pallenti* penitus diversum, eum quo ideo male associatum a Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 38.*

§ III. Porrum. *Tourn.*

*Rad.* bulbosa: *scapi* inferne, vel ad medium foliosi: *petal.* carinato-concava: *stam.* alterna latiora, tricuspidata; cuspide intermedia antherifera, lateralibus setaceis, plerumque tortis.

*a. folia plana, sed carinato-canaliculata.*

9. A. Gasparrini. *Guss.*

A. bulbo composito ex bulbillis semi-ovatis tunica communi involutis basique sobolifero, foliis (angustis) ad carinam marginesque leviusculis, spatha univalvi mucronata, umbella capsulifera multiflora exacte globosa, pedunculis aequaliter elongatis undique radiantibus!, floribus globoso-ovatis (pallide roseis), petalis oblongo-ellipticis ad carinam marginesque obsoletissime denticulatis, filamentis infra medium ciliato-denticulatis, cuspidibus lateralibus elongatis, intermedia antherifera breviore vix exerta, capsula perfecta globoso-ovata petala adpressa subaequante.

Ic. *nostra t. XVI. f. 1, a, b, c, d.*

In vineis, interque maceries; *vigne nella discesa della Schiappa di Garofalo sopra Pieo* — Cl. *Gasparrini* primum in Calabria prope *Corigliano* collegit; et provenit quoque in Sicilia.

Majo, Junio. ♃

*Scapi* elati, tamen graciles (diametro nempe 1 1/2 lin.), teretes, pallide rosei, 2-3-pedales: *folia* quam in tribus sequentibus angustiora: *spatha* mucrone fere 3-pollicari terminata: *umbella* diametro 2-2 1/2 pollicari; cujus *pedunculi* graciles, purpurascentes, basi crassiores ac bracteolis nonnullis albis suffulti, aequaliter globoso-radiato-patentes, nempe interiores erecti, medii patentes, exteriores deorsum versi; dum in aliis umbella quoque globosa, sed pedunculi omnes supra spatham surrecti, non ut in hac infra ipsam dependentes: *petala* saepe integerrima; tria exteriora parum longiora, acutiora, aculeque carinato-concava, ad carinam intensius colorata, ibique saepius levia, vel obsolete scabriuscula; tria interiora obtusiora, et minus carinato-concava; omnia conniventia, capsulae adpressa, illamque tegentia: *filamenta* albo-scariosa: *antherae*

43

luteolae : *stylus* albidus : *capsula* tenuissimis punctis impressis notata

10. A. Ampeloprasum. *Lin. sp. pl. 423 — Ten. fl. nap. 1. p. 152 — Bertol. fl. ital. 4. p. 28.*

A. bulbo composito ex bulbillis semi-ovatis tunica communi involutis basique sobolifero, foliis angustis ad carinam et margines obsolete serrulato-scabris, spatha univalvi mucronata, umbella capsulifera densa multiflora globosa demum ob pedunculos interiores elongatos ovata, floribus ovatis (purpureis), petalis ovato-ellipticis ad carinam muricato-scabris margine obsoletissime serrulato-ciliatis, staminibus subexertis, filamentis (albidis) infra medium obsolete ciliatis, capsula perfecta globoso-ovata petalis adpressis aequilonga.

Ic. *nostra t. XVI. f. 2. e, f, g — Red. lil. t. 585 —* Scorodoprasum latifolium, spontaneum, italicum, floribus dilute purpureis, odoratis. *Mich. gen. t. 24. f. 5.*

In vineis, et in apricis cultis; *vigne di Bueeto ed in quelle del Carusiello sopra Casamicciola, monte Vetta alle Petrelle, Schiappa di Garofalo sopra Pieo, Capomanno alle case di Mazzella , Forio a Monte nuovo presso S. Maria del Monte, sotto al Fasano sopra le selve della Massara, ed alla punta dell'Imperatore.*

Junio, Julio. ♃

*Bulbi* saepe basi ita proliferi, ut in *Ornithogalo umbellato*; bulbillis non pedunculatis! : *scapi* virentes, 1 1/2-4 pedales, firmi : *spatha* mucrone 1/2-2-pollicari terminata: *umbella* diametro 1 1/2-2-pollicari, ejusque *pedunculi* graciles, purpurei, basi bracteolis brevissimis albidis suffulti, sub anthesi fere aequales, inde interiores irregulariter elongati, 8-12 lin. longi; nonnulli vero brevissimi, albidi, flores quoque albidos abortivos gerunt: *petala* omnia concava, ad carinam intensius colorata; tria exteriora parum longiora, ac acutiora; tria interiora obtusissima: *filamenta* albido-scariosa; tria latiora petalis aequilata; tria angustiora infra apicem evidentius ciliata : *stylus* albidus , magis quam in praecedente exertus: *capsula* nec sulcata , nec angulata , petalis undique tecta.

Uso oeconomico colitur , et tunc ejus *folia* glauca ut in specie, sed recta non arcuata, ac triplo latiora sunt, et vulgo appellatur *Aglione;* tamen non semina, sed bulbilli terrae incolae committunt, qui inde tertio culturae anno colliguntur, ac bulbi isti culti, ex 3-6 bulbillis compositi, saepe diametrum 4-pollicarem! acquirunt — Male a Cl. *Gay* in *ann. sc. nat. ser. 3. v. 8*, et in *Allii spec. mon. p. 26*, pro hujus speciei varietate *A. Porrum* habet, nam *A. Ampeloprasi* bulbi culti in hac insula acerrimi sunt prae illos *A. sativi*, dum mitioris saporis esse debent in *A. Porro* ex ipso *Gay*. aliisque.

11. A. albescens. *Guss.*

A. bulbo composito ex bulbillis semi-ovatis tunica communi involutis, bul-

billis aliis rar's ovatis pedunculatis intra tunicas ascendentibus sobolifero, foliis ad carinam et margines serrulato-scabris, spatba univalvi mucronata, umbella capsulifera densa multiflora globosa demum ob pedunculos interiores subelongatos ovata, floribus ovatis (albido-roseis), petalis oblongo-ellipticis obtusis ad carinam obsolete muricato-scabris margine levibus, staminibus subexertis, filamentis (albidis) glaberrimis, capsula globoso-ovata petalis adpressis subaequilonga.

Ic. *nulla.*

In cultis, et in vineis; *Chianole del Testaccio, vigne di Buceto, e della cava del Carusiello, Schiappe di Garofalo sopra Pieo, Lacco al monte Vico, monte Vetta nella vallata sottoposta presso al piano de'Muori, Forio alla punta dell' Imperatore, Panza alla Guardiola di S. Gennaro.*

Junio, Julio. ♃

*Habitus* praecedentis; sed *bulbi* non soboliferi, aut subsoboliferi; bulbillis pedunculatis,ut in *A.sphaerocephalo*: *scapi* 1 1/2-2-pedales: *folia* parum angustiora: *umbellae* minores: *petala* candida, ad carinam virentia, vel pallide ex albo-rosea, prope basim saepius transverse plicato-incrassata, ac demum fere basi soluta videntur: *filamenta* nec ciliata, nec denticulata; tria latiora petalis parum angustiora: *stylus* petala parum excedens.

12. A. commutatum. *Guss.*—A. rotundum. *Guss. syn. 1. p. 392*, excl. syn. praeter *Jan.*

A. bulbo non sobolifero composito ex bulbillis semi-ovatis tunica communi involutis, foliis ad carinam et margines serrulato-scabris,spatba univalvi longe mucronata, umbella capsulifera densa multiflora globosa, pedunculis demum non elongatis, floribus (lilacinis) ovalibus, petalis ellipticis subaequalibus obtusis ad carinam scabriusculis margine subciliato-serrulatis, staminibus exertis, filamentis infra medium tenue ciliato-serrulatis, capsula perfecta globoso-ovata petala adpressa illam tegentia superante.

Ic. *nostra t. XVII.*

*b. gymnocarpum*; petalis oblongo-ellipticis undique minute tuberculato-scabris demum angustatis interque se remotis margine serrulato-ciliatis, capsulam maturam non tegentibus!, staminibus tricuspidatis quam petala inde latioribus.

In aridis rupestribus, et saepe in praeruptis collibus; *Ischia ai scogli di S. Anna, Schiappe di Garofalo sopra Pieo, costa di S. Pancrazio, e di Succellaro, Forio a Citara nelle rupi, alla Punta dell'Imperatore, ed a Montenuovo presso S. Maria del Monte, non che sopra la selva della Massara, Panza alla Guardiola di S. Gennaro, Lacco al monte Vico al Cantariello e nella costa scendendo a S. Montano;*

*

in elatis *monte Vetta alle Petrelle* : var. *b. Laceo al monte Vico nelle vigne del Cantariello*, *Panza alla Guardiola di S. Gennaro*, *Forio alla Punta dell' Imperatore*.

Junio, Julio. ♃

*Scapi* firmi, 2-4-pedales: *spatha* mucrone 2-3-pollicari terminata: *umbella* diametro 10-14-lineari: *pedunculi* 5-7 lin. longi, apice parum incrassati, pallide lilacini, aut albido-virentes, omnes surrecti, nunquam dependentes ! : *petala* lilacino-rubentia, 2 lin. longa, valde concava, obtusa, ac obtuse carinata, apice demum approximato-conniventia; interiora vix breviora, obtusiora: *filamenta* tricuspidata, petalis aequilata, aut parum angustiora: *stylus* albidus, vix exertus: *ovarium* virescens, ovato-conicum, sexsulcatum : *capsula* perfecta petala semel excedens, obtusissime trigona, apice parum depressa, levis, sed lineolis notata : *semina* atra, triquetra, levia, varie transverse plicata — Discrepat ab *A.rotundo*, pro quo babui, foliorum ac bulborum notis! — Ab *A. Ampeloprasо*, cui magis proximum, pedunculorum charactere, proportione petalorum cum capsula, bulbis non sobaliferis !

In var. *b.* bulbi ut in *a.*, sed aliquando bulbilli pedunculati intra tunicas scorsum prodeunt, ut in praecedente: *scapi* saepe firmiores: *spatha* basi globoso-conica, mucrone sesquipollicari inferne vacuo terminata: *umbella* diametro 1 1/2-2-pollicari: *pedunculi* 5-10 lin. longi, pallide rosei, aut virentes: *flores* globoso-ovati, rosei, demum elliptici albido-virentes: *petala* apice aperta, lin. lata, ideoque capsulas non ut in aliis tegentia, basi soluta, ac inde parum producta (uti *Sedorum* folia), inter se subaequalia : *filamenta* tenue ciliato-serrata, et quae tricuspidata oblonga sunt, ac petalis demum latiora! quod non in var. *a.*: *ovarium* fere ellipticum, obsolete sexsulcatum : *capsula* subglobosa, minutis punctis impressis notata. An species propria ?

Species 9, 10, 11, 12 conveniunt inter se; *scapo* stricto, terete, usque ad medium folioso; *foliis* distichе patentibus, apice attenuato-acuminatis, arcuato-recurvis, 3-5 lin. latis, subtus acute carinatis, *ligula* brevissima truncata ad vaginae apicem instructa: tamen in *A. commutato* ac ejus var. *b.*, nec non in *A. albescente* sunt pallide virentia, latius canaliculata, acutius carinata, latiora (6-9 lin.), magis arçuato-patentia; dum in *A. Ampeloprasо*, ac *Gasparrini* sunt glauco-virentia, quia utrinque punctis minutissimis albis conspersa, ad margines et ad carinam obsoletissime denticulata, minus exquisite carinata, angustiora (3-6 lin. lata), apice saepius oblique flexa: *spatha* caduca, basi scarioso-ovata, concava, apice plus minus longe mucronata ; *petalis* omnino conniventibus, sub anthesi apice parum apertis; *filamentis* indivisis, petala aequantibus; cuspidibus vero lateralibus trium aliorum plus minus exertis, tortisque, albidis, cuspidem intermediam antheriferam parum excedentibus, aut lon-

Digitized by Google

ge superantibus, quem characterem variare optime monet cl. *Griseb.* in *spic. fl. Rum. 2. p. 594* sub *A. Ampeloprasо; antheris* luteis; denique *odore* alciaceo intenso.

*b. folia teretia, aut semiteretia, fistulosa.*

13. A. SPHAEROCEPHALUM. *Lin. sp. pl. 426—Ten. fl. nap. 1. p. 163 — Bertol. fl. ital. 4. p. 29*, excl. var. *b.*

Ic. *Red. lil. t. 391* — Scorodoprasum montanum, juncifolium, capite rotundo, dilute janthino, floribus paucis. *Mich. gen. p. 25. t. 24. f. 2.*

*b. haemanthum;* bulbo ovato simplici, bulbillis triquetris longe pedicellatis intra tunicas ascendentibus sobolifero, caule usque ad medium folioso, foliis teretibus superne auguste sulcatis, umbella densa capsulifera globosa demum subconica, spatha 2-3-valvi persistente duplo longiore, petalis (atrosanguineis) pyramidato-conniventibus obtusiusculis leviusculis, aut ad carinam vel undique papilloso-scabridis, antheris exertis, cuspidibus filamentorum lateralibus intermediam antheriferam non excedentibus.

Ic. *nulla*.

Ad rupes, et in vineis ad maceries: *Casamicciola al Mortito, Lacco al monte Vico; Forio alla Punta dell'Imperatore, ed a S. Maria del Monte, Panza alla Guardiola di S. Gennaro, Punta di S. Angelo, coste di Succellaro, della Scarupata, di S. Pancrazio, e del Pignatiello, Schiappe di Garofalo sopra Pieo,* sola var. *b.*

Junio, Julio. ♃

*Bulbi* solidi, tunicis albis scariosis inclusi: *scapi* stricti, graciles, 1-1 1/2 pedales, sat raro in fertilibus 4-pedales evadunt, aliquando pallide rubentes: *vaginae* foliorum levissimae, nervosae, virentes, demum albidae: *folia* laete virentia, cito marcescentia, scapo breviora, saepe varie curvata: *spatha* umbella 2-3-ploque brevior, scariosa, saepius 2-raro-3-valvis; valvis ovatis, concavis, acuminatis: *umbella* diametro 6-12-lineari, floribus nonnullis abortivis albis sessilibus reliquis intermixtis: *flores* senescendo pallide ex roseo-albidi evadunt: *petala* semper arcte conniventia; tria exteriora parum breviora; tria interiora longiora, obtusiora, pallidiora, fere levia: *filamenta* non ciliata, apice violacea, basi albida; tria tricuspidata longiora, earum cuspidibus lateralibus albidis, varie tortis, raro inclusis, saepius exertis, intermedia antherifera longiore violacea, uti antherae: *stylus* quoque violaceus, staminibus longior, duplo petala excedens: *ovarium* ovato-conicum, apice sexsulcatum: *capsula* matura globoso-ovata, petalis brevior, minutis punctis impressis notata, subtrigona, ad angulos tenue sulcata — Dum capsula maturat petala videntur basi soluta.

Differt ab *A. sphaerocephalo a.*, floribus intensius coloratis, petalis obtusioribus, magis carinatis, scabrioribus; pro quo charactere *A. scabriflaro Baiss. pug. 5. p. 60* proximum, tamen diversum, antheris exertis, ovario apice glaberrimo, ec. — An species propria?

14. A. VINEALE. *Lin. sp. fl. 428 — Ten. fl. nap. 1. p. 166 — Bertol. fl. ital. 4. p. 33.*

Ic. *Reich. cent. 5. f. 590* — Scorodoprasum campestre, juncifolium, nucleis et floribus dilute purpureis. *Mich. gen. t. 24. f. 1.*

*b.* umbella tota bulbifera. *Ten. l. c. var. c — Bertol. l. c. p. 34*, var. *b.*

Ic. A. sylvestre, primum. *Fuchs. hist. p. 757.*

*bb.* umbella geminata.

In apricis herbosis, et etiam in cultis, vel in campis aridis passim sola var. *b.*, *monte Vetta alle Petrelle, Chianole di Buceto nelle vigne, Forio alle fumarole del Bell' oma, ed a S. Maria del Monte, Panza a Campotese, Lacco al monte Vico, fra il Cavone delle Nocelle, ed il Vataliere alla Molara*; et var. *bb.*, *Forio a S. Maria del Monte.*

Majo, Junio. ♃

*Folia* praecedentis: *spatha* 1-valvis, decidua, mucrone 2-pollicari terminata — Aliquando in umbella bulbilli longum filamentum apice gerunt, quod videtur pistilli rudimentum elongatum.

§ IV. *CODONOPRASUM. Koch.*

*Rad.* bulbosa: *scapi* ad medium foliosi: *stam.* omnia simplicia, supra basim petalorum inserta: *spath.* 2-valvis; valva altera longe mucronata.

15. A. PALLENS. *Lin. sp. pl. 427 — Ten. fl. nap. 1. p. 164 — Bertol. fl. ital. 4. p. 37*, excl. syn. *A. Cappaleri*, in obs. *p. 38.*

Ic. *Red. lil. t. 272* — Gethylloides sylvestre. *Columu. ecphr. 2. p. 6. ic. p. 7.*

In cultis subargillosis, et ad viarum margines; *Chianole del Testaccio, discesa de' Muronti sopra i muri a secco, vigne di Barana presso la via che conduce a Pica, in quella di Casamicciola al Rostinale ed a Montecito, presso al Lacco superiore.*

Julio, Augusto. ♃

*Spathae* persistentes; valva altera 3-4-pollicari, umbellam nubilem multo superante: *pedunculi* graciles, effusi, irregulariter elongati, fructiferi praesertim erecti: *corolloe* campanulatae: *petala* oblongo-cuneata, obtusissima, ex albido-sordide virentia, carina intensius colorata: *filamenta* basi parum dilatata, alba, non ciliata, petalis aequalia: *ovarium* oblongum, hexagonum, ad angulos obtusos superne verruculosum: *odore*

alliaceo caret! — Ab A. *paniculato* eximie differt florum colore, petalis obtusissimis, spatha breviore.

§ V. *Schoenoprasum. Koch.*

*Rad.* bulbosa : *scapi* foliis instructi : *folia* perfecta fistulosa, teretia : *spatha* brevis, bivalvis.

16. A. Cepa. *Lin. sp. pl. 451.*
Ic. *Lam. ill. gen. t. 242. f. 2.* — Cepa. *Lobel. ic. 150.*
Colitur.
Majo, Junio. ♃
Vulgo *Cepolla*, et duas varietates coluntur:
*a. praecox*; bulbo albo depresso diametro 2 1/2-4-pollicari, tunicis tenuibus, saporo magis acri, sed odore minore. Aprili, Majo colligitur.
*Cipolla maggese.*
*b. serotina* ; bulbo albo depresso magno diametro usque 10-pollicari, tunicis crassis, sapore minus acri, sed odore intensiore. Colligitur Junio, Julio.
*Cipolla maggese agostegna.*

357. ASPHODELUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 569.*

1. A. ramosus. *Lin. sp. pl. 444 — Ten. fl. nap. 1. p. 183 — Bertol. fl. ital. 4. p. 120.*
Ic. *Sibth. fl. gr. t. 334*—A. major, albus. *Besl. eist. ord. 1. fol. 9*— A. primus. *Clus. hist. 1. p. 196.*
In apricis fertilibus ; *Ischia al Castello, monte Vezza sul piano, da Serrano a Panza, costa della Serra sopra Forio, Lacco al monte Vico.*
Aprili, Majo. ♃
*Scapi* firmi, angulati, ad medium ramosi: *folia* numerosa, surrecta, viridi-glaucescentia, elongata, supra late canaliculata, subtus acute carinata ( non plana, uti *Koch syn. ed. 2. p. 818*) : *pedunculi* in fructu clavati ; inferiores bractea longiores : *flores* albi : *filamenta* ex basi orbiculato-ovata abrupte in apicem attenuata : *capsula* matura obovato-globosa, obsolete angulata.

Digitized by Google

## 95. JUNCACEAE. *Brown.*

### 358. LUZULA.

*Dec. fl. fr. 3. p. 158.*

1. L. Forsteri. *Dec. fl. fr. supp. p. 304— Ten. fl. nap. 3. p. 384 — Bertol. fl. ital. 4. p. 207* — Juncus Forsteri. *Smith britt. 3. p. 1595.*
 Ic. *Dec. pl. Gall. rar. t. 2.*
 In fruticetis, in sylvaticis, nec non ad sepes ubique.
 Martio, Majo. ♃
 *Folia* mollia, pilosa: *capsula* trigona, acuta, fusca, *sepala* acuta margine albida acquans : *semina* fusca, globoso-ovalia , appendice brevi curva terminata ! , et saepe albida ac maculata.
2. L. erecta. *Desv. journ. bot. 1. p. 156 — Ten. fl. nap. 5. p. 342* — L. multiflora. *Lejeun. fl. de Spa. 1. p. 169 — Koch syn. ed. 2. p. 847.*
 Ic. *Fl. dan. t. 1692 ?*
 In apricis herbosis sylvarum, et in fruticetis.
 Martio, Majo. ♃
 *Spicae* atrofuscae, subglobosae, subumbellatae, sessiles, et exteriores longius pedunculatae; pedunculis semper strictis, non demum subcernuis, ut in *L. campestri : sepala* acuminato-mucronata, *capsula* subrotunda obtusa sed mucronata longiora : *semina* ovoidea, fusca , opaca ; appendice albida, brevissima— Cl. *Bertol. in fl. ital. 4. p. 215* a *L. campestri* non separat.

### 359. JUNCUS.

*Michel. nov. gen. p. 37 — Dec. fl. fr. 3. p. 162.*

*Culmi foliosi, ramosi : semina appendiculata.*

1. J. acutiflorus. *Ehrh. beitr. 6. p. 86 — Ten. fl. nap. 3. p. 381* — J. sylvaticus. *Reich. fl. moen. franc. 2. p. 181* — J. articulatus , *b. Bertol. fl. ital. 4. p. 198.*
 Ic. J. sylvaticus. *Host. gr. austr. 3. t. 86.*
 In sylvaticis humentibus ; *monte Vetta alla discesa delle Petrelle , sorgenti dirimpetto al piano de' Muori, cava di Buceto sotto l' Ulicella, cava di Brusomonte, Ischia nell' orto della Mandria.*

Majo, Junio. ♃

*Folia* nodosa: *sepala* acuminato-aristata, interiora longiora; omnia vero *capsula* acuminato-rostrata breviora.

2. J. BUFONIUS. *Lin. sp. pl. 466 — Ten. fl. nap. 3. p. 383*, excl. var. *b.* ad J. insularem spectante — *Bertol. fl. ital. 4. p. 191.*

Ic. *Host. gram. austr. 3. t. 90* — Gramen bufonium, eroctum, latifolium. *Barr. ic. 263. f. 1.*

In udis arenosis, vel aqua saepius perfusis; *Bagno presso al Lago, Ischia ai scogli di S. Anna, presso le sorgenti di Funnolillo, fra Aesehia ed il mare sopra Cava oscura.*

Julio, Augusto. ⊙

*Folia* enodia: *flores* solitarii, remoti: *sepala* lanceolato-acuminata, *capsula* obtusa oblonga longiora.

*2. Culmi simplices, nudi, basi tantum foliorum vaginis tecti: semina non appendiculata.*

3. J. ACUTUS, *a. Lin. sp. pl. 463 — Ten. fl. nap. 3. p. 378 — Bertol. fl. ital. 4. p. 173.*

Ic. *Host. gr. austr. 4. t. 97* — J. pungens, sive acutus, capitulis Sorghi. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 10. f. 15.*

*b. decompositus;* paniculae magis decompositae pedunculis elongatis, sepalis magis concavis, omnibus acutiusculis, interioribus non emarginatis exteriora subexcedentibus, capsulis ovalibus.

In udis, vel in aridis, sed aqua saepius perfusis; *Ischia ai scogli di S. Anna, ed all' Arso sul mare, Bagno presso al Lago, Casamicciola al monte della Misericordia, Lacco all' acqua del Larito, monte Vetta alle Petrelle, ec.*

Aprili, Majo. ♃

Vulgo *Junco*, una cum sequente.

*Folia* pungentia, enodia: *panicula* densa, conglobata: *sepala* omnia nitide virentia, vel ex viridi-atra, subcarinata, concava; exteriora ex ovata basi lanceolata; interiora latiora, ovalia, obtusissima, integra aut emarginata in *a*, ad margines subscariosa: *capsula* aliquando globoso-ovata, apice attenuato-mucronata, nitide brunnea, calycem duplo superans! — In var. *b. antherae* luteae, sepala non excedentes: *stylus* sepalis longior; *stigmatibus* tribus compressis, subplumosis, invicem spiraliter tortis, et una cum illo roseis.

4. J. MARITIMUS. *Lam. dict. enc. 3. p. 264—Ten. fl. nap. 3. p. 378 — Bertol. fl. ital. 4. p. 174*, excl. var. *b.*

Ic. *Host. gram. austr. 3. t. 80* — J. acutus, maritimus, anglicus. *Moris, hist. 3. s. 8. t. 10. f. 14.*



Digitized by Google

In cultis arenosis maritimis; *Ischia nell' orto della Mandria, Bagno alla collina, ed alla marinella del Lago, cava del Carosiello in alto presso di una sorgente molto lontana dal mare !.*
Majo, Junio. ♃
*Folia* praecedentis, sed graciliora, uti *culmi* (qui elatiores), ac minus pungentia: *panicula* erecta, laxa; pedunculis irregulariter elongatis: *sepala* lanceolata; interiora obtusa, exteriora acuta, *capsulam* ellipticam mucronatam aequantia; ideoque in *syn. 1. p. 420* per errorem obtusam dixi.

## 96. CYPERACEAE. *Juss.*

### 360. CYPERUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 93.*

1. C. OLIVARIS. *Targ. mem. delle Soc. ital. v. 13. p. 338 — Bertol. fl. ital. 1. p. 267* — C. rotundus. *Ten. fl. nap. 3. p. 44*, non *Lin.*
Ic. *Reich. cent. 18. f. 671* — C. rotundus. *Zuing. theatr. p. 355* — C. rotundus, odoratus, vulgaris. *Moris. hist. 3. s. 9. t. 11. f. 1.*
In cultis, in hortis, et in arenosis ubique.
Junio, Septembri. ♃
Vulgo *Dente di cavallo.*
*Radices* fibrosae, ramosissimae, hinc inde incrassatae in tubera numerosa, globoso-ovalia, subzonata, odora, sed amara, radicantia, inter se remota, unde vera pestis agrorum, hortorumque, quos longe lateque infestat : *spicae* brunneae, aliquando sesquipollicares — Cl. *Parlat.* in *Webb Phyt. canar. vol. 3. pars. 2. sect. 3. p. 363* recte *C. radicosum Fl. Gr.*, et *C. tetrastachyum Fl. atl.* cum hoc associat, sed perperam species istas omnes ad *C. rotundum Lin.* refert. Confer *Bertol. l. c.*, et *syn. 1. p. 45*—Ab hoc nostro quoque non video differre *C. hydra Mich. fl. am. bor. 1. p. 27*, quoad specimina Americae septentrionalis ab amico *Alexander* communicata.

2. C. AUREUS. *Ten. fl. nap. 3. p. 45* (non *R. S. s. veg. 2. p. 201*) — C. Tenorii. *Presl cyp.*, et *gram. sic. p. 14 — Bertol. fl. ital. 1. p. 265* — C. meganorhizus. *Delil.*, ex ipso in litter. ad cl. *Ten.*
Ic. *Ten. l. c. t. 101*—C. Tenorii. *Reich. cent. 3. f. 356, et 18. f. 670.*
*b. attenuatus*; foliis angustissimis longissimis, spicis oblongis, glumis imbricatis adpressis. *Ten. syll. app. 4. p. 3.*
In arvis arenosis , et ad vaporaria in humentibus ; var. *b. alla stufa de' Cacciuti presso Casamicciola* (*Philippi* in *Ten. l. c.*)
Junio, Octobri. ♃
Vulgo *Dente di cavallo mascolino.*

*Radicis* tubera zonis carentia, et fere globosa; non ovalia, et transverse zonata, ut in *C. esculento*, sed dulcia, non amara, uti per errorem dixi in *syn. 1. p. 46*, et *Parl.* in *gior. bot. ital. 3. p. 129*; tamen non grata gustu, ut in *C.esculento*,cum quo nonnulli confundunt: *culmi* triquetri, levissimi, palmares vel pedales: *folia* laete et nitide virentia, acuminata, recurva, margine scabriuscula, culmo plerumque breviora: *involucri* foliola 3-5, foliis similia, inaequalia, umbellam simplicem aut compositam laxam saepius superantia: spicarum *pedicelli* brevissimi, infimi saepe ramosi; omnes *bractea* triangulari acuminata 2-3 lin. longa suffulti: *spicae* in radiorum inaequalium apice alternae, remotiusculae, vel in umbellae centro subsessiles, 3-5-lin. longae, lanceolato-lineares, acutae, compressae, 5-17-florae, ex aureo-lutescentes; *glumis* oblongo-lanceolatis, carinatis, retusis cum mucronulo, obsolete nervosis, apice subpatulis: *stigma* trifidum: *semen* albidum, ovale, triquetrum, leve, sed sub forti vitro videtur tuberculatum.

3. C. POLYSTACHYUS. *Rotbb. gram. p. 39—Ten. fl. nap. 3. p. 42—Bertol. fl. ital. 1. p. 257* — C. fascicularis. *Desf. atl. 1. p. 44*, quod syn. observante Cl. *Ten.* male a *R. S.* in *syst. veg. 2. p. 170* ad C. *globosum All.* refertur.

Ic. *Rotbb. l. c. t. 11. f. 1 — Lam. ill. t. 38. f. 2*, ex *Desf.*

*b.* spicis sessilibus in umbellam hemisphaericam congestis. *Willd.sp. pl. ed. Dietr. v. 2. p. 236!*

Ad omnia vaporaria naturalia hujus insulae in elatis vel demissis, sed praesertim in herbosis humentibus a *grad. 20 ad gr. 70 cent.*; *Fumarole di Pietra Vona, e della stufa del Cacciuto e di Montecito presso Casamicciola, del Rotaro, del Fieo sotto le Falanghe (ped. 1550 circ.), del Fasano, del Fango, del Bell'omo sopra Forio, ed in quelle del vallone delle Petrelle, e del Funnolillo presso la punta di S. Angelo*, utraeque varietates.

Aprili, Octobri. ♃

Laete virens, glaberrimus, caespitosus: *culmi* 3-quetri, leves, foliis longiores, et pro locorum natura palmares, vel pedales, et ultra: *folia* recta, vel recurva, acuminata, ad margines et carinam scabriuscula, numerosa, culmum basi vaginantia: *involucri* folia 3-5, foliis similia, valde inaequalia, umbellam subglobosam densam ac plerumque ex capitulis brevissime pedunculatis compositam multo superantia: *spicae* sessiles, lanceolato-lineares, 7-19-florae, nitide virentes; glumis lanceolatis, acute carinatis, obsolete nervosis, breviter subemarginato-mucronulatis: *stylus* bipartitus: *semina* obovato-cuneata, compressiuscula, levia, glabra.

### 361. HOLOSCHOENUS.

*Link hort. Berol. 1. p. 293.*

1. H. VULGARIS. *Link l. c. p. 293*, excl. non. syn. — Scirpus Holoschoenus. *Lin. sp. pl. 72 — Ten. fl. nap. 3. p. 40 — Bertol. fl. ital. 1. p. 282.*

Ic. H. Linnaei. *Reich. cent. 18. f. 739.* — Juncus maritimus, capitulis rotundis. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 18. f. 17.*

*b. australis*; culmo breviore, capitulis parvis, Pisum subaequantibus, uno solitario sessili, paucis pedunculatis. *Bertol. l. c.* — Scirpus romanus, *b. Lin. sp. pl. 72.*

Ic. *Reich. cent. 18. f. 740.*

In humentibus arenosis, argillosisque, vel in aridis maritimis; *Ischia all' Arso presso al mare sotto alla chiesa del Purgatorio, Bagno presso al Lago, Casamicciola, Lacco:* var. *b. monte Vetta alle Petrelle, sorgenti sopra al piano di Muori, cava di Buceto sotto all' Ulicella, Bagno sopra la collina di S. Alessandro*, ec.

Junio, Augusto. ♃

*Culmi* teretes, nudi: *folia* semiteretia, tenue canaliculata; *capitula* globosa, densa, sessilia vel pedunculata, in umbella laterali, involucro valde elongato suffulta.

### 362. GALILEA.

*Parlat. giorn. bot. ital. 3. p. 135.*

*Squam.* 6-7, subdistichae, imbricatae, 1-2 inferiores majores, vacuae, superiores 3-6 floriferae. *Stam.* 3, filamentis longissimis dilatatis, persistentibus; antheris appendiculatis. *Styl.* longissimus, anceps, apice trifidus, deciduus. *Sem.* compresso-trigonum, hinc planiusculum, hinc convexo-obtusangulum, nudum.

1. G. MUCRONATA. *Parlat. l. c. p. 137* — Schoenus mucronatus. *Lin. sp. pl. 63 — Ten. fl. nap. 3. p. 38 — Bertol. fl. ital. 1. p. 247.*

Ic. *Reich. cent. 18. f. 680 — Host. gram. austr. 4. t. 70* — Juncus maritimus. *Lobel. ic. 87.*

In arenosis maritimis.

Majo, Junio. ♃

*Radices* in arenis valde repentes: *folia* recurva, canaliculata, glaucescentia, uti culmi: *capitula* densa, globosa, involucro 3-6-phyllo patenti elongato suffulta: *spiculae* vix distichae, multiflorae, lanceolatae, purpureae vel fuscae.

Digitized by Google

### 363. SCHOENUS.

*Roem. et Schult. s. veg. 2. p. 1. n. 169.*

1. S. NIGRICANS. *Lin. sp. pl. 64 — Ten. fl. nap. 3. p. 38 — Bertol. fl. ital. 1. p. 248.*
Ic. *Reich. cent. 18. f. 679. — Zannich. hist. p. 183. t. 41.*
*b. recurvus*; culmo tereti nudo, foliis apice varie flexis. *Guss.syn. 1. p.42.*
In asperis aridisque submontosis; *nelle esterne falde meridionali del cratere del Rotaro dirimpetto la chiesa del Crocefisso*, sola var. *b.*
Aprili, Majo. ♃
*Radices* firmae, dense caespitosae: *culmi* erecti, teretes, basi foliis vaginati; quae juncea, rigida, numerosa: *capitulum* terminale, fere globoso-ovatum, nigricans, basi involucro diphyllo parum elongato suffultum.

### 364. HELEOCHARIS.

*Brown. pr. 1. p. 80.*

1. H. PALUSTRIS. *Brown. l. c.— Bertol. fl. ital. 1. p. 305* — Scirpus palustris. *Lin. sp. pl. 70 — Ten. fl. nap. 3. p. 39.*
Ic. *Reich. cent. 18. f. 704* — Juncus Equiseti capitulis. *Bauh. theatr. p. 186.*
Ad fossarum margines; *ne' margini de' fossi, che raccolgono le acque nelle Chianole del Testaccio*; et etiam in hoc unico loco rarus.
Aprili, Majo. ♃
*Radix* repens: *culmi* nudi, basi tantnm vagina rufescente, uti folia truncata, vestiti, tereti-compressi, saepe caespitosi: *spica* ovali-oblonga, acutiuscula, terminalis: *glumae* acutiusculae, viridi-carinatae, infima reliquis aequalis, semiamplectens: *stigmata* duo: *semen* obovato-compressum, leve, glabrum, fuscum.

### 365. CAREX.

*Michel. gen. p. 33 — Endl. gen. n. 957.*

1. C. GYNOMANE. *Bertol. rar. pl. ital. dec. 2. p. 43. an. 1806*, et *amoen. p. 83* — C. Linkii. *Schk.* in *Willd. sp. pl. 4. p. 223.*
Ic. *Reich. cent. 18. f. 629 — Schk. Caric. t. 666. f. 118*—C. nemorosa, angustifolia, caule exquisite triangulari, capitulis strigosis, ec. *Michel. gen. p. 66. t. 33. f. 2*, mala.

In sylvaticis, et ad saepes in siccis aut humentibus ubique.
Aprili, Majo. ♃

*Planta* laete virens, dense caespitosa; *foliis* angustis, numerosis; *culmis* levibus, gracilibus: *spiculae* androgynae, duae, superne masculae pauci-ac laxiflorae, inferior breviter pedunculata: *fructus* elliptici, rostrati, rostro integro: *bractea* spica infima subjecta valde elongata, foliis conformis.

**2.** C. VULPINA. *Lin. sp. pl. 1382 — Ten. fl. nap. 5. p. 245.*

*b. nemorosa*; bracteis setaceis spiculas inferiores excedentibus, spiculis minoribus remotiusculis. *Koch syn. ed. 2. p. 866* — C. nemorosa. *Willd. sp. pl. 4. p. 282.*

Ic. *Reich. cent. 18. f. 563.*

In humentibus; *Ischia nell'orto della Mandria.*

Aprili, Majo. ♃

*Radix* fibrosa: *culmus* ad angulos scaberrimus: *spica* decomposita, *spiculis* superne masculis: *fructus* ovati, plano-convexi, squarroso-patentes, in rostro bifido serrulato-scabro attenuati.

**3.** C DIVULSA. *Good. ae. Soc. Lin. Lond. 2. p. 160—Ten. fl. nap. 5. p. 245.*

Ic. *Reich. cent. 18. f. 570—Schk. caric. p. 20. t. Dd.*, et *Ww. f. 81*— C. nemorosa, fibrosa radice, caule exquisite triangulari, spica longa divulsa, seu interrupta, capitulis solitariis, praesertim ultimo. *Michel. gen. p. 69. t. 33. f. 10, et 11.*

Ad sepes, et in sylvaticis elatis aut demissis; *fra Fontana e Calimera, selve delle Falanghe, del Fasana, di Pietra Perciata, de' Frassitelli; Chianale del Testaccio, Panza a S. Gennara, Lacco al monte Vico ed alla Guardiola di Zale.*

Aprili, Majo. ♃

*Radix* fibrosa: *culmus* gracilis, superne subriusculus: *fructus* ovati, plano-convexi, in rostro serrulato-scabro attenuati: *spica* elongata; spiculis inferioribus remotis, superne masculis, supremis approximatis.

**4.** C. PRAECOX. *Jacq. fl. austr. 5. p. 23*, non *Schreb. — Ten. fl. nap. 5. p. 247.*

Ic. *Reich. cent. 18. f. 634. — Jacq. l. c. t. 446 — Schk. caric. p. 68. t. F. f. 27* — C. filiformis. *Leers. herbarn. t. 16. f. 5.*

In apricis herbosis, vel in aridis sylvarum, et in vallibus apertis passim.
Martio, Aprili. ♃

*Radix* stolonifera: *culmi* graciles, breves: *spicae* foemineae paucae (1-3), approximatae, infima aliquando pedunculata: *fructus* in hac specie pubescentes, quod minime in aliis hujus Insulae, obovati, trigoni, breviter rostrati.

**5.** C. OLBIENSIS. *Jord. obs. 3. p. 241.*

C. spica mascula solitaria lineari, foemineis 2-3 oblongo-linearibus erectis remotis, suprema sessili masculae approximata, reliquis longe et

exerte pedunculatis, bracteis foliaceis, stigmatibus tribus, fructibus obovatis triquetris pedicellatis inflatis glabris tenue nervosis glumam lanceolatam cuspidatam aequantibus breviter rostratis, rostro subcompresso emarginato-denticulato, foliis firmis erectis (non elongatis) nervosis margine carinaque scabris culmum triquetrum subaequantibus, radice fibrosa caespitosa.

Ic. *Jord. l. c. t. 12. f. A. 1-12.*

In apricis sylvarum; *selve di Chiummano, di Catauro, e del Rotaro sopra la Chiesa.*

Aprili, Majo. ♃

*Radices* nunquam repentes: *folia* cyperacea, rigidiuscula, erecto-patentia, exquisite canaliculato-carinata, 2-3-lin. lata: *spica* mascula terminalis, gracilis, pollicem et ultra longa; foemineae crassiusculae, inferiores saepe longissime pedunculatae: *glumae* in spicis foemineis aliquando obovatae, mucrone longo scabro terminatae, dorso virentes, margine albo-membranaceae: *fructus* virentes: *bractea* superior spicula mascula brevior, reliquae elongatae, foliis similes, margine etiam ac carina scabrae.

Habitus C. *depauperatae*, sed in hac folia longiora: spicae foemineae 3-5-florae (in *C. olbiensi* 8-10-florae); *spica* mascula brevior, sed longius pedunculata: *fructus* obtuse trigoni.

6. C. SERRULATA. *Biv. man. 4. p. 9 — Ten. fl. nap. 5. p. 253.*

C. spicis masculis foemineisque subternis, foemineis (saepe apice masculis) cylindraceis erectis, infima pedunculata remotiuscula, bracteis foliaceis non vaginantibus, inferiore culmum subexcedente, stigmatibus tribus, fructibus ellipticis inflatis subtriquetris glabriusculis, gluma acuminata serrata subbrevioribus sed latioribus margine vix ciliato-serratis apice brevissime rostratis, rostro subbidentato levi, foliis glaucis carinatis, radice repente.

Ic. Cyperoides, spicis typhoidibus spadicei coloris, caule triangulo. *Bon. t. 153.*

In collibus apricis, et in sylvaticis.

Aprili, Majo. ♃

*Folia* rigidiuscula, recurva: *glumae* spicarum foeminearum ovales, mucronatae, ad carinam albidae, ad margines fuscae, fructus subaequantes: *fructus* virentes!, obsolete nervosi: *spica* infima saepe longe pedunculata. — Cum C. glauca *Scop.* forsan non immerito banc associat cl. *Reich.* in *cent. 18. p. 29*, nam ejus iconem *l. c. f. 648* a nostra planta non video differre.

7. C. DISTANS. *Lin. sp. pl. 1387 — Ten. fl. nap. 5. p. 250.*

Ic. *Reich. cent. 18. f. 622 — Coss. et Germ. atl. fl. Paris. t. 35. f. C.*

In humentibus maritimis; *Ischia nell' orto della Mandria, Bagno presso al Lago.*

Digitized by Google

Majo, Junio. ♃

*Radix* caespitosa: *spicae* foemineae ovali-oblongae, infima longe remota, longeque pedunculata: *fructus* ovati, trigoni, subinflati, in rostro bifido serrulato-scabro attenuati.

8. C. SYLVATICA. *Hud. angl. ed. 1. p. 353 — Ten. fl. nap. 5. p. 251 —* C. Drymeja. *Lin. fi. suppl. p. 414.*

Ic. *Reich. cent. 18. f. 603 — Schk. caric. p. 411. t. Ll. f. 101.*

In humbrosis sylvarum; *selve fra il Vataliere, e Chiummano*, sed satis rara.

Majo, Julio. ♃

*Radix* fibrosa: *culmi* graciles, elatiusculi: *spicae* graciles, filiformes; foemineae pollicares et ultra, longe pedunculatae, pendulae: *fructus* ovavales, trigoni, glabri, levissimi, in rostro lineari bifiduo glabruo, attenuati.

## 97. GRAMINEAE. *Juss.*

### 366. AEGYLOPS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1572.*

1. A. OVATA. *Lin. sp. pl. 1489 — Ten. fl. nap. 5. p. 287 — Bertol. fl. ital. 1. p. 785.*

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1353 —* Aegylops II. *Matth. comm. 2. p. 547 — Zuing. theatr. p. 352,* mala.

In campis aridis, et ad vias passim.

Junio, Julio. ⊙

### 367. PSILURUS.

*Trin. fund. agrostr. p. 93.*

1. P. NARDOIDES. *Trin. l. c. — Bertol. fl. ital. 1. p. 771 —* Nardus aristata. *Lin. sp. pl. 78 — Ten. fl. nap. 3. p. 48.*

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1332 —* Gramen junceum, nodosum, minimum, capillare. *Barr. ic. 117. f. 1.*

In apricis aridis passim.

Martio, Aprili. ⊙

*Planta* gracilis: *folia* setacea: *spica* solitaria, longa, tenuis, varie curvata.

### 368. ROTBOELLA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1573.*

1. R. INCURVATA. *Lin. fil. supp. p. 114—Ten. fl. nap. 3. p. 103—Bertol. fl. ital. 1. p. 764* — Aegylops incurvata. *Lin. sp. pl. 1490.*
   Ic. *Cyr. pl. rar. neap. fasc. 1. t. 6. f. A*—Lepturus incurvatus. *Reich. cent. 11. f. 1333* — Gramen loliaceum, maritimum, spicis articulatis. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 2. f. 8.*
   In arenosis maritimis, vel in marnaceis siccis mare finitimis; uti *nell'alto della costa della Scarupata , di S. Pancrazio, e del Pignatiello, costa di Chiummano sopra Succellaro, da Soccivo a S. Angelo, ec.*
   Majo, Junio. ⊙
   *Culmi* valde ramosi,ascendentes,vel decumbentes: *spicae* axillares, et terminales , cylindricae, acutae , incurvatae, saepe approximatae : *calyces* 2-valves, 1-flori, adpressi.

### 369. LOLIUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 126.*

1. L. PERENNE. *Lin. sp. pl. 122 — Ten. fl. nap. 3. p. 111*, var. *a. vulgare — Bertol. fl. ital. 1. p. 757*, excl. plur. syn.
   Ic. *Host gr. austr. 1. t. 25 — Reich. cent. 11. f. 1346*— Gramen loliaceum, spica simplici, vulgare. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 2. f. 2.*
   In humentibus, et ad vias passim.
   Majo, Junio. ♃
   Uti notat Cl. *Kock* in *syn. ed. 2. p. 956, folia* juniora complicata sunt in hac specie, et convoluta in *L. italico Al. Brawn*— Praeterea valva calycina in hoc leviter 3-5-nervia, ad margines glabra ac anguste scariosa, apice acutiuscula ; valvula corollina exterior acuta , 5-nervia : demum *spiculae* fructiferae anguste lineares, fere teretes , quod non in sequente.
2. L. FESTUCACEUM. *Link H. Ber. 1. p. 277* , et *2. p. 175 — Reich. fl. germ. 1. p. 17.*
   L. radice perenni fasciculis foliorum sterilibus agente, culmo vaginisque levibus, foliis junioribus complicato-canaliculatis (non convolutis), spiculis multifloris lanceolatis valde compresso-dilatatis muticis valvam calycinam exquiste 7-9-nerviuml 2-3-plo superantibus , valvula corollina exteriore 3-nervia ac calyce ad margines tenuissime ciliatis.

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1347.*

*b. ramosum*; spica ramosa, spiculis muticis — L. perenne, *c. ramosum Guss. syn. 1. p. 58!*

Ic. *Reich. l. c. f. 1348*, optima — Gramen loliaceum, spica longiori, ramosa, supinum. *Bon. t. 3.*

In apricis herbosis passim; var. *b.* in apricis elatis, *monte Vetta.*

Majo Junio. ♃

*Culmi* saepe decumbentes: *folia* levia, praecedentis similia: *spiculae* 5-6 lin. longae, fere 2 lin. latae, distichae: *valva* calycina obtusa, margine et apice non scariosa, uti valvula corollina exterior, quae etiam exquisite nervosa: *rachis* ad margines ciliato-scabra.

3. L. MULTIFLORUM. *Gaud. fl. helv. 1. p. 354*, *a*, et *b.*, ex *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 757* — *Ten. fl. nap. 3. p. 113.*

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1345.*

Ad agrorum margines, et inter segetes passim.

Aprili, Majo. ⨀

*Radix* fasciculis foliorum sterilibus destituta, quod non in duobus praecedentibus: *spiculae* valde compressae, valva calycina triplo longiores, multiflorae; flosculis imbricatis, longe aristatis.

4. L. TENUE. *Lin. sp. pl. 122? — Guss. syn. 1. p. 59* — L. rigidum. *Gaud. fl. helv. 1. p. 355* — L. strictum. *Presl cyp., et gram. sic. p. 49!*

L. radice subbienni fasciculis foliorum sterilibus subdestituta, spiculis compressis 5-10-floris obtusis valvam calycinam 7-nerviam subaequantibus longioribusque demum cylindraceis rachide arcte adpressis, flosculis lanceolatis muticis.

Ic. Phoenix. *Dalech. hist. 1. p. 416?*

In herbosis apricis; *Fontana, Calimera, Guardiola del Testaccio, Succellaro, Forio a Citara, colline del Bagno*, ec.

Majo, Junio. ⨀

*Radix* annua, aut raro biennis, et tunc fasciculum foliorum sterile gerit, tamen saepe caespitosa: *culmi* non semper in hac insula simplices ac stricti, sed saepe basi ramosi, et ascendentes: *valva* calycina exterior obtusa ac apice albo-scariosa, obsolete nervosa — Recte cl. *Koch* in *syn. ed. 2. p. 957* refert L. strictum *Presl* ad L. rigidum *Gaud.* — Interim pro specie Linnaeana confer quae dixi in *syn. l. c.*

5. L. MAXIMUM. *Willd. sp. pl. 1. p. 462* — L. temulentum, *b. Bertol. fl. ital. 1. p. 767*, quoad syn. *L. speciosi Guss.*

Ic. L. robustum. *Reich. cent. 11. f. 1340* — L. decipiens. *Dum. agr. belg. p. 98. t. 2. f. 8* — Lolium. *Matth. comm. 1. p. 372* — *Zuing. theatr. p. 350.*

Inter segetes; *seminati della Valle del Crovone presso all'Arso.*

Aprili, Majo. ⨀

*Spiculae* fructiferae ellipticae vel ovatae, turgidae, non compressae, ut in sequente: *culmi* firmi, stricti, fere 3-pedales in fertilibus: *radix* fasciculis foliorum sterilibus destituta, uti in sequentibus.

6. L. TEMULENTUM. *Lin. sp. pl. 122 — Ten. fl. nap. 3. p. 112 — Bertol. fl. ital. 1. p. 760*, excl. var. *b.*

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1342, ad 1344 — Host gram. austr. 1. t. 26.*

Inter segetes; *seminati nel fondo del Vataliero, in quello del Crovone, di Catauro, di Chiajano, del Bagno*, ec.

Aprili, Majo. ☉

*Spiculae* compressae, valvam calycinam acutam 5-nerviam subaequantes, aristatae; aristis spicula fere longioribus, ideoque calycem 2-plo excedentes.

7. L. LINICOLA. *Sander* in *Koch syn. ed. 2. p. 957* — L. arvense. *Schrad. fl. germ. 1. p. 399 — Ten. fl. nap. 3. p. 111*, et plur. auctor., non *Wither.*

L. radice fasciculis foliorum sterilibus destituta, spiculis compressis oblongis ovatisve valvam calycinam subsuperantibus, flosculis breviter aristatis muticisque fructiferis ellipticis.

Ic. L. arvense. *Reich. cent. 11. f. 1337, et 1338.*

Inter segetes rarum; *nei seminati fra le vigne sotto la stufa del Cacciuto presso Casamicciola.*

Aprili, Majo. ☉

*Valva* in speciminibus inarimensibus spiculam duplo superat, aut aequat: *spiculae* duplo fere praecedentis minores.

## 370. GAUDINIA.

*Paliss. agrost. p. 95.*

1. G. FRAGILIS. *Paliss. l. c.* — Avena fragilis. *Lin. sp. pl. 119 — Ten. fl. nap. 3. p. 98 — Bertol. fl. ital. 1. p. 725.*

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1367* — Gramen loliaceum, spurium, hirsutum, aristis geniculatis, minus, medium, sive vulgare, maximum. *Barr. ic. 905.*

Inter segetes; *presso la Punta Cavallaro, e la Pietra dell' acqua*, satis rara.

Aprili, Majo. ☉

*Folia* et *vaginae* pilosae: *spica* terminalis, anguste linearis, elongata, demum fragilis.

## 371. HORDEUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 129.*

1. H. LEPORINUM. *Link symb. fl. gr. p. 133 — Guss. syn. 2. p. 781* — H. murinum. *Ten. fl. nap. 3. p. 105,* quoad plantam neapolitanam.
   H. spiculis omnibus aequaliter aristatis, valvis calycinis ciliatis, flosculorum lateralium masculorum (raro neutrorum) setaceis, intermedii pedicellati hermaphroditi lineari-lanceolatis, radice annua.
   Ic. *nulla.*
   In pascuis, et ad vias ubique.
   Martio, Aprili. ⊙
   *Spica* quam in *H. murino* robustior: *valvae* latiores: *flosculus* hermaphroditus non sessilis ut in illo, sed plus minus pedicellatus.
2. H. VULGARE. *Lin. sp. pl. 125.*
   Ic. *Host gr. austr. 3. t. 34 — Blackw. herb. t. 423* — Hordeum. *Lobel.* ic. *28. f. 2.*
   Colitur.
   Martio, Aprili. ⊙
   Vulgo *Vuorio.*
3. H. HEXASTICHON. *Lin. sp. pl. 125.*
   Ic. *Host gr. austr. 3. t. 35* — H. polystachium, hybernum. *Wein. phyt. 3. t. 577. f. c.*
   Colitur.
   Aprili, Majo. ⊙
   Vulgo *Vuorio a sei tagli.*

## 372. SECALE.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 127.*

1. S. CEREALE. *Lin. sp. pl. 124.*
   Ic. *Host gram. austr. 3. t. 48 — Blackw. herb. t. 424* — Secale. *Lob.* ic. *28. f. 1.*
   Colitur.
   Martio, Aprili. ⊙
   Vulgo *Jermano grande*; et colitur quoque var. *minor,* quod vulgo *Jermano piccolo* dicitur.

Digitized by Google

### 373. TRITICUM.

*Koch syn. ed. 2. p. 950.*

§ I. Cerealia. *Spiculae* plus minus ventricoso-turgidae: *valvae* ovatae, aut oblongae. *Koch l. c.*

1. T. aestivum. *Lin. sp. pl. 126—Roem. et Schult. s. veg. 2. p. 761*— T. vulgare. *Vill. delphin. 2. p. 153.*
   Ic. *Host gram. austr. 3. t. 26* — T. aristis laxiusculis, spica alba. *Wein. phyt. 4. t. 981. f. c.*
   Colitur.
   Aprili, Majo. ⊙
   Sequentes varietates in Insula coluntur:
   *a*. glumis glabris aristatis, aristisque albis. *R. S. l. c.*
   Vulgo *Grano guarracino*, o *Grano bianco*.
   *b*. glumis glabris aristatis, aristisque rufis. *R. s. l. c.*
   Vulgo *Grano russo.*
2. T. hybernum. *Lin. sp. pl. 126 — R. et Schult. l. c. p. 763.*
   Ic. T. vulgare. *Host gram. austr. 3. t. 26, f. 8* —T. hybernum. *Wein. phyt. 4. t. 981. f. a.*
   Colitur.
   Aprili, Majo. ⊙
   Sequentes varietates coluntur:
   *a*. spica mutica.
   Vulgo *Carosella.*
   *b*. spica aristata.
   Vulgo *Carosella pelosa*, et haec satis raro colitur.
3. T. compositum. *Willd. en. H. Berol. p. 133 — Roem. et Sch. l. c. p. 163.*
   Ic. *Host gram. austr. 3. t. 27* — T. rufum, hexastichon. *Wein. phyt. 4. t. 981. f. d.*
   Colitur.
   Aprili, Majo. ⊙
   Vulgo *Grano di Egitto.*
4. T. turgidum. *Lin. sp. pl. 126 — Roem. et Schult. l. c. p. 763.*
   Ic. *Hall. helv. t. 1 — Host gram. austr. 3. t. 28*— T. aristis circumvallatum. *Wein. phyt. 4. t. 381. f. b. ?*
   Colitur.
   Aprili, Majo. ⊙
   Vulgo *Grano turco.*

Ab omnibus praecedentibus e longe dignoscitur aristarum et glumarum colore atro-fusco!, habitu robustiore.

5. T. VILLOSUM. *Marsch. fl. cauc. 1. p. 85—Bertol. fl. ital. 1. p. 797*— Secale villosum. *Lin. sp. pl. 124 — Ten. fl. nap. 3. p. 106.*

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1390* — Secale villosum. *Host gram. austr. 2. p. 35. t. 47.*

In arenosis; *Ischia all' Arso sotto alla Chiesa del Purgatorio*, rarum. Aprili, Majo. ⊙

§ II. AGROPYRA. *Spiculae* non ventricoso-turgidae: *valvae* lanceolatae, vel lineari-oblongae, apice rectae, nec extrorsum flexae. *Koch l. c.*

6. T. REPENS. *Lin. sp. pl. 128 — Ten. fl. nap. 3. p. 107 — Bertol. fl. ital. 1. p. 803.*

Ic. Agropyrum repens. *Reich. cent. 11. f. 1384, 1385—Schreb. gram. t. 26. f. 3.*

*b. glaucum*; foliis intense glaucescentibus.

T. glaucum. *Host gr. austr. 4. t. 10?*

*c. Leersianum*; caule firmo 3-4-pedali et ultra, foliis glaucescentibus profunde striatis, spicis continuis pedalibus et ultra, valvis acuminatis carina scabris, valvula exteriore longe aristata. *Guss. syn. 1. p. 67* — T. repens, *c. aristatum. Ten. l. c.*

Ic. Agropyrum repens, *Leersianum. Reich. l. c. f. 1388*—Elymus europaeus. *Leers herborn. p. 46. t. 12. f. 4.*

Ad sepes tam in elatis, quam in herbosis maritimis; var. *b.* in maritimis magis frequens; et c. ad sepes in fertilibus.

Majo, Junio. ♃

7. T. GIGANTEUM. *Retz. obs. bot. p. 7 — Ten. fl. nap. 3. p. 108* — T. elongatum. *Bertol. fl. ital. 1. p. 802*, non *Schleich.*

Ic. T. elongatum. *Host gram. austr. 2. t. 23.*

In arenosis maritimis; *Lacco alla marina di S. Montano.*

Junio, Julio. ♃

*Radix* fibrosa, non repens, sed caespitosa: *culmi* firmi, 2-4-pedales: *folia* glaucescentia, superne exquisite nervosa: *spica* fere pedalis; spiculis sub anthesi cylindraceis, demum compressis: *planta* inter alias robustior.

8. T. JUNCEUM. *Lin. sp. pl. 128 — Ten. fl. nap. 3. p. 107 — Bertol. fl. ital. 1. p. 799.*

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1394 — Host gr. austr. 3. t. 33* — T. farctum. *Viv. fl. ital. frag. 1. p. 28. t. 26. f. 1.*

*b.* vaginis velutinis striatisque. *Guss. syn. 1. p. 68.*

In arenosis maritimis; *marina del Bagno presso al Lago, Lacco a S. Montano, Forio a Citara;* sed var. *b.* magis frequens.

Digitized by Google

Majo, Junio. ♃

*Culmi* farcti: *folia* ad basim albida, utrinque glauca, ad margines levissima, supra striata, et ad strias molliter dense sed brevissime velutina, primum plana, demum involuto-juncea, et fere pungentia: *ligula* brevis, truncata, ciliato-dentata: *spiculae* a rachide parum divaricatae: *antherae* luteolae, et *stigmata* albido-penicillata, e medio spiculae emergentia.

9. T. SCIRPEUM. *Guss. syn. 1. p. 66 — Bertol. fl. ital. 1. p. 801*—Agropyrum scirpeum. *Presl cypr., et gram. sic. p. 49.*

T. spica erecta elongata, spiculis remotis lanceolato-ovalibus 5-7-floris muticis, valvis multinerviis truncatis, valvula exteriore obtusa 9-nervia, nervis lateralibus per paria approximatis!, foliis omnibus demum involutis, radice subrepente.

Ic. *nulla.*

In arenosis udis maritimis; *Bagno nelle arene fra il Lago ed il mare, ma presso le sponde di quello;* tamen nunc fere destructum una cum praecedente: et in proximo continenti, *presso Mare Morto.*

Majo, Junio. ♃

*Planta* undique virens, non glaucescens!: *culmi* farcti, 2-3-pedales, tamen graciles, foliorum vaginis fere ultra medium tecti, leves, stricti: *vaginae* cinereo-velutinae, lineatae, suprema elongata: *ligula* brevissima, truncata, biaurita, vel nulla, et ejus loco tunc annulus albidus, villosus, auriculatus, incrassatus ad basim folii: *folia* rectangule patentia, ad margines scabra, subtus dum nervosa ad nervos una cum vaginis glabra, sed scabriuscula, primum plana, demum involuto-juncea, ad basim albida, apice attenuata: *spiculae* immaturae incurvae, ideoque apice a rachide remotae, compressae, acutae: *valvae* obtusae, flosculis duplo breviores: *valvula* exterior obtusa; interior ad flexurae angulos ciliata — Ic. *Host gr. austr. 2. t. 22*, nomine *T. juncei*, quae inde ex correctione in *vol. 3. p. 23*, ad T. *intermedium Host* (*T. glaucum Desf.* spectat) hanc nostram speciem quodammodo refert.

### 374. CATAPODIUM.

*Link H. Berol. 1. p. 44.*

1. C. LOLIACEUM. *Link l. c.* — Triticum loliaceum. *Smith britt. 1. p. 159 — Ten. fl. nap. 3. p. 110 — Bertol. fl. ital. 1. p. 817.*

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1372*—Triticum unilaterale. *Vir. fl. ital. fragm. 1. p. 19. t. 23. f. 1.*

In maritimis herbosis secus muros, ad lapides, et ad ruderata.

Martio, Majo. ☉

*Culmi* humiles, caespitosi, simplices, aut ramosi, saepius ascendentes: *spicae* rigidae, unilaterales, compressae, simplices aut basi ramosae: *spiculae* muticae, parvae, acutae, approximatae, brevissime et crasse pedicellatae, *rachide* compressa flexuosa rigida hinc concava arcte adpressae.

### 375. BRACHYPODIUM.

*Link H. Bertol. 1. p. 58.*

1. B. SYLVATICUM. *R. S. s. veg. 2. p. 741* — Bromus gracilis. *Willd. sp. pl. 1. p. 438 — Ten. fl. nap. 3. p. 91* — Festuca gracilis. *Bertol. fl. ital. 1. p. 644.*

Ic. B. gracile. *Reich. cent. 11. f. 1373* — Bromus sylvaticus. *Host gr. 1. t. 24.*

*b. glabratum.*

Ic. Gramen bromoides, panicula minus sparsa. *Buxb. cent. 4. p. 32. t. 36?*

Ad sepes, et in sylvaticis utraequae varietates.

Majo, Junio. ♃

*Radix* fibrosa, non repens: *culmi* ad internodia, et genicula inferiora villosi: *folia* flaccida, una cum vaginis pilosa: *spica* disticha, nutans: *spiculae* subsessiles, alternae, pubescentes, aristatae; *aristis* flosculorum superiorum valvula sua longioribus.

2. B. PINNATUM. *R. S. s. veg. 2. p. 736* — Bromus pinnatus. *Lin. sp. pl. 115 — Ten. fl. nap. 3. p. 90*—Festuca pinnata. *Bertol. fl. ital. 1. p. p. 646.*

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1376* — Bromus pinnatus. *Host gr. austr. 1. t. 22* — Gramen spica Brizae majus. *Bauh. pr. p. 18.*

In sylvaticis rupestribus rarum; *discesa della Serra, e de' Frassitelli sopra Forio.*

Majo, Junio. ♃

*Radix* repens: *culmi* ad genicula inferiora villosi: *folia* rigidiuscula, sparse pilosa vel glabra: *spica* disticha, erecta: *spiculae* subsessiles, alternae, pubescentes, aut glabratae, aristatae; *arista* valvula sua brevior.

3. B. PHOENICIOIDES. *Link H. Berol. 1. p. 39* — (non *R. S. s. veg. 2. p. 740*)—*Guss. syn. 1. p. 71*—Festuca phoenicioides. *Bertol. fl. ital. 1. p. 649*, excl. plur. syn. — Bromus ramosus. *Lin. mant. 1. p. 34.*

B. spica erecta, spiculis glabris approximatis sub anthesi patentibus aristatis, aristis valvula sua brevioribus, foliis planis erecto-patulis distichis cito involuto-subulatis, culmo caespitoso basi ac superne ramoso, radice repente.

Ic. Bromus ramosus. *Sibth. fl. gr. t. 84* — Gramen spica Brizae majus, asperum, panicula supra caulem seriatim procumbente. *Bon. t. 137.*

Digitized by Google

*b. bracteolatum*; eulmo humiliore, basi dense caespitoso, foliis infimis abbreviatis approximatis, spicis brevioribus, valvis valvulisque exquisite nervosis, spicularum inferiorum pedicellis saepius bracteolas ipatis.

Ad maceries, et in saxosis apricis; sat raro in sylvaticis aridis; nec non *ai scogli di S. Anna presso Ischia:* var. *b. da sotto S. Nicola alla Pietra dell' acqua.*

Majo, Julio. ♃

Vulgo *Paliero*, ac herba virescens aestivis mensibus copiosum pabulum animalibus praebet, et siccata pro ipsis hyeme quoque inservit.

*Radix* valde repens, etiam intra rupium fissuras, e quibus planta saepe dependit: *culmi* caespito-ramosi, 1-3-pedales, tamen saepius graciles: *folia* viridi-glaucescentia, glabra, 1-2 lin. lata, acuta, superne striata: *spiculae* sessiles.

4. B. DISTACHYUM. *R. S. s. veg. 2. p. 741* — Bromus distachyos. *Lin. sp. pl. 115 — Ten. fl. nap. 3. p. 92* — Festuca distachya. *Bertol. fl. ital. 1. p. 651.*

*a. monostachyum;* spicula unica.

Ic. Festuca monostachya. *Desf. atl. 1. p. 92. t. 21. f. 2.*

*b. genuinum;* spiculis 2-5.

Ic. Bromus distachyos. *Host gr. austr. 1. t. 20* — Trachynia distachya. *Reich. cent. 11. f. 1363* — Bromus spiculis subbinatis compressis sessilibus. *Ger. gallopr. p. 98. t. 5. f. 1.*

In vulcanicis aridis, vel in herbosis, ad muros, et in saxosis passim: var. *a.* in collibus arvisque aridissimis.

Aprili, Majo. ♃

*Culmi* glabri, ad genicula villosi, saepe genu decumbentes: *folia* brevia, plana, striata; pilis longis sparsis tecta; vaginis glabris: *spiculae* sessiles, alternae, erectae, aristatae; *aristis* valva sua longioribus.

## 376. BROMUS.

*Link H. Ber. 1. p. 162.*

1. B. MOLLIS. *Lin. sp. pl. 112 — Ten. fl. nap. 3. p. 83 — Bertol. fl. ital. 1. p. 662.*

Ic. *Host gr. austr. 1. t. 19 — Reich. cent. 11. f. 1591*, et *1592.*

*b. nanus. Ten. l. c.*

Ic. B. nanus. *Weigel obs. 8. t. 10. f. 9*, ex *Koch.*

In herbosis, ad vias, ad muros, et in pascuis: var. *b.* in arvis aridissimis. Aprili, Majo. ⊙

*Culmi* erecti, ad apicem pubescentes: *folia* uti vaginae dense molliterque villosa: *panicula* ovata, erecta, saepius ramosa, deflorata contracta: *spi-*

*culae* ovato-oblongae, molliter pilosae, raro glabratae; flosculis late ellipticis, fructiferis margine invicem se tegentibus, aristatis; *aristis* valvula sua subaequilongis, semper rectis— Variat spiculis plus minus pubescentibus, vel glabratis, pauci-vel multifloris.

2. B. INTERMEDIUS. *Guss. pr. 1 p. 114*, et *syn. 1. p. 75 — Ten. fl. nap. 5. p. 317*, et ex ipso B. commutatus, *b. nanus l. c. v. 4. in syll. in fol. p. 17 — Bertol. fl. ital. 1. p. 663.*

B. panicula erecta densiflora, pedunculis subsimplicibus, spiculis molliter villosis anguste oblongo-linearibus subcompressis sub 10-floris, flosculis imbricatis, valvula exteriore apice acute bidentata aristata, arista dorsali primum recta demum divaricato-patente illam aequante, foliis vaginisque pubescentibus.

Ic. Gramen phalaroides, minus, erecta spica, obliquis aristis. *Barr. ic. 24. f. 2.*

In cultis elatis; *ne' seminati fra Fontana e S. Nicola*, et in dumetis, *presso la Pietra dell' acqua sotto S. Nicola, selve del Fasano cominciando sotto Montenuovo, ai Frassitelli sopra Forio, monte Vetta.*

Aprili, Majo. ⊙

Cl. *Koch* in *syn. ed. 2. p. 947* ad B. confertum *Marsch.* hanc speciem refert, et cl. *Bertol.* in *fl. ital. 5. p. 589*, ad hanc citat iconem B. conferti *Reich. cent. 11. f. 1539*, sed in hac icone panicula, spiculae et aristae omnino a nostra planta alienae sunt, et ideo ad *B. confertum* verum spectare mihi videtur.

3. B. MAXIMUS. *Desf. atl. 1. p. 95 — Ten. fl. nap. 3. p. 88* — B. maximus, *b. Bertol. fl. ital. 1. p. 678.*

B. panicula erecta laxiuscula demum contracta, spiculis crassis confertis omnibus breviter pedunculatis 4-6-floris utrinque convexiusculis longe aristatis, aristis rectis valvula exteriore scaberrima apice profunde bifida 2-3-plo longioribus, valvula interiore acuminata, rachide pedunculis foliis vaginisque pubescentibus.

Ic. *Desf. l. c. t. 26.*

In arenosis maritimis; *Bagno alla marinella, Casamicciola al Castiglione, Forio alla marina di Citara e di Montevergine*; sed non satis obvius.

Aprili, Majo. ⊙

Confer sequentem, et quae notavi in *syn. 1. p. 79.*

4. B. GUSSONII. *Parlat. Brom. sic. p. 8 — Guss. syn. 1. p. 79* — B. maximus, *a. Bertol. fl. ital. 1. p. 578* — B. maximus. *Guss. pr. 1. p. 117*, non *Desf.*— B. sterilis. *Ten. fl. nap. 3. p. 87?*

B. panicula laxiuscula subsecunda apice propendente, pedunculis scabriusculis glabris erecto-patulis, inferioribus longioribus subramosis, spiculis utrinque convexiusculis subsexfloris late lanceolatis apice latioribus erectiusculis demum subpropendentibus, aristis validis rectis val-

vula exteriore late lanceolata scaberrima 7-nervia profunde bifida 3-plo longioribus, calycis valva superiore acuminata, foliis vaginisque villosis.

Ic. B. maximus. *Reich. cent. 11. f. 1585,* non *Desf.*

In herbosis arenosis maritimis, et in collibus; *Ischia, Campognano, Bagno alla foce del Lago, muri a secco delle vigne del Castiglione presso il Bagnitiello, Casamicciola alla Pera superiore, Lacco al monte Vico, da Serrano a Panza, Forio a Citara.*

Aprili, Majo. ⊙

In praecedente *culmi* vix sesquipedales, in hoc usque 4-pedales: *panicula* erecta: *pedunculi* brevissimi, uti folia et vaginae pubescentes: *spicae* superiores inter se approximatae, et axi adpressae, non vero ut in hoc laxae et demum dependentes, ac superne latiores: *aristae* sub apice valvulae prodeunt.

5. B. SCABERRIMUS. *Ten. fl. nap. 3. p. 89 — Bertol. fl. ital. 1. p. 676*, excl. var. *b.*

B. panicula laxa subcernua, pedunculis scabris erecto-patulis, inferioribus longioribus subramosis, spicis scabris planissimis late lanceolatis apice latioribus 8–10-floris demum pendulis, flosculis anguste lineari-subulatis, glumis omnibus late scarioso-marginatis, valvula exteriore apice profunde 7-nervia, nervis duobus validioribus margine interque se approximatis, interiore acutiuscula pectinato-ciliata, aristis validis rectis valvula sua 3-4-plo longioribus, foliis vaginisque villosis.

Ic. *Ten. l. c. t. 105* (sub nomine *B. asperrimi*).

In sylvaticis herbosis, et ad agrorum margines; *Burano, Pieo, ed alla Starza, Chiajano.*

Aprili, Majo. ⊙

Species inter praecedentem et sequentem exacte media; cum illa spiculis latis convenit; sed istae semper compressae ac planissimae, non crassae et utrinque convexiusculae ut in illa; praeterea flosculi remotiores angustioresque: a sequente vero recedit spiculis multo latioribus, flosculis numerosioribus remotioribusque.

6. B. STERILIS. *Lin. sp. pl. 113 — Bertol. fl. ital. 1. p. 674* — B. jubatus. *Ten. fl. nap. 3. p. 87.*

Ic. *Host gr. austr. 1. t. 16 — Reich. cent. 11. f. 1585 — Leers herborn. p. 37. t. 11. f. 4. — Ten. l. c. t. 106.*

In sylvaticis, ad sepes, ad maceriarum fastigia herbosa passim.

Aprili, Majo. ⊙

*Spiculae* maturae in plantis exsiccatis facillime decidunt, dum in sequente magis persistunt: *panicula* laxissima, demum apice nutans: *ramis* elongatis: *spiculae* compressae, pendulae, superne latiores, demum cylindraceae, et uti tota planta saepius atrorubentes: *aristae* ex apice valvulae acute bifidae, ipsa 3-4-plo longiores —Specimina *B. sterilis*, quae

nuper ex Anglia accepi ab amico *Alexander* cum hoc nostro ex asse in omnibus conveniunt.

7. B. MADRITENSIS. *Lin. sp. pl. 114 — Ten. fl. nap. 3. p. 85* — B. scaberrimus, *b. Bertol. fl. ital. 1. p. 676.*

B. panicula laxiuscula erecta, fructifera contracta apice subnutante, pedunculis inferioribus vix ramosis, spiculis (tenuibus) sub anthesi lineari-lanceolatis superne latioribus pedunculisque glabris, valvula exteriore leviuscula obsolete 7-nervia acuta bipartita, arista recta ipsam subexcedente, valvula interiore acuminata, foliis vaginisque glabriusculis, culmo glabro.

Ic. *Host gr. austr. 1. t. 17! — Reich. cent. 11. f. 1584* — B. sterilis, erecta panicula, major. *Barr. ic. 76. f. 1*, optima.

In collibus aridis, ad muros, et in cultis herbosis ubique.

Aprili, Majo. ⊙

*Pedunculi* erecti, vix pollicares, ideoque duplo quam in praecedentibus duobus breviores: *spiculae* angustiores, breviusque aristatae; arista sub apice acute bifido valvulae, non infra ipsius apicem fere ad medium bifidum inserta, uti ex *Koch syn. ed. 2. p. 950*—Cl. *Bertol. l. c.* hunc a *B. madritensi* vero diversum credit, sed hujus specimina ex Anglia ab ipso amico *Alexander* missa a nostris non differunt—Cl. *Parlat.* in *Webb phyt. can. v. 3. pars 2. sect. 3. p. 473* B. scaberrimum *Ten.* ab hoc non differre putat, dum sunt species diversissimae! —Praeterea hic monendum censeo plantam hujus insulae (non vero Siciliae), quam olim pro *B. fasciculato* habui, nonnisi *B. matritensis* varietatem esse, nam verus *B. fasciculatus* prope Neapolim non provenit.

### 337. FESTUCA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 119.*

1. F. MYURUS. *Lin. sp. pl. 109 — Ten. fl. nap. 3. p. 77 —Bertol. fl. ital. 1. p. 636*, excl. var. *b.*

Ic. *Host! gr. austr. 2. t. 93* — Vulpia pseudo-myurus. *Reich. cent. 11. f. 1325 — Leers herborn. t. 3. f. 5* — Gramen festuceum, myurum, elatius, spica heteromalla gracili. *Barr. ic. 99. f. 2*, quae a *Bertol.* ad F. ciliatam citatur.

*b.* spiculis leviusculis brevissime setoso-scabris.

In herbosis, in sylvaticis, in collibus apricis, et ad murorum supercilia passim: var. *b. Rotaro, Bagno.*

Martio, Aprili. ⊙

*Panicula* secunda, anguste linearis, 5-12-pollicaris et ultra, sub anthesi aequaliter a basi ad apicem semipatens, ante et postea contracta, apice nu-

tans, basi vagina folii superioris inclusa: *spiculae* anguste lineares, vix etiam maturae compressae, et semper teretes; in *a*. glabrae, sed turberculato-scabrae: *valva* altera calycina 3-plo brevior, nunquam compressa, aristis valvula sua 3-4-plo longioribus scabris — Varietatis *b*. specimina nomine F. pseudo-myuri *Koch* a cl. *Zeyer* accepi.

2. F. BROMOIDES. *Smith britt. ed. 2. vol. 1. p. 142*, non *Lin.*—*Guss. syn. 1. p. 85*—*Savi cose bot. p. 51*—*Ten. fl. nap. 3. p. 77*, var. *b* — *F.* myurus, *b. Bertol. fl. ital. 1. p. 636.*

F. panicula oblonga secunda laxiuscula vel densa (non elongata) erecta basi folii superioribus vagina non involuta, ramis inferioribus in anthesi patulis ante et postea contractis, spiculis lanceolatis maturis compresso-dilatatis 3-6-floris glabris levibus vel scabriusculis, valvis calycinis utrisque spicula brevioribus concavo-compressis acuminatis, altera duplo longiore trinervia, arista corollinam valvulam exteriorem duplo excedente, foliis radicalibus filiformibus margine utrinque involutis, ligula truncata obsoleta.

Ic. *Lam. ill. gen. t. 46. f. 4*, mediocris— Vulpia bromoides. *Reich. cent. 11. p. 24. f. 1529* — Gramen bromoides, panicula heteromalla, longioribus aristis donata. *Scheuch. agr. p. 290. t. 6. f. 10!* — G. paniculatum bromoides, minus, paniculis aristatis unam partem spectantibus. *Plukn. phyt. t. 33. f. 10*—Gramen exile, junceum, mollius, festucacea panicula, radice rufa. *Bar. ic. 100.*

*b. ambigua*; culmo 2-3-pollicari, paniculae anguste-linearis ramis simplicibus raro ramosis, spiculis paucifloris, valva altera calycina 3-plo breviore — *Ten. l. c. var. a.*

Ic. Bromus ambiguus. *Cyr. pl. rar. Neap. fasc. 1. p. 10. t. 2.*

In apricis sylvarum; *Ischia all' Arso, Bagno sopra i muri del fondo de' signori Arcta presso alla strada che mena a Casamicciola, e nelle selve dello Spennato, Campagnano, Pieo, Lacca al monte Vico, punta di Zale;* var. *b. Bagno.*

Aprili, Majo. ⊙

*Radix* fibrosa, saepe caespitosa: *culmi* solitarii, vel plures, erecti, raro geniculati, et tunc ascendentes, leves, striati, supra medium nudi, ac uti folia glaberrimi; nodis saepe rubentibus: *folia* radicalia numerosa, fasciculata, erecto-patentia, vagina sua longiora, glabra, levia, tenue striata, laete virentia, et ob margines involutos angustissima, 1-3 poll. longa; caulinum superius parum latius, canaliculato-concavum: *vaginae* striatae, versus apicem albo-membranaceo-scariosae, laxiusculae: *ligula* ita brevis, ut fere obliterata, truncata, ciliato-lacera: *paniculae* 1/2-3-pollicaris rami inferiores magis divisi, reliqui in sterilibus simplices, una cum rachide ciliato-scabri: *spiculae* maturae ob flosculorum remotiorum semper compressae, ac dilatatae apud nos pallide luteolo-virentes, 1-2-lin.

latae, glaberrimae, vel sat raro tenuissime pubescentes: *calycis* valvae ad carinam scabrae, margine albo-membranaceae; altera 1-nervia, duplo brevior, et duplo angustior, altera major in acumen aristaeformem nunquam producta!, sed tantum acuminata: *valvula* corollina exterior obsoletissime 5-nervis, versus apicem una cum sua arista plus minus scabra — Pro locorum natura variat; nam in aridissimis 3-4-pollicaris, culmi fere solitarii: *panicula* vix 1/2-pollicaris, ramis omnibus simplicibus, et folia sat raro sparse pilosa; in umbrosis sylvaticis fertilibus, (*al Rotaro*), culmi usque pedales, folia firmiora, crassiora: *panicula* 1 1/2-2 1/2-pollicaris, ramis repetito-ramosis, spiculis numerosis approximatis, et etiam in ramis secundis, ita ut *F. ligusticae* habitum referat; *pedunculi* longiores.

De *F. Myuro*, *bromoide*, et *sciuroide*, varii auctores varie sentiunt. Certe *F. myurus* cum hac non confundenda, nec uti ejus varietas habenda, nam utriusque characteres notati constantes sunt, et quamvis saepe simul proveniant, una in alteram non transit — *F. sciuroides Roth.* ac *Gmel* ex speciminibus germanicis non differt a *F. bromoide Smith* nisi panicula magis elongata ac depauperata, culmo aliquando elatiore, sed ipsam *F. bromoidem* a nonnullis nomine *F. sciuroidis* habui. Denique quod spectat ad *F. bromoidem Lin.* hujus nuper specimina misit cl. *Jordan* ex *Lyon*, et ista egregie differunt a *F. bromoide Smith*, habitu robustiore; foliis vaginaque brevioribus; spiculis crassioribus, longius aristatis, ac fere illas *F. uniglumis* aemulantibus; sed potissimum valva calycina altera in longum acumen aristaeformem producta, id quod cum nota Linneana *calycis valva aristata* optime convenit, ac ad istam bene spectat icon, Gramen paniculatum, bromoides, minus, paniculis aristatis, unam partem spectantibus. *Scheuch. agr. p. 297. t. 6. f. 14* — Tamen cum fere omnes auctores speciem *Smithii* pro *F. bromoide* habeant, sic confusionis vitandi gratia *F. Villemetii*, uti *cl. Savi* proposuit, appellanda videtur, quem confer in *l. c. p. 49, et 53*; nec non alii auctores.

**3. F.** CILIATA. *Dec. fl. fr. 3. p. 55*, non *Pers.* — *Ten. fl. nap. 3. p. 78*, ex parte — *Bertol. fl. ital. 1. p. 639*, exclusa Sicilia a locis natalibus.

**F.** panicula spicata contracta subsecunda simplici vel ramosa plerumque exerta, spiculis lineari-teretiusculis 5-floris, calycinis valvis acutiusculis spicula brevioribus altera minima, corollina valvula exteriore obsoletissime 5-nervia ad margines longe ciliata, et basi externe sparse pilosa aristam suam non aequante, foliis radicalibus convolutis lineari-setaceis, culmo gracili simplici ramosoque.

Ic. *Savi cose bot. t. 3. f. 2. a, b.* — *Host gram. austr. 4. t. 65* — Gramen festucaceum, myurum, minori spica heteromalla. *Barr. ic. 99. f. 1.* — G. festucaceum, myurum, minori spica heteromalla. *Schuch. agr. t. 6. f. 12.*

In aridis apricis; *Ischia all' Arso*, satis rara.

Aprili, Majo. ⊙

*Culmi* in hac insula gracillimi, simplices, solitarii, 3-5-pollicares: *folia* vere setacea, levia, glaberrima: *spicae* plus minus a folii superioris vagina vix spathacea exertae, pollicem longae, simplices, raro ramosae: *spiculae* graciles, adpressae, viridi-rubentes, vix 1/2-lin. latae, flosculis maturis non remotis, ideoque fere teretes: corollina valvula exterior brevius, et laxius ciliatâ, quam in sequente.

4. F. Gaudiniana — F. ciliata. *Guss. syn. 1. p. 84*, excl. syn. praeter *Presl, Reich., Cupan., et Bonn.*— F. ciliata. *Ten. fl. nap. 3. p. 78* ex parte — *Bertol. fl. ital. 1. p. 699*, quoad pl. siculam — F. barbata. *Gaud. fl. hel. 1. p. 274* ex loco!, non *Schrk.*

F. panicula subspicata subcontracta secunda ramosa (raro simplici) laxiuscula e folii superioris vagina late spathacea subinvoluta, spiculis 7-floris compresso-dilatatis, flosculis laxis, calycinis valvis acutis spicula brevioribus altera minima, corollina valvula exteriore obsoletissime 5-nervia ad margines longissime denseque ciliata basi externa vel undique pubescenti-pilosa aristam suam non aequante, foliis radicalibus convolutis lineari setaceis, culmo simplici!

Ic. Vulpia myurus. *Reich. cent. 11. f. 1524?*— Gramen aristatum, cristatum, lanuginosum. *Cup. panph. 2. t. 234*—*Bon. t. 37*, optimae!!

In aridis, et in herbosis apricis, ad muros passim.

Aprili, Majo. ⊙

*Culmi* simplicissimi, plures ex eadem radice, 4-10-pollicares, basi aliquando geniculati, nunquam ramosi' ut in *F. ciliata*: *panicula* duplo latior, sed laxior, et secunda, basi vagina late spathacea folii superioris involuta: *spicae* etiam in sicco e luteolo-virentes!, semper compressae; flosculis non confertis, sed laxiusculis longiusque aristatis.

Differt haec a praecedente, fere uti *F. bromoides* a *F. myuro*. In utrisque folia similia; et rachis ac pedunculi brevissime piloso scabri; calycis valvae persistentes, demumque albo-scariosae, uti optime monet. cl. *Bertol. l. c.*, quod minime in duabus primis — *F. barbata Gaud. l. c.* ex loco natali et characteribus certe ad hanc spectat!, sed ille cl. auctor specimina macrissima vidit; et nomen ejus *F. barbatae* mutavi, confusionis vitandi causa.

5. F. uniglumis. *Smith brill. 1. p. 118—Ten. fl. nap. 3. p. 78—Bertol. fl. ital. 1. p. 634.*

Ic. Vulpia uniglumis. *Reich. cent. 11. f. 1626*, et *1527* — *Host gram. austr. 4. t. 64.*

In arenosis maritimis ubique.

Aprili, Majo, ⊙

*Culmi* infracti, aut ascendentes: *folia* convoluta: *panicula* spiciformis, densa

secunda, coarctata: *spiculae* scaberrimae, compressae: *valva* calycina exterior aut obliterata, aut si adest angustissime linearis, 1-3 1/2 lin. longa, scaberrima; interior longe aristata; valvula corollina exterior in aristam longam attenuata.

6. F. EXALTATA. *Presl fl. sic. p. XIV — Bertol. fl. ital. 1. p. 613* — F. drymeja. *Guss.syn. 1. p. 87*, excl. iconibus, non *Mert, et Koch* — Poa trinervata *Ten. fl. nap. 3. p. 74.*

F. panicula ramosissima diffusa secunda apice nutante, pedunculis scabris sub anthesi patentibus, spiculis ovato-oblongis muticis compressis 3-5-floris, valva calycina superiore 3-nervia, nervis supra medium productis, valvula corollina exteriore 5-nervia acuta subtilissime punctata, foliis supra glaucescentibus latiusculis (2-4-lin.) planis, radice repente.

Ic. *nulla.*

In sylvis, et ad sepes in umbrosis; *cavone delle Nocelle, selve di Chiummana, e di Campagnana; in quelle della Pera, di Buceta, e di Catreca sopra Casamicciola; in quella delle Falanghe e del Fasana sul Lacco.*

Majo, Junio. ♃

Vulgo *Falasca.*

Habitus *Poae*: *culmi* fere orgyales, superne longo tractu nudi, erecti: *folia* ad margines scabra: *panicula* saepe pedalis, laete virens, spiculis, parvis, pendulis. Confer *Bertol. l. c.*

7. F. ELATIOR. *Lin. sp. pl. 111 — Ten. fl. nap. 3. p. 80 — Bertol. fl. ital. 1. p. 616.*

Ic. *Host gr. austr. 2. t. 79 — Reich. cent. 11. f. 1568*—Gramen arundinaceum, locustis viridi-spadiceis foliaceis, breviter aristatis. *Scheuch. agr. t. 5. f. 18.*

In apricis sylvaticis elatis, aut demissis; *selve delle Falanghe, del Fasana, di Catreca, di Buceto, del Rotaro, della cava delle Rose, di Chiummano, di Campagnano, della cava del Larito sul Lacco, di Cavallaro presso Fontana.*

Junio, Julio. ♃

Vulgo *Falascone.*

*Planta* glaberrima: *culmi* leves, elati, erecti: *folia* radicalia, numerosa, plana, striata, scabra; caulina pauca: *panicula* ampla, sed laxa ac sparsa, fere pedalis, sub anthesi patens, ramis semiverticillatis, irregulariter elongatis: *spiculae* oblongo-lanceolatae, tereti-compressae, subquadriflorae, breviter aristatae — *Radices* apud nos subrepentes, et inde planta densos caespites format.

Digitized by Google

## 378. TRIODIA.

*Brown. pr. p. 82.*

1. T. DECUMBENS. *Paliss. agr. p. 11 — Bertol. fl. ital. 1. p. 558* — Festuca decumbens. *Lin. sp. pl. 110 — Ten. fl. nap. 3. p. 82.*
 Ic. *Reich. cent. 11. f. 1572* — Festuca decumbens. *Leers herb. t. 7. f. 5.*
 In apricis aridis, vel humentiusculis sylvarum; *selve del Bagno, di Casamicciola, del Rotaro, del monte Trippiti, e del monte Vezza.*
 Majo, Junio. ♃
 *Radix* non repens: *folia* laete virentia, fere plana, glabra, margine scabriuscula; caulina pauca, conduplicata, ascendendo breviora, earum vagina elongata: *ligula* nulla, sed ejus loco pilorum series: *panicula* pauciflora, spicata, brevissima (pollicaris), pedunculis inferioribus pedicello brevi auctis: *spiculae* muticae, paucae, virentes, glaberrimae, 4–5-florae, axi adpressae, basi penicillo pilorum stipatae: *valvae* calycinae flores excedentes, muticae, acutae, obsolete trinerviae: *valvula corollina* exterior concava, sed non carinata, a basi ad medium albo-ciliata, apice breviter 3-dentata.

## 379. DACTYLIS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 117.*

1. D. HISPANICA. *Roth. cat. bot. 1. p. 8 — Ten. fl. nap. 3. p. 71.*
 Ic. *Reich. cent. 11. f. 1621—Dum. agr. belg. tent. p. 115. t. 6. f. 24.*
 *b. glaucescens*; foliis glaucescentibus acute carinatis, apice obtusiusculis valvulis obsolete 5-nerviis — D. glaucescens. *Willd. en. 1. p. 111.*
 In herbosis sylvaticis: var. *b*, ad rupes maritimas, et ad muros.
 Majo, Julio. ♃
 *Stolones* nulli: *folia* glabra, rigidiuscula, inferiora latiora: *vaginae* compressae, ac fere ancipites, striatae, pubescentes, vel glabratae: *ligula* albo-scariosa, brevis, truncato-lacera, in medio acumine fere per lineam producto instructa: *panicula* secunda, densa, sublobata, saepe glomerato-spicata, ac ramis brevibus: *valvae* calycinae, et *valvulae* corollinae (quae acuminatae) pubescentes, ad carinam longe ciliatae, vel glabratae.
 Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 588*, aliique hanc a *D. glomerata* non distinguunt; sed in hac insula, ac in maritimis totius Regni ista sola forma provenit, et praeterea *D. glomerata* in locis a mare dissitis occurrit. Confer quae notavi in *syn. 1. p. 90.*

*

Digitized by Google

## 480. SCLEROCHLOA.

*Link H. Berol. 1. p. 149.*

1. S. MARITIMA. *Link H. ber. 2. p. 274* — Triticum maritimum. *Lin. sp. pl. 128 — Ten. fl. nap. 3. p. 109 — Bertol. fl. ital. 1. p. 814.*
   Ic. *Reich. cent. 11. f. 1519*— Triticum maritimum. *Cyr. pl. rar. neap. fasc. 2. p. 2. t. 2* — Gramen loliacea panicula ramosa, maritimum. *Scheuch. agr. t. 6. f. 5.*
   In arenosis maritimis.
   Majo, Junio. ⊙
   *Culmi* ad genicula fusco-rubentes; articulis inferioribus etiam ita coloratis: *folia* glaucescentia, canaliculata, demum involuta: *spiculae* glauco-virentes, divaricatae, compressae; floribus demum deciduis: *valvae* ad margines albido-scariosae: *valvula* exterior prope marginem 2-3-nervia.
2. S. RIGIDA. *Link H. Ber. 1. p. 150*, et *2. p. 273*— Poa rigida. *Lin. sp. pl. 101 — Ten. fl. nap. 3. p. 76 — Bertol. fl. ital. 1. p. 522.*
   *a. muralis;* virens, culmo 4-6-pollicari ascendente fere undique vaginis tecto, spiculis subadpressis. *Guss. syn. 1. p. 95*, var. *b.*
   Ic. *Reich. cent. 11. f. 1518*—Poa rigida. *Host gram. austr. 2. t. 74*— Gramen arvense, filicina duriore panicula, gracilius. *Barr. ic. 49.*
   *b. patens;* virens, culmo erectiusculo, pedunculis leviusculis patentibus— S. patens. *Presl fl. sic. 1. p. 45* — S. rigida, c. *Guss. l. c.*
   Ic. Gramen hortorum rigidulum, tamariscinis glumis. *Bon. t. 90.*
   In cultis, in muris, interque segetes.
   Aprili, Majo. ⊙
   Glabra, ramosa: *culmi* basi saepe infracti: *folia* supra tenue striata, leviuscula: *ligula* oblonga: *panicula* rigida, disticha; ramis ramulisque triquetris, brevibus: *spiculae* lineari-lanceolatae, approximatae, brevissime pedicellatae, 6-12-florae, mucronatae.

## 481. POA.

*Reich. fl. germ. excur. 1. p. 45.*

1. P. BULBOSA. *Lin. sp. pl. 102 — Ten. fl. nap. 3. p. 73 — Bertol. fl. ital. 1. p. 534.*
   Ic. *Host gram. austr. 2. t. 65—Reich. cent. 11. f. 1620*—Gramen vernum, radice ascalonica. *Vaill. Bot. paris. t. 17. f. 8.*
   Ad murorum supercilia, et in pascuis siccis apricis a montis vertice ad litus.

Aprili, Maio. ⊙

*Radix* fibrosa; sed *culmi* caespitosi, erecti, leves, basi bulbosi: *folia* brevia, glabra, tenuia: *ligula* oblonga: *panicula* erecta, brevis, ovata aut oblonga, densa, sub anthesi patens; ramis scabris: *spiculae* ovatae, compressae, acutae, 4-5-florae: *valvae* calycinae ad carinam ciliato-scabrae; *flosculis* margine et dorso vilio copioso longe protrahendo cohaerentibus.

2. P. ANNUA. *Lin. sp. pl. 99 — Ten. fl. nap. 3. p. 73 — Bertol. fl. ital. 1 p. 529*, var. *a*.

Ic. *Host gr. austr. 2. t. 64—Reich. cent. 11. f. 1621 — Leers herbor. t. 6. f. 1.* — Gramen pratense, paniculatum, minus. *Bauh. theatr. p. 30.* ic. *p. 31.*

In cultis humentibus, ad vias, et in herbosis.

Martio, Majo. ⊙

Glabra, ac virens: *culmi* compressi, basi saepe decumbentes, et radicantes: *folia* mollia; *vaginis* compressis: *ligula* superior oblonga: *panicula* ovata, subsecunda; ramis glabris, levibusque, primo erectis, inde patulis, demum fructiferis deflexis: *spiculae* oblongae, obtusae, compressae, 3-7-florae; *flosculis* liberis, ad carinam nervisque pilosis.

3. P. TRIVIALIS. *Lin. sp. pl. 99 — Ten. fl. nap. 3. p. 73 — Bertol. fl. ital. 1. p. 538.*

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1634* — P. dubia. *Leers heborn. t. 6. f. 57* — Gramen pratense, paniculatum, majus. *Bauh. theatr. p. 28.*

In pascuis, ad agrorum at sylvarum margines in herbosis elatis, aut demissis.

Aprili, Majo. ⊙

*Radices* omnino fibrosae: *calyces*-5-flori: *valvulae* corollinae 5-nerviae.

4. P. SYLVICOLA. *Guss.*

P. stolonibus tuberoso-nodosis brevibus subrepentibus, culmo vaginisque glabris, vagina suprema scabra folio suo multo longiore, ligula triangulari acutissima integerrima, paniculae patentis ramis scabris, inferioribus semiverticillatis subquinis, spiculis ovatis sub 3-floris glabris, flosculis basi villo pauco brevissimo connexis margine glabris, corollina valvula exteriore 3-nervia, carina usque ad medium ciliata.

Ic. *nostra t. XVIII.*

In sylvaticis apricis ubique vulgatissima; nec non prope Neapolim, et Stabias.

Majo, Junio. ♃

*Habitus P. pratensis* et antecedentis, laete virens: *stolones* articulati, et fere moniliformes, albi, squamis saepe tecti, 2-3-pollices longi, vix repentes, et inde radices aliquando fere caespitosae: *culmi* erecti, aut ascendentes, viridi-lineati; lineis binis approximatis: *folia* planiuscula,

levia, brevia, subtus carinata: *vaginae* striatae, scabriusculae: *ligula* fere lineam longa: *calycina valva* exterior acuta, 3-nervia, glaberrima, ad margines albido-scariosa, praecipue versus apicem: *valvula corollina* exterior sub lente tenuissime punctata— Notatis characteribus inter *P. trivialem* et *pratensem* media, sed ab utrisque diversa.

### 382. ERAGROSTIS.

*Paliss. agr. p. 71.*

1. E. MEGASTACHYA. *Link H.Berol.1. p. 188*—Briza Eragrostis. *Lin. sp. pl. 103* — Poa megastachya. *Ten. fl. nap. 3. p. 75* — *Bertol. fl. ital. 1. p. 554.*

Ic. *Reick. cent. 11. f. 1662*—Gramen eranthemum, seu Eragrostis phalaroides, paniculatum, multiplici ac tenui Brizae spica. *Burr. ic. 43.*

In cultis, et ad vias ubique.

Augusto, Septembri. ⊙

*Culmi* ramosi: *folia* plana, glabra, concinne striata, ad margines tenue tuberculata: *vaginae* superne pilosae, et loco *ligulae* pilorum series: *panicula* oblonga, patens; ramis ramulisque brevibus,ad basim pilosis: *spiculae* ex cordata basi lanceolatae pauci-vel multiflorae, flosculis ad apicem obtusum emarginatum vix aristatae.

*E. poacoidem* in hac insula non vidi, et in hac spiculae lineares.

### 383. BRIZA.

*Paliss. agr. p. 67.*

1. B. VIRENS. *Lin. sp. pl. 103* — B. minor. *Ten. fl. nap. 3. p. 76*, ex loco — *Bertol. fl. ital. 1. p. 561* —*Guss. syn. 1. p. 104*, et fere omnium auctorum florae italicae.

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1664.*

In apricis herbosis sylvarum, aut in cultis, interque segetes passim.

Aprili, Majo. ⊙

*Spicae* parvae, virentes, earum diametro transversali longitudinalem superante, ideoque fere transverse oblongae; dum in icone *1663 Reich. l. c.* spicae triangulari-ovatae, earum diametro longitudinali transversalem superante—Confer quoque quae notavi in *syn. l. c.* et *Bertol.*, qui uti alii plures hanc pro *B. minore* habent. Tandem notandum puto specimina *B. minoris* ex Anglia nostris similia esse, uti ex adverso illa *B. virentis* ex Gallia meridionali cum nostra planta adamussim quadrant.

2. B. MAXIMA. *Lin. sp. pl. 103 — Ten. fl. nap. 3. p. 77 — Bertol. fl. ital. 1. p. 565.*

Ic. *Host gr. austr. 2. t. 30 — Reich. cent. 11. f. 1666*—Gramen tremulum, seu phalaroides, majus, erecta panicula, rufum, et citrinum. *Barr. ic. 23. f. 1. et 2.*

In pascuis apricis, et in herbosis.

Aprili, Majo. ⊙

Erecta, glaberrima: *folia* plana, ad margines scabra: *ligula* acuta: *panicula* laxa, apice nutans, secunda, rariflora; ramis subsimplicibus, gracilibus: *spiculae* maximae, pendulae, cordato-oblongae, 13-17-florae.

### 384. CYNOSURUS.

*Pers. syn. 1. p. 86.*

1. C. ECHINATUS. *Lin. sp. pl. 105 — Ten. fl. nap. 3. p. 67 — Bertol. fl. ital. 1. p. 586.*

Ic. *Host gr. austr. 2. t. 35 — Reich. cent. 11. f. 1349* — Gramen alopecuroides, spica aspera. *Scheuch. agr. t. 2. f. 8.*

In collibus herbosis, et inter segetes.

Aprili, Majo. ⊙

Erectus, glaber: *folia* plana, ad margines ac utrinque scabriuscula: *ligula* oblonga: *panicula* densa, brevis, glomerata, ovata, unilateralis: *spiculae* oblongae: *involucri* valvae alternae, distichae, lanceolato-lineares, albo-scariosae, basi incrassatae, inferiores et corollina valvula exterior longe aristatae: *calycis valvae* lanceolatae, et uti illae involucri scabrae.

*C. cristatus Lin.* in Inarime non occurrit.

### 385. SETARIA.

*Paliss. agr. p. 51.*

1. S. VERTICILLATA. *Paliss. l. cr.*—Panicum verticillatum.*Lin.sp. pl.82— Ten. fl. nap. 3. p. 68 — Bertol. fl. ital. 1. p. 410.*

S. racemo spiciformi-pyramidato acuto simplici vel composito, racemulis tunc verticillatis, inferioribus longioribus, involucellis unifloris inaequalibus bisetis, setis denticulato-hispidis, denticulis reversis!, valvis flosculi hermaphroditi leviusculis, culmo erecto.

Ic. *Reich. cent.11. f. 1465* — Panicum verticillatum. *Host gram. austr. 2. t. 13!*

In cultis ubique, praesertim in hortis.

Julio, Octobri. ☉

Vulgo *Zecchetella*.

2. S. AMBIGUA. *Guss. syn. 1. p. 114.*

S. racemo spiciformi-pyramidato acuto simplici vel composito, racemulis tunc verticillatis, inferioribus longioribus, involucellis unifloris inaequalibus bisetis, setis denticulato-hispidis, denticulis sursum versis!, valvis flosculi bermaphroditi leviusculis, culmo erecto.

Ic. *nulla.*

Cum praecedente, et eodem tempore floret.

Iterum iterumque speciem hanc sedulo observavi, et characteres etiam cultura constantes in denticulorum cujusque setulae directione vidi! Hinc miror quod adhuc nonnulli (*Parl.* in *Webb. phyt. can. v. 3. pars 2. sect. 3. p. 381*) cum praecedente aut sequente conjuxerint, dum in multis graminum speciebus pro aliis characteribus minoris momenti non species tantum, sed etiam et genera constituant!

3. S. VIRIDIS. *Paliss. l. c.* — Panicum viride. *Lin. sp. pl. 83 — Ten. fl. nap. 3. p. 68 — Bertol. fl. ital. 1. p. 420*, excl. syn. S. ambiguae. *Guss.!*

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1467* — Panicum viride. *Host gram. austr. 2. t. 14.*

In vineis, et in hortis.

Junio, Septembri. ☉

Citius quam duae antecedentes floret; et spicae in hac semper virentes!, ac cylindraceae; in duabus praecedentibus saepius aetate rubescent, et earum forma omnino aliena, quia fere semper pyramidalis.

### 386. PANICUM.

*Endl. gen. n. 770.*

1. P. REPENS. *Lin. sp. pl. 87 — Ten. fl. nap. 3. p. 69 — Bertol. fl. ital. 1. p. 430.*

Ic. *Cav. ic. rar. 2. t. 110 — Brot. fl. lusit. 1. t. 6.*

In arenosis herbosis; *Bagno presso le foce del Lago.*

Augusto, Septembri. ♃

Glaucescens, erectum: *radix* stolonifera: *culmi* 1-2-pedales, erecti, saepius simplices, basi nodoso-tuberosi: *folia* disticha, fere glabra, plana, sed cito convoluta, basim versus ad margines tuberculata, inferiora breviora: *vaginae* ad oras praesertim pilosa: *panicula* erecta, virgata, 3-4-pollicaris, sub anthesi erecto-patens, laxiflora; ramis alternis, divisis: *spiculae* remotae, sed geminatae, glaberrimae, saepius albido-scariosae: *antherae* aurantiacae; sed *stigmata* purpurea.

### 387. ECHINOCHLOA.

*Paliss. agr. p. 53.*

1. E. crusgalli. *Paliss. l. c.*—Panicum crusgalli. *Lin. sp. pl. 83—Ten. fl. nap. 3. p. 68 — Bertol. fl. ital. 1. p. 423.*
   a. spiculis muticis.
Ic. *Reich. cent. 11. f. 1411* — Panicum crusgalli. *Host gr. austr. 2. t. 19.*
   b. spiculis aristatis.
   Ic. *Reich. l. c. f. 1412.*
   In cultis humentibus; *Ischia all' Orto della Mandria*, *Bagno pressa al Lago, Casamicciola, Lacco, Forio*, utraeque varietates.
   Augusto, Septembri. ⊙
   *Culmi* subteretes, ramosi, erecti, vel ascendentes; *folia* glabra, ad margines et ad carinam scabra: *vaginae* compressae: *ligula* nulla: *spicae* alternae, basi setis longis stipatae, late lineares, pollicares, et ultra: *spiculae* sparse glomeratae: *valvae* calycinae ad nervos hispidae.

### 388. DIGITARIA.

*Hall. helv. 2. p. 244 — Juss. gen. 29.*

1. D. sanguinalis. *Scop. carn. ed. 2. v. 1. p. 52 — Ten. fl. nap. 3. p. 68 — Bertol. fl. ital. 1. p. 414,* excl. var. *b.* — Panicum sanguinale. *Lin. sp. pl. 84.*
   D. caule decumbente ad nodos radicante, foliis vaginisque subpilosis,, spicis subquinis digitatis erecto-patulis, rachide ciliato-scabra, spiculis ellipticis, valva calycina majore exquisite 7-multinervia, ad nervos scabra ad margines pubescente.
   Ic. *Reich. cent. 11. f. 1407* — Panicum sanguinale. *Host gr. austr. 2. t. 17*—Ischaemum Plinii. *Clus. hist. 2. p. 17.*
   In cultis, ad vias, et in hortis ubique.
   Augusto, Septembri. ⊙
   Vulgo *Piede di pulla (Bagno)*; *Migliarinolo (a Pico, Morapane, Barano, e Fario)*, una cum sequente.
2. D. gracilis. *Guss.*
   D. caule erecto vel decumbente ad nodos radicante, spicis gracilibus 2-4, erecto-patulis, rachide levi, spiculis lanceolatis (minutis), valva calycina majore depresse 5-nervia, ad nervos levi ac glabra, ad margines pubescente.

Digitized by Google

In cultis arenosis, in humentibus ad vaporaria; *alla stufa del Cacciuto, e di Montecito presso Casamicciola, fumarole del Fico sotto le Falanghe, in quelle del Fango sopra al Lacco, del Bell' omo sopra Forio.*
Septembri, Octobri. ⨀
*Radix* fibrosa: *culmi* teretes, glabri, 1/2-1 1/2 pedales, vix ramosi et tunc erecti; vel ramosissimi, et tunc primum prostrati, inde erecti, ad geniculos infimos radices agentes; articulis ascendendo longioribus: *folia* mollia, supra laete virentia, subtus pallida, acuta, plana, saepius vero versus apicem crispato-undulata, vel subcanaliculata, glabra, tamen ad margines sparse pilosa ac tenuissime serrulato-scabra: *vaginae* viridi-striatae, compressae, articula infima omnino vaginantes, patenter pilosae; pilis glandula insertis: *ligula* albida, brevissima, truncata, denticulata: *spicae* digitatae, 2-3, sat raro plures, et tunc in fertilibus approximato-digitatae, virides, demum aliquando rubentes: *rachis* compressa, anguste linearis, dorso plana, saepe nervo dirempta, utrinque ad nervum hinc inde excavata, ad margines levi, vel sub lente tenuissime serrulato-scabra: *glandulae* duae, globosae, rubentes, tenuissime pubescentes inter spicarum basim: *spiculae* imbricatae, ad rachidem adpressae, geminae; altera sessilis, altera pedicello 1 1/2 lin. longo ad angulos scabro suffulta: *calyx* trivalvis; valva exterior ovato-lanceolata, acuta, 5-nervis, ad margines ciliata, brevissima (vix 1/2 lin. longa); altera praecedenti opposita 5-nervia, ad nervos interiores ac inter ipsos glaberrima ac levis, ad margines tenuo villosa; interior membranacea, paullo minor, glaberrima, obsolete trinervia; nervis depressis: *stigmata* duo, purpurascentia, plumosa, ex apice spiculae emergentia.
Habitus omnino *D. debilis*, quoad tenuitatem spicarum, sed tertiae valvae calycinae praesentia prorsus aliena; pro quo charactere *D. sanguinalis* proxima, sed gracilitate omnium partium, spiculis parvis, et aliis notis indicatis diversa.

### 389. CYNODON.

*Pers. syn. 1. p. 85. n. 159.*

1. C. Dactylon. *Pers. l. c.—Ten. fl. nap. 3. p. 70—Bertol. fl. ital. 1. p. 412* — Panicum Dactylon. *Lin. sp. pl. 85.*
Ic. *Reich. cent. 11. f. 1404 — Host gr. austr. 2. t. 18* — Gramen legitimum. *Clus. hist. 2. p. 217.*
*b. villosum*, foliis vaginisque piloso-ciliatis.
In cultis, ad vias, nec non in arenosis ubique; var. *b.* in arenosis maritimis; *Forio a Citara.*
Augusto, Octobri. ♃

Vulgo *Gramegna;* et hujus radices pro illis *Tritici repentis* uso medico inserviunt, uti herba aestiva tempestate copiosum pabulum armentis suppeditat.

*Radices* albae, articulatae, valde repentes, ad nodos squamatae, et ex istis stolones ramosissimi repentes, et *culmos* simplices aut ramosos emittentes: *folia* plana, patentia, saepius glaucescentia, ad margines aculeolata, subtus una cum vaginis in *a.* sparse pilosa: *ligula* brevissima, truncato-lacera: *spicae* in apice culmi ac ramorum digitatae, 3-7, filiformi-lineares, facie superiore nudae; *spiculis* unilateralibus, glabris, muticis, approximatis, ovatis, compressis, aliis sessilibus, aliis pedicellatis.

### 390. PHALARIS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 106.*

1. P. PARADOXA. *Lin. sp. pl. 1665 — Ten. fl. nap. 1. p. 18 — Bertol. fl. ital. 1. p. 345.*

Ic. *Host gr. austr. 2. t. 40 — Reich. cent. 11. f. 1491 —* Gramen phalaroides, lusitanicum. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 3. f. 6.*

Inter segetes rara; *fra Fontana, e la Pietra dell' acqua.*

Aprili, Majo. ⊙

*Culmi* erecti, inferne ramosi: *folia* plana, scabra; *vaginis* superioribus ventricosis, inflatis: *panicula* cylindracea, spiciformis, densa: *flos* intermedius in quolibet ramulo hermaphroditus, ejus valvis longe acuminatis dorsoque alatis; laterales neutri, minores, obtusissimi.

### 391. PHLEUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 109.*

1. P. ARENARIUM. *Lin. sp. pl. 88 — Bertol. fl. ital. 1. p. 360 —* Phalaris arenaria. *Ten. fl. nap. 3. p. 60.*

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1482 —* Gramen typhinum, maritimum, minus *Plukn. phyt. t. 33. f. 8.*

In arenosis maritimis; *Lacco alla marina di S. Montano* ( *Ten.* ), sed nunc non vidi.

Aprili, Junio. ⊙

### 392. CRYPSIS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1710.*

1. C. ACULEATA. *Ait. H. Kew. ed. 2. v. 1. p. 68— Ten. fl. nap. 3. p. 63 — Bertol. fl. ital. 1. p. 363.*

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1469* — Gramen supinum, aculeatum. *Bauh. hist. 2. p. 461.*

In argillosis inundatis maritimis; *Forio alla Marina di Citara presso al diruto Fortino*, ubi quondam artificialis salina.

Julio, Augusto. ⊙

*Culmi* ramosi, diffusi: *folia* brevia, margine scabriuscula; *ligulae* loco pilorum series: *spica* terminalis, sessilis, globoso-ovata, basi a vaginis ampliatis duorum foliorum horizontalium pungentium cincta: *valvae* calycinae ad carinam serrulato-ciliatae.

### 393. LAGURUS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 123.*

1. L. OVATUS. *Lin. sp. pl. 119 — Ten. fl. nap. 3. p. 94 — Bertol. fl. ital. 1. p. 728.*

Ic. *Host gr. austr. 2. t. 46 — Reich. cent. 11. f. 1415* — Gramen alopecurum, molle, spica incana. *Barr. ic. 116. f. 1, et 2.*

In campis, et in arenosis maritimis.

Aprili, Majo. ⊙

*Folia* brevia, et una cum vaginis molliter villosa: *ligula* brevis, truncata: *panicula* ovata, aut oblonga, densissima, mollissime sericea: *calycis valvae* angustissime lineares, plumosae: *valvula* corollina exterior calyce brevior, terminata aristis duabus rectis; tertia dorsali, elongata, demum contorta ac refracta.

### 394. STIPA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 121.*

1. S. TORTILIS. *Desf. atl. 1. p. 99 — Ten. fl. nap. 3. p. 95— Bertol. fl. ital. 1. p. 688.*

Ic. *Desf. l. c. t. 31. f. 1* — Spartum spica, et setulis tenuissimis caudam equinam imitantibus. *Bocc. mus. t. 97.*

In aridissimis asperis : *discesa dal Testaccio ai Maronti*, *ed alle coste di Succellaro*.

Aprili, Majo. ☉

*Folia* anguste linearia, margine scabra, cito convoluta, inferiora angustiora: *ligula* brevissima, truncato-ciliata: *panicula* stricta, anguste spiciformis, vagina folii supremi involuta : *valvae* calycinae acuminato-attenuatae: *valvula* corollina exterior calyce triplo brevior, hirsuta, apice longe aristata; aristis invicem convolutis, superne tamen refractis divaricatisque.

### 395. PIPTATHERUM.

*Paliss. agr. p. 18* — *Endl. gen. n. 794.*

1. P. MULTIFLORUM. *Palis. l. c.* — *Roem.* et *Sch. s. veg. 2. p. 329* — Urachne multiflora, et U. frutescens. *Link H. Ber. 1. p. 93* — Milium multiflorum. *Cav. dem. bot. p. 36* — *Ten. fl. nap. 3. p. 51* — *Bertol. fl. ital. 1. p. 386* — Agrostis miliacea. *Lin. sp. pl. 91.*
Ic. Milium multiflorum. *Reich. cent. 11. f. 1459* — Agrostis miliacea. *Host gr. austr. 3. t. 45* — Gramen miliaceum, majus, nutante panicula, arundinaceum. *Barr. ic. 751.*
In asperis, ad rupes, et ad muros.
Aprili, Septembri. ♃, et basi fere ♄
*Culmi* basi duri, et fere suffrutescentes, numerosi: *folia* plana, ad margines scabra: *ligula* brevis, obtusa, ciliata: *panicula* laxa, patens, demum subcontracta, ramosissima; ramis remote semiverticillatis, inferioribus saepe sterilibus: *spiculae* parvae, aristatae; aristis rectis calycem 2-3-plo superantibus — Confer pro hac specie, et pro *P. frutescenti*, quae notavi in *syn. 1. p. 131*, et *Bertol. l. c.*

### 396. GASTRIDIUM.

*Paliss. agr. p. 21* — *Endl. gen. n. 811.*

1. G. LENDIGERUM. *Gaud. agrost. helv. 1. p. 176* — Milium lendigerum. *Lin. sp. pl. 91* — *Ten. fl. nap. 3. p. 51* — *Bertol. fl. ital. 1 p. 390.*
Ic. *Reich. cent. 11. f. 1418* — Milium lendigerum. *Host gr. austr. 3. t. 24* — Agrostis ventricosa. *Gov. H. monsp. p. 11. f. 2*, mala.
In cultis, et in campis apricis.
Aprili, Majo. ☉
*Culmi* saepius erecti, ac stricti: *folia* ad margines scabra: *ligula* oblonga: *panicula* nitide albida, spiciformis, densa, lanceolata, sub anthesi vix

patens: *spiculae* parvae, aristatae; arista sub apice inserta, calycem parum excedente, demum contorta.

### 397. POLYPOGON.

*Desf. atl. 1. p. 66.*

1. P. MONSPELIENSE. *Desf. l. c. — Ten. fl. nap. 3. p. 66 — Bertol. fl. ital. 1. p. 379* — Alopecurus monspeliensis. *Lin. sp. pl. 89.*
   Ic. *Reich. cent. 11. f. 1446* — Agrostis panicea. *Host gr. austr. 3. t. 46*—Gramen alopecurum, majus, spica virescente divulsa, pilis longioribus. *Barr. ic. 115. f. 2.*
   In udis humentibus; *Bagno alle sponde del Lago, Casamicciola, Laceo, Forio a Citara.*
   Aprili, Majo. ⊙
   *Culmi* erecti, aut ascendentes: *folia* acuminata, ad margines scabra: *ligula* oblonga, brevis, lacera: *panicula* densa, lobata, oblongo-lanceolata, coarctata, sub anthesi patens, virescens: *spiculae* parvae, approximatae: *calycis valvae* puberulo-scabrae, ad margines tenue scariosae denseque ciliatae, ex apice breviter emarginato-bifido aristatae; arista recta, valvam multo excedente.
2. P. ASCENDENS. *Guss.* in *Bertol. fl. ital. 2. p. 777 — Ten. fl. nap. 5. p. 319.*
   P. culmo ascendente ad nodos inferne radieante, panicula ovali-lanceolata composito-lobata densiflora, valvis calycinis oblongo-lanceolatis subretusis arista sublongioribus dorso hispidulis, carina ciliatis margine nudis apice subretusis.
   Ic. *nostra* t. *XIX. f. 1. a,* et *b.*
   In humentibus; *Bagno presso al lago al di là delle case di Buonocore.*
   Junio, Augusto. ♃
   *Folia* plana, patentia, ad margines et subtus scabra, supremum paniculam subvaginans: *ligula* bilinearis, lacera: *paniculae* rami scabriusculi, sub anthesi erecto-patuli; spiculis in ipsis unilateralibus: *calyces* 1-2-flori; valvis ad carinam virentibus, caeterum albis, acutiusculis aristatis; aristis utriusque valvae istas aequantibus, non altera breviore, ut in *P. litorali*; *valvula* levis, et major vix sub apice aristata—Cum *P. monspeliense* nullimodo confundendum, sed *P. litorali Smith* magis affinis, tamen uti notat Cl. *Bertol. l. c.* in planta *Smithii* racemuli partiales longius pedunculati, inter se remotiores; calyces dorso subnudi, margine longe ciliati, evidenter acute bidentati. Confer ic. *Reich. cent. 11. f. 1417.*

Inter *Juncos* prope Neapolim *ai Bagnoli* inveni, et inde in loco notato vidi, ubi nunc fere destructum.

### 398. AGROSTIS.

*Endl. gen. n. 810.*

1. A. ALBA. *Lin. sp. pl. 93 — Dec. fl. fr. 3. p. 22*, et *Duby bot. gall. 509*, ex eorum descriptione!— A. alba, *a. Ten. fl. nap. 3. p. 53— Schrad. fl. germ. 1. p. 209*, et *Smith engl. fl. 1. p. 93? —* A. stolonifera, *d gracilis. Pers. syn. 1. p. 75?*
   A. radice repente, caule basi ramoso saepe ad nodos radicante, foliis planis striatis margine scabris, ligula oblonga obtusa, panicula lanceolato-oblonga sub anthesi patente, ante posteaque subcontracta, spiculis ovato-lanceolatis, valvis calycinis patulis subaequalibus enerviis obsoleto carinatis ovali-lanceolatis acutis (non acuminatis margine albido-scariosis) ad carinam una cum pedunculis bispidulo-scabris valvulam corollinam majorem obtusam 3-dentatam fere duplo superantibus.
   Ic. *Leers herbor. p. 21. t. 4. f. 5.* (nam valvae muticae, sub anthesi borizontaliter patentes, spiculae albidae, demum flavescentes in descr.) A. coarctata. *Reich. cent. 11. f. 1431?* quoad habitum et calyces — A. varia. *Host gr. austr. 4. t. 57*, ic. sinistra ex *Marsch.*
   *b.* valvis glabris ad carinam elevatam intense virentibus, margine vix scariosis.
   In apricis berbosis, et in cultis: var. *a*, *Chianole del Testaccio, al monte Vetta, ed alla salita delle Petrelle, al piano de Muori, al Jetto* : var. *b. nella parte bassa della cava di Cerambi.*
   Aprili, Majo. ♃
   *Spiculae* in hac ob valvarum figuram ovato-lanceolatae, non exacte lanceolatae, uti in sequente: *valvae* apice non acuminatae, saepius semipatentes — Synonyma pauca ad hanc et sequentem citavi, quia species extricatu difficiles, et a plerisque auctoribus in unicam confusae.
2. A. STOLONIFERA. *Lin. sp. pl. 93 — Dec. l. c. p. 23*, et *Duby l. c. p. 503*, ex eorum descriptione - A. alba,var. *b. Ten. fl. nap. 3. p. 53.*
   A. radice stolonifera, culmo basi subramoso, foliis planis striatis margine scabris, ligula oblonga obtusa, panicula lanceolato-elongata densiuscula sub anthesi patente antea posteaque contracta, pedunculis hispido-scabris, valvis subaequalibus lanceolatis acuminatis exquisite carinatis (pallide virentibus opacis) ad carinam una cum pedunculis hispido-scabris caeterum glabris valvulam corollinam majorem truncatam tridentatam excedentibus.

## 400. AMPELODESMOS.

*Link H. Ber. 1. p. 136.*

1. A. TENAX. *Link l. c.* — Arundo Ampelodesmos. *Cyr. pl. rar. neap. fasc. 2. p. 30 — Bertol. fl. ital. 1. p. 738* — A. festucoides. *Desf. atl. 1. p. 168 — Ten. fl. nap. 3 p. 102.*
   Ic. *Reich. cent. 17. f. 501*, optima—*Cyr. l. c. t. 12*— Calamagrostis nastroides, avenacea panicula. *Barr. ic. 363.*
   In aridissimis asperis; *pressa la strada che dal Lacco conduce al Carusa sotta Zale* pancos caespites tantum vidi.
   Aprili, Majo. ♃
   *Planta* dense caespitosa:*culmi* farcti, superne nudi;*folia* intense virentia, tenacia, numerosa, longe attenuata, ad margines scaberrima, apice recurvato-dependentia : *panicula* secunda, densiuscula, elongata ; ramis demum dependentibus.

## 401. ARUNDO.

*Link. H. Ber. 1. p. 135.*

1. A. DONAX. *Lin. sp. pl. 120 — Ten. fl. nap. 3. p. 100 — Bertol. fl. ital. 1. p. 732.*
   Ic. *Reich. cent. 11. f. 1731*—A. Donax sativa, sive Cypria. *Lob. ic. 51.*
   Ad economicos usus olim culta, nunc spontanea etiam in siccis ad agrorum margines.
   Septembri, Octobri. ♄
   Vulgo *Canna.*
   *Culmi* fruticosi, firmi, 6-14-pedales : *folia* glaucescentia, lata, acuminata : *panicula* oblongo-ovalis, densa: *spiculae* pallide albidae.
2. A. PLINIANA. *Turr. fl. ital. pr. p. 63 — Bertol. fl. ital. 1. p. 734*— A. mauritanica. *Desf. atl. 1. p. 106* — A. collina. *Ten. fl. nap. 3. p. 101.*
   A. panicula elongata erecta ramosissima subcontracta , calycibus subtrifloris, floribus barbatis pilis corollam aequantibus calyce brevioribus , valvula corollina exteriore acuminato-aristata , arista calycem subexcedente , foliis late linearibus planis, culmo fruticoso inferne semifarcto.
   Ic. *Reich. cent. 11. f. 1732 — Ten. l. c. t. 108* — Arundo semifarcta Rheni Bononiensis Plinii. *Zannon.* cum *Monti hist. pl. p. 27. t. 19. f. 2*, ex *Bertol.*
   Ad sepes, ad rupes, et in marnaceis collibus passim.

Digitized by Google

Augusto, Septembri. ♄

Vulgo *Cannella*.

*Radices* late repentes: *culmi* erecti, potius graciles, sed 4-6-pedales, superne fistulosi: *folia* late linearia, margine scabra : *ligula* brevissima, truncata: *panicula* 1-2-pedalis; ramis sub anthesi patentibus: *spiculae* numerosae, virentes, aut viridi purpurascentes, saepius 1-2-florae.

### 402. PHRAGMITES.

*Trin. fund. agr. p. 134.*

1. P. COMMUNIS. *Trin. l. c.* — Arundo Phragmites. *Lin. sp. pl. 120* — *Ten. fl. nap. 3. p. 101* — *Bertol. fl. ital. 1. p. 741.*
   Ic. *Reich. cent. 11. f. 1729* — Arundo Phragmites. *Schrad. fl. germ. 1. t. 5. f. 4.*
   *b. humilis*, culmo 1-3-pedali, foliis saepe convoluto-pungentibus magis glaucescentibus, panicula contractiore, spiculis virentibus, corollina valvula exteriore pilos excedente, pilis ad omnes paniculae ramificationes copiosioribus longioribusque. *Guss. syn. 1. p. 140.*
   In udis arenosis; *Bagna alle spande del Laga*, sola var. *b*, sed nunc fere destructa.
   Julio, Augusto. ♄
   *Radices* repentes: *folia* acuminata: *panicula* erecta, ovalis.

### 403. MELICA.

*Lin. sp. pl. ed. Schreb. n. 113.*

1. M. CILIATA. *Lin. sp. pl. 97* — *Ten. fl. nap. 3. p. 59*, var. *a*. panicula spicata— *Bertol. fl. ital. 1. p. 487.*
   Ic. *Reich. cent. 11. f. 1574*, *et 1575*— Gramen montanum, Avenae, semine. *Clus. hist. 2. p. 199.*
   In sylvaticis rupestribus; *nella via della selva della Nace, in quella che attraversa l'Arso versa S. Michele, discesa dal Fanga a S. Giuseppe, nella strada sotto S. Nicola , Lacca nella salita da S.Mantano a Zale*, ec.
   Majo, Junio. ♃
   *Culmi* erecti: *folia* plana, demum convoluta: *ligula* brevis integra , aut laciniata : *panicula* densa, spiciformis, elongata : *spiculae* fere horizontales , demum albidae , ac longe ciliatae , ob flosculi inferioris fertilis valvam corollinam exteriorem margine undique pilosam , dorso scabram.

### 404. KOELERIA.

*Pers. syn. 1. p. 97.*

1. K. PHLEOIDES. *Pers. l. c. — Ten. fl. nap. 3. p. 93*—Festuca cristata. *Bertol. fl. ital. 1. p. 624* — Poa cristata. *Lin. sp. pl. 111.*
*a*. valvis calycinis, et valvula corollina exteriore hirsutis. *Guss. syn. 1. p. 144.*
Ic. Lophochloa phleoides. *Reich. cent. 11. f. 1581* — Festuca phleoides. *Host gr. austr. 3. t. 21!*—Festuca phleoides. *Desf. atl. 1. p. 93. t. 23.*
*b*. valvis calycinis, et valvula corollina exteriore glabris, carina scabris. *Guss. l. c.*
c. valvis calycinis, et valvula corollina exteriore undique glabris levibusque, ad carinam superne pilosis. *Guss. l. c.*
cc. *tuberculata;* valvulis corollinis inter nervos tuberculatis.
In apricis campis, ad vias, ad murorum supercilia, et in cultis passim: var. *cc. Panza alla Guardiola di S. Gennaro.*
Martio, Majo. ⊙
*Panicula* densiflora, cylindracea, saepe lobata, virescens: *spiculae* parvae, approximatae, aristatae; flore ultimo mutico; aristis mollibus, calycem parum excedentibus.

2. K. BARRELIERI. *Ten. syll. p. 39* — Phalaris Barrelirri. *Ten. fl. nap. 3. p. 61.*
K. panicula cylindraceo-oblonga, spiculis 1-2-floris, floribus calyce subbrevioribus, valvis calycinis obtusis piloso-hispidis denseque pubescentibus, valvula corollina exteriore mutica vel remote sub apice breviter aristata, arista inclusa, foliis vaginisque pubescentibus, culmis a foliorum vaginis exertis.
Ic. K. villosa. *Reich. cent. 11. f. 1667.*
*b*. culmis a foliorum vaginis tectis.
In arenosis maritimis; *Bagno nelle arene della marinella presso al Lago, Lacco alla marina di S. Montano, Forio a Citara.*
Aprili, Majo. ⊙
*Valvae* calycinae ad margines late albo-scariosae, ad carinam et ad faciem exteriorem pilosae; pilis tuberculo insidentibus: *valvula* corollina exterior brevissime aristata, ad carinam tantum ciliato-scabra, caeterum levis ac glabra (non tuberculato-scabra); interior apice bifida.

2. K. VILLOSA. *Pers. l. c. p. 97 — Ten. fl. nap. 3. p. 93* — Avena pubescens. *Vahl symb. 3. p. 9?—Bertol. fl. ital. 1. p. 439*, excl. plur. syn.
K. panicula cylindracco-oblonga, spiculis 1-2-floris. floribus calyce subbrevioribus, valvis calycinis piloso-hispidis acutis margine tenue scario-

sis, valvula corollina exteriore sub apice aristata, arista exerta, foliis vaginisque molliter pubescentibus.

Ic. *nulla*.

In arenosis maritimis una cum praecedente provenit.

Aprili, Majo. ⊙

*Culmi* parum exerti: *valvae* calycinae angustae: *valvula* corollina exterior tuberculato-scabra, ad carinam scabriuscula, quod non in praecedente, at paniculae in utrisque pallide ex albido-virentes, 1/2-1-pollicares: *ligula* truncata, brevissima, ciliato-lacera.

### 405. TRISETUM.

*Endl. gen. n. 863.*

*Spiculae* ovatae, paniculatae, 2-4-florae; floribus 3-5, hermaphroditis, vel summo sterili, distichis, remotiusculis, alternis. *Valvae calycinae* subaequales, muticae, carinatae, 1-3-nerviae, floribus breviores. *Valvula corollina* exterior bidentata, vel bisubulata, supra medium dorsi aristata; arista tortili. *Ovar.* apice glabrum.

1. T. Michelii — Bromus Michelii. *Savi cose bot. p. 40* — Festuca Michelii. *Kunt. en. 1. p. 397—Bertol. fl. ital. 1. p. 629*—Koeleria macilenta. *Dec. fl. fr. 5. p. 270 — Ten. fl. nap. 5. p. 318* – Avena puberula. *Guss. pl. rar. p. 55.*

Ic. *Savi l. c. t. 5. f. 1*, et *t. 9. f. a. b. — Guss. l. c. t. 10. f. 2.*

In apricis asperis; *Ischia all' Arso, e ne' scogli di S. Anna, colline del Bagno, Casamicciola al Mortito, Lacco al monte Vico.*

Aprili, Majo. ⊙

*Culmi* graciles, stricti, saepe caespitosi, 3-8-pollicares: *folia* anguste linearia, pubescentia, uti *vaginae* quae striatae: *stipula* brevis, lacero-dentata: *panicula* stricta, contracta, spicaeformis: *spiculae* sub 3-florae: *valva calycina* altera triplo longior: *valvula corollina* exterior carinato-canaliculata, ad carinam scabra, apice bifida; laciniis angustis, acuminatis, sub apice aristata; arista recta, setiformi.

2. T. neglectum. *Roem.* et *Schult. s. veg. 2. p. 660 — Ten. fl. nap. 3. p. 99*—Avena neglecta. *Savi fl. pis. 1. p. 132—Bertol. fl. ital. 1. p. 713* — A. panicea. *Lam. ill. gen. n. 1117.*

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1687 — Savi l. c. t. 4.*

In asperis apricis, et ad vias secus muros in herbosis; *Ischia all' Arso, Bagno nella collina di S. Pietro, Forio alla marina di Montevergine.*

Aprili, Majo. ⊙

*Culmi* simplices, aut ramosi, basi saepe infracti, in hac insula 3-6-pollicares: *folia* ac *vaginae* pubescentes: *ligula* brevis, truncata, lacero-den-

tata : *panicula* densa , oblongo-cylindracea, sublobata , pallide virens (nunquam aurea), ante et post anthesim coarctata, sub anthesi erecto-patens: *spiculae* 4-6-florae: *calycis valvae* acutae, 3-nerviae, ad carinam scabrae : *valvula corollina* exterior albo-scariosa, breviter bicuspidata, supra medium dorsi aristata; arista gracili, recta, subtorta — *T. condensato* affinis ; a quo foliis vaginisque pubescentibus , panicularum forma oblongo-cylindracea, spiculis pallide virentibus , et florum numero in qualibet spicula egregie recedit.

### 406. AVENA

*Endl. gen. n. 864.*

*Spiculae* oblongae ,laxe paniculatae (saepius pendulae), 3-multiflorae; floribus alternis, remotiusculis, hermaphroditis, summo saepe sterili. *Valvae calycinae* 3-multinerviae, muticae,subaequales, concavae, flores superantes. *Valvula corollina* exterior apice bifido-bicuspidata, supra basim aristata ; arista geniculata , inferne torta. *Ovar.* apice hirsutum.

1. A. ATHERANTHA. *Presl cyp.* et *gram. sic. p. 30—Ten. syll. p. 51—Guss. syn. 2. p. 787*, et A. hirsuta. *Guss. syn. 1. p. 155*, non *Roth.*

A. panicula secunda effusa, ramis infimis subdivisis, spiculis sub 3-floris , floribus omnibus aristatis calyce aequalibus , valvula corollina exteriore infra medium axeque hirsuta apice bifida, laciniis setiformibus elongatis, aristis valvula sua 2-3-plo longioribus.

Ic. *nulla.*

In campis aridis,ad agrorum margines, et supra muros ac maceries ubique. Aprili, Majo. ⊙

*Culmi* erecti, simplices, 1/2-3-pedales : *folia* glabriuscula , ad margines scabra: *vaginae* tenue striatae, pubescentes : *ligula* acuta, vel truncato-lacera: *panicula* laxa , apice nutans ; ramis praesertim inferioribus sub anthesi rectangule patentibus: *spiculae* dependentes, raro triflorae: *valvae calycinae* scariusae, acuminatae, 7-nerviae, non 9-nerviae, ut in *A. hirsuta Roth (Koch syn. ed. 2. p. 918)*; nervis virentibus, linea albida in medio notatis: *valvulae corollinae* exterioris nervi quoque virentes ; apices vero aristaeformes albidi , ac elongati : *aristae* a basi ad medium fuscae. — Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 695* , hanc ab *A. fatua* non separat, quia valvulae exterioris corollinae apices aristaeformes quoad longitudinem variare dicit ; tamen in innumeris speciminibus hoc non vidi — Praeterea cl. *Parlat.* in *Webb. phyt. can. v. 3. pars 2. sect. 3. p. 401*, et *Cosson* in *Bull. soc. bot. de Franc. Juin 1854* ab *A. hirsuta*, pro qua olim habui , non distinguunt , sed confer quae dixi in *syn. l. c.*

Digitized by Google

2. A. STERILIS. *Lin. sp. pl. 118 — Ten. fl. nap. 3. p. 96 — Bertol. fl. ital. 1. p. 692.*

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1711 — Host gram. austr. 2. t. 57 —* Gramen avenaceum, utriculis lanugine flavescentibus. *Scheuch. agr. p. 239 t. 5. f. 1.*

In cultis, et in vineis; *nelle coste occidentali della cava del Carusiello, e di Cerambi, ne'siti coltivati di monte Vetta alle Petrelle, ed in quelli delle Falanghe.*

Majo, Junio. ⨀

*Spiculae* majusculae, dependentes: *flosculi* duo superiores steriles, mutici, et uti axis glabri; duo inferiores aristati, ac a basi ad medium valvularum corollae setoso-pilosi — Mihi non latet plures auctores sed praesertim *Link H. Berol. 1. p. 108*, ac *2. p. 260*, et *Koch syn. ed. 2. p. 916* ad hoc genus *Triseta*, et *Airae* species nonnullas retulisse, sed rectius cum aliis uti diversa enumeranda putavi, ob notatos characteres, et habitum peculiarem.—Confer. *Coss. l. c.*, et *Jord. pug. pl. nov. p. 143.*

407. AIRA.

*Endl. gen. n. 859.*

*Spiculae* globoso-ovales, paniculatae, definite 2-florae; floribus hermaphroditis, omnibus perfectis, aequaliter sessilibus, vel altero brevissime pedicellato. *Calycinae valvae* uninerviae, nitidae, scariosae, muticae, concavae, subaequales, flores excedentes. *Corollina valvula* exterior apice 2-dentata, mutica vel dorso infra medium aristata; arista plicata, tortili. *Ovarium* glabrum.

1. A. TENORII. *Guss. syn. 1. p. 147 — Bertol. fl. ital. 1. p. 444 —* A. pulchella. *Link H. Ber. 1 p. 130*, non *Spr.*, nec *Roem. et Schult.*— Airopsis pulchella. *Ten. fl. nap. 3. p. 56.*

A. paniculae rariflorae ramosissimae ramis capillaribus trichotomis patentissimis divaricatisque, ramulis ultimis elongatis sparsis unilocustiferis, valvis calycinis levibus obtusis sub anthesi patentibus flores muticos superantibus, valvulis corollinis glabris, seminibus oblongis obtusis altero latere sulcatis, foliis inferioribus involuto-setaceis, vaginis scaberrimis, culmo erecto vel genu decumbente.

Ic. *Ten. l. c. t. 102 —* Gramen paniculatum, arvense, minimum. *Buxb. cent. 5. p. 35. t. 67. f. 1.*

*b. aristata:* floribus utrisque dorso aristatis, arista exerta, panicula minus laxa, spiculis confertioribus.

In asperis sterilibus ubique; sed var. *b.* satis rara, et unica vice vidi *presso Forio nel basso nelle falde settentrionali della punta dell' Imperatore sopra Citara.*

Digitized by Google

Aprili, Majo. ⊙

*Caules* 3-8-pollicares, graciles, leves: *folia* deorsum scabra, superiora parum latiora: *vaginae* striatae: *ligula* oblongo-lanceolata, acuta: *panicula* circumscriptione fere globosa, ramis ita tenuibus, ut vix conspiciantur: *spiculae* globoso-ovatae, valde minutae; floribus basi glabratis: *valvae* calycinae enerviae, concavae, carinatae, subintegrae, in apice albido-scariosae, et demum uti paniculae rami purpurascentes, in *b.* pallide luteolae, apice non scariosae: *valvula corollina* exterior enervia, obtusa.

2. A. CAPILLARIS. *Host gr. austr. 4. p. 20 — Ten. fl.nap.5. p. 322.—Bertol. fl. ital. 1. p. 457*, excl. var. *b.*, et *seyn Bar.* a var. *a.*

A. paniculae ramis trichotomis capillaribus divaricato-patentibus, ramulis ultimis elongatis, spiculis oblongis (minutis) sparsis (non approximatis), pedicello 5-6-plo brevioribus, floribus altero vel utrisque aristatis, valvis calycinis acutis subintegris carina leviusculis, corollina exteriore basi glabra apice scabriuscula acute ac longiuscule bifido-aristata, arista dorsali calycem duplo excedente, foliis radicalibus setaceis, vaginis scabris, ligula oblonga acuta sublacera.

Ic. *nostra t. xx. f. 1. a*, et *b.* — *Host l. c. t.35—Reich. cent. 11.f.1677.*

In sylvaticis apricis; *selve dell' Ulicella sotto Trippiti, del Rotaro, del Castiglione, del monte Vezza.*

Aprili, Majo. ⊙

*Culmi* plures, erecti, 5-12—pollicares: *folia* glaberrima, pallide virentia; caulina superiora latiora, tenue striata: *paniculae* rami leviusculi, et aliquando ita divaricati ut in praedente: in eadem panicula flores utrique aristati, vel tantum alter: *valvula corollina* exterior apice scabriuscula. —*A. ambiguae*, et *A. intermediae* valde affinis; sed in hac valvae calycinae obtusissimae, leves, et apices aristaeformes valvulae corollinae exterioris breviores: in prima paniculae rami minus divaricati; spiculae paullo majores.

3. A. CORSICA. *Jord. pug. pl. nov. p. 143*, ex specimine.

A. paniculae ramis irregulariter trichotomis capillaribus semi-patentibus (non divaricatis), ramulis ultimis parum elongatis, spiculis ovalibus (minutis) approximatis pedunculo 1-2-plo brevioribus, flore altero aristato, calycinis valvis obtusis cum acumine sub-erosis ad carinam scabris margine minutissime denticulatis, corollina valvula esteriore basi glabra minutissime muricato-scabra breviter bifido-aristulata, arista dorsali calycem duplo excedente, foliis radicalibus setaceis vaginisque asperis, ligula acutissima bifida.

Ic. *nostra t. xx. f. 2. c.*

In aridis apricis, *nelle selve delle Falanghe, e del Rotaro.*

Aprili, Junio. ⊙

*Paniculae* rami minus divaricati, sed densius setoso-scabri; *spiculae* magis ovales—Recte notat cl. *Jord. l. c.* hanc differre a praecedente paniculae ramis ultimis brevibus; *spiculis* minoribus, fructiferis saepe approximatis, nec omnibus solitariis distantibusque; colore totius plantae non ut in illa pallidissimo.

4. *A* Cupaniana. *Guss. syn. 1. p. 148.*

A. paniculae ramis trichotomis capillaribus sub anthesi semipatentibus, demum subcontractis, spiculis approximatis ovatis (parvis) pedicellum subaequantibus, flore altero aristato, valvis calycinis apice denticulata-laceris obtusis cum acumine carina scabris, corollina valvula exteriore undique muriculata breviter bifido-aristata, basi brevissime pilosa, arista dorsali calycem duplo excedente, foliis setaceis vagina scabriusculis, ligula oblonga acuta subintegra.

Ic. *nostra t. xx. f. 3. d.* — Gramen tenue, avenacea versicolori panicula. *Bon. t. 145.*

*b.* flosculis utrisque aristatis, valvis calycinis dorso atrorubentibus apice margineque albo-scariosis.

In apricis mare finitimis rara; *Ischia all'Arso, Forio*: var *b. all'Arso.*

Var. *b.* quae forsan species propria ad specimina *A. caryophylleae* ex Dania accepta maxime accedunt.

5. A. caryophyllea. *Lin. sp. pl. 97—Ten. fl. nap. 3. p. 56,* excl. *var. b. Bertol. fl. ital. 1. p. 455.*

A. paniculae ramis trichotomis filiformibus patentibus demum erecto-patulis, spiculis oblongis approximatis pedicellum subaequantibus, calycinis valvis acutis apice denticulatis carina scabris, corollina valvula exteriore ad apicem muricata basi pilosa apice bifido-aristata, arista dorsali calycem duplo excedente, foliis infimis lineari-setaceis, vaginis asperis, ligula oblonga acuta fissa.

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1676 — Host gram. austr. 2. t. 44*—Gramen paniculatum, minimum, molle. *Scheuch. agr. p. 215. t. 4. f. 15.*

In sylvaticis arenosis; *Rotaro, Vataliere, alle Falanghe,* ec.

Aprili, Majo. ⨀

*Culmi* ad summum 5-pollicares: *folia* lacte virentia: *spiculae* in hac majores, quam in praecedentibus: *valvula* corollina major apice longius bifida, laciniis setaceis.—Specimina ex Gallia, Germania, Helvetiaque accepta cum nostra conveniunt, uti quoque illa quae nomine A. *divaricatae Loisel.* cl. *Jord.* ex Gallia meridionali misit; sed in istis vaginae leves, et icon *Loisel. fl. gall. ed. 2. t. 23,* tam a nostra quam a planta *Jord.* habitu, et statura humillima recedit. Illa vero quae ex Dania habui var. *b, A. Cupanianae* exacte referunt — Tandem Cl. *Vis. in fl. dalm. 1. p. 68. A. capillarem* cum hac uti varietatem associat, sed in natura minime variant.

### 408. CORYNEPHORUS.

*Paliss. agr. p. 90. — Endl. gen. n. 856.*

1. C. ARTICULATUS. *Paliss. l. c. p. 90 — Roem. et Schult. s. veg. 2. p. 689 —* Aira articulata. *Desf. atl. 1. p. 70—Ten. fl. nap. 3. p. 453— Bertol. fl. ital. 1. p. 453.*
   Ic. *Desf. l. c. t. 13.*
   In sabulosis maritimis passim, sed in litore meridionali hujus Insulae deest.
   Aprili, Majo. ⊙
   *Culmi* graciles, erecti: *folia* glaucescentia, ad margines scabra, radicalia setacea; caulina plana, demum convoluta: *ligula* integra, elongata: *paniculae* aequalis oblongae rami graciles piloso-scabri, patentes, post anthesim contracti: *spiculae* parvae, approximatae: *flores* calyce minores: *valvae* calycinae acuminatae.

### 409. HOLCUS.

*Pers. syn. 1. p. 78.*

1. H. LANATUS. *Lin. .p. pl. 1485 — Ten. fl. nap. 5. p. 286 — Bertol. fl. ital. 1. p. 477.*
   Ic. *Host gr. austr. 1. t. 2 — Reich. cent. 11. f. 1718,* ad *1720—Leers herb. t. 7. f. 6 —* Gramen pratense, paniculatum, molle. *Bauh. pr. p. 5.*
   In herbosis, in asperis, et in arenosis sylvaticis ubique.
   Junio, Augusto. ♃
   Planta undique molliter pubescens: *panicula* ovata, densa, albido-virens, sub anthesi patens: *valvula corollina* exterior latior, parum longior et trinervia aristata; *arista* apice recurva, apud nos parum exerta.

### 410. SORGHUM.

*Pers. syn. 1. p. 101.*

1. S. HALEPENSE. *Pers. l. c. — Bertol. fl. ital. 1. p. 473 —* Holcus halepensis. *Lin. sp. pl. 1485.*
   *b. Schreberi;* panicula laxa diffusa, floribus hermaphroditis inferioribus muticis, superioribus foemineisque aristatis, masculis binis pedicellatis unico versu inflexis, florum hermaphroditorum corollis 2-valvibus. *Ten. fl. nap. 5. p. 286.*

Digitized by Google

Ic. *Host gr. austr. 1. p. 1. t. 1*, optima — *Reich. cent. 11. f. 1503*— Gramen palustre, arundinaceum, Milii panicula, semine Phalaridis. *Barr. ic. 8.*

In cultis arenosis passim.

Septembri, Octobri. ♃

Cl. *Ten.* speciem diversam putat a vero *S. halepense*, sed omnes auctores, praeter *Sibth.* in *fl. gr. v. 1. p. 159. t. 68*, valvulas corollinas duas huic speciei tribuunt, et ita in natura sunt. Praeterea in herbario meo duo specimina habeo a Cl. *Siebero* missa; unum prope Tergestum lectum nomine *Holchi arundinacei*; in quo radices repentes, ac panicula ampla; et ad istum nostra planta spectat: alterum nomine *Holchi halepensis* ex Aegypto (quod habui quoque a cl. *Savio* ex plantis aegyptiacis Raddianis) in cujus schedula notatur *radices fibrosae*; et in isto folia angustiora; panicula minus ampla ac contracta, in utrisque tamen glumae corollinae bivalves; ita ut si hoc erit verum *S. halepense*, uti videtur, tunc nostrum nomine *S. arundinacei*, quia anterius, recognoscendum.

### 411. IMPERATA.

*Cyr. pl. rar. neap. f. 2. p. 26.*

1. I. ARUNDINACEA. *Cyr. l. c.* — Saccharum cylindricum. *Lam. dict. enc. 1. p. 594* — *Ten. fl. nap. 3. p. 49* — *Bertol. fl. ital. 1. p. 332*— Lagurus cylindricus. *Lin. sp. pl. 120.*

Ic. *Cyr. l. c. t. 11* — I. cylindrica. *Reich. cent. 11. f. 1504.*

In herbosis aridis, aut humentibus; *nelle falde meridionali esterne del cratere del Rotaro verso la metà poco sopra la strada dirimpetto le case, Casamicciola presso la stufa del Cacciuto, presso la punta di S. Angelo alle fumarole della costa del Funnolillo.*

Majo, Junio. ♃

*Radices* repentes: *folia* intense virentia, rigida, stricta, plana, demum convoluta, supremo spathaceo: *panicula* densa spiciformis, sericeo-mollissima, nivea.

### 412. ANDROPOGON.

*Link H. Berol. 1. p. 230.*

1. A. HIRTUM. *Lin. sp. pl. 1482*—*Ten. fl. nap. 5. p. 285*, excl. var. *b.*— *Bertol. fl. ital. 1. p. 468.*

A. spicis in pedunculorum pubescentium aut crinitorum apice geminis, altera pedicellata, spiculis obtusis villoso-sericeis, pilis erecto-patenti-

bus, mascula mutica, hermaphrodita aristata, aristis valvula corollina sua 4-plo longioribus, foliis anguste linearibus canaliculatis elongatis, culmo apice ramoso.

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1498* — Gramen dactylon, spicis ab eodem exortu geminis. *Bocc. mus. di Fisic. p. 315. t. 8. f. 1.*

In asperis, et in saxosis ubique.

Aprili, Octobri. ♃

Vulgo *Cajarcieri*, una cum sequente.

2\. A. PUBESCENS. *Vis. pl. rar. Dal. p. 3 — Bertol. fl. ital. 4. p. 779* — A. hirtum, *b. Ten. fl. nap. 5. p. 285.*

A. spicis in pedunculorum glabrorum apice geminis, altera pedicellata, spiculis acutis adpresse pilosis, mascula mutica, hermaphrodita aristata, aristis valvula sua 6-plo longioribus, foliis anguste linearibus canaliculatis brevibus, culmo apice ramoso.

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1499.*

Cum praecedente, simulque floret.

Species istae quamvis simul proveniant, et admodum affines inter se sint, tamen una in alteram non transit. Confer quae notavi in *syn. 1. p. 162.*

### 413. ZEA.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1403.*

1\. Z. MAIS. *Lin. sp. pl. 1378.*

Ic. *Blackw. herb. t. 547. a*, et *b.* — Frumentum indicum. *Dod. pempt. 509 — Zuing. theatr. p. 328.*

Colitur.

Majo, Junio. ⊙

Vulgo *Granodindia*, et duae varietates coluntur:

*a.* semine majori, culmo elatiore.
*Granodindia grosso.*

*b.* semine minori, caule humiliore.
*Granodindia quarantino.*

# III.

# ACOTYLEDONEAE-VASCULARES

## 98. EQUISETACEAE. *Dec.*

### 414. EQUISETUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1614.*

1. E. TELMATEJA. *Ehrh. beitr. 2. p. p. 159*— E. fluviatile. *Ten. fl. nap. 5. p. 300*, non *Lin.*
   Ic. *Vauh. mon. des Preles t. 2.* — Hippuris major. *Dod. pempt. 73.*
   In udis argillosis; *monte Vetta alla salita delle Petrelle, presso le sorgenti del piano de' Muori, e della cava di Buceto, di Brusomonte, Casamicciola nel vallone di Ombraseo, Lacco nella cava del Larito.*
   Januario, Februario. ♃
   Vulgo *Pignazze.*
   *Caules* fructiferi praecoces, demum evanidi, crassi, simplicissimi; vaginis amplis, tubulosis, approximatis, 20-30-setaceo-dentatis, fusco-lineatis; steriles seriores scabri, elati, verticillato-ramosissimi, eorum *vaginis* angustis, 4-5-dentatis: *spicae* terminales, crassae, 1-2-pollicares.
   Cl. *Koch* in *syn. ed. 2. p. 964* synonymum E. fluviatilis *Lin.* ab hac specie excludit.
2. E. RAMOSUM. *Schleich. cat. pl. Helv. 1801. p. 27* — *Koch syn. ed. 2. p. 966*—E. ramosissimum. *Desf. atl. 2. p. 398*, non *Humb. et Bonpl.*— E. multiforme. *b*, et *e. Ten. fl. nap. 5. p. 301.*
   Ic. *Vauch. l. c. t. 6.*
   In umbrosis sylvaticis, et in humentibus argillosis; *Buceto, piano de' Muori, valle di Canniani, salita del Telegrafo di Pietra sparaina, cavone delle Nocelle, e dello Schiapparo.*
   Junio, Julio. ♃
   *Caules* leves, numerosi, steriles, ac fructiferi conformes, simplices, vel ramosi; ramis verticillatis: *vaginae* breves, 6-8-dentatae; dentibus plerumque sphacelatis: *spicae* terminales, cylindraceae, vel ovales, acutae, fusco-atrae, 5-10 lin. longae.

## 99. OPHIOGLOSSAE. *Brown.*

### 415. OPHIOGLOSSUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1621.*

1. O. LUSITANICUM. *Lin. sp. pl. 1518 — Ten. fl. nap. 5. p. 301.*
Ic. *Lam. ill. t. 864. f. 3* — O. angustifolium, minimum. *Barr. ic. 252. f. 2.*
In apricis herbosis; *Ischia all'Arso, Bagno nella collina fra il lago ed il mare, Chiajano nel boschetto di Napoleone ne' siti aperti, coste alte del Montagnone a Sarzano, e nel fondo del cratere.*
Novembri, Martio. ♃
*Planta* pusilla, glaberrima, vix pollicem excedens: *frons* sterilis, anguste lanceolato-linearis, 1-2- lin lata: *spica* brevis, angusta, solitaria.

## 100. LYCOPODIACEAE. *Dec.*

### 416. LYCOPODIUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1615.*

1. L. DENTICULATUM. *Lin. sp. pl. 1569 — Ten. fl. nap. 5. p. 309*— Selaginella denticulata. *Spring.* in *Koch syn. ed. 2. p. 971*, sub *S. helvetica.*
Ic. *Dill. musc. t. 66. f. 1. A* — Muscus terrestris, lusitanicus. *Clus. hist. 2. p. 249.*
Ad muros, ad rupes muscosas in umbrosis ubique.
Januario, Martio. ♃
Laete virens, glabrum: *caules* ob folia disticha complanati videntur, saxis vel humo adhaerentes ac radicantes, ad apices floriferos surrecti: *folia* ovata, acute mucronata, tenuissime ciliato-serrulata, et 4-fariam imbricata, cuspidata — In humentibus calidis prope vaporaria aliquando ramorum extremitates fructiferae per pollices 2-3 elongantur.

## 101. POLYPODIACEAE. *Brown.*

### 417. ASPIDIUM.

*Swartz syn. fil. p. 51.*

1. A. ACULEATUM. *Swartz. l. c. p. 53* — Polypodium aculeatum. *Lin. sp. pl. 1552.*

Digitized by Google

*b. hastulatum;* fronde bipinnata, pinnulis infimis basi tripartitis, caeteris ovato-semihastatis, omnibus serrato-aristatis, superioribus confluentibus, soris discretis, indusiis albido-cinereis glabris orbicularibus! (non reniformibus) stipite rachique paleaceo-strigosis — A. hastulatum. *Ten. fl. nap. 5. p. 304.*

Ic. *Ten. l. c. t. 280. f. 1.*

In sylvaticis, et in vallibus umbrosis passim sola varietas *b.*

Martio, Aprili. ♃

Vulgo *Felece mascolo.*

*Stipites* 1 1/2-3-pedales, virentes aut atrorubentes, basi paleis latis scariosis rufescentibus acuminatis approximatis tecti : *frondes* ambitu lanceolate: *pinnae* alternae, subsessiles, versus apicem et basim frondium decrescentes: *pinnulae* oblique ovatae, nempe basi sursum lobulo auctae, altero latere excisae, subtus sparse piloso-hirsutae, versus apicem frondis et pinnarum confluentes, virentes, subtus pallidiores : *indusia* juniora margine denticulata, albido-scariosa, demum cinerea.

### 418. SCOLOPENDRIUM.

*Smith mem. Acc. Taur. 5. p. 410.*

1. S. officinarum. *Swartz syn. fil. p. 89* — Asplenium Scolopendrium. *Lin. sp. pl. 1537,* excl. var. *b.* — *Ten. fl. nap. 5. p. 306.*

Ic. *Bull. herb. t. 167* — Phyllitis. *Matth. comm. 2. p. 186* — Scolopendria. *Zuing. theatr. p. 897.*

In umbrosis sylvaticis; *cavone delle Nocelle, e dello Schiapparo, rupi di Campagnano al Nord, valloni di Barano, di Fontana, di Moropane, alle falanghe presso al fosso della neve, valloni di Casamicciola.*

Martio, Majo. ♃

*Stipites* paleacei, rufescentes: *frondes* indivisae, pedales et ultra, latae oblongo-lingulatae, basi exciso-cordatae, supra glaberrimae, ad costam subtus sparse paleaceae; ibique *sori* rufescentes, lineares, ad ipsam obliqui, atque ab hac, uti a margine remoti.

### 419. WOODWARDIA.

*Smith in act. Acc. Taur. 5. p. 411.*

1. W. radicans. *Swartz syn. filic. p. 117* — *Ten. fl. nap. 5. p. 308* — Blechnum radicans. *Lin. sp. pl. 307.*

Ic. *Schkur cryt. 101. t. 112,* ex *Willd.* — Filix italica, non ramosa, glabra, Polypodii folio, gallas ferens. *Till. H. Pis. p. 62. t. 24.*

In umbrosis vallibus ad praerupta; *Casamicciola nel vallone dell' acquafresca, nella parte bassa della cava di Cerambi, valloni di Moropane, e di Fontana, di Campagnano a Carauce.*

Aprili, Majo. ♃

Vulgo *Felece mascolo.*

*Stipites* sparse paleacco-pilosi, 1 1/2-4-pedales : *frondes* deltoideo-oblongae, amplae, glabrae, sub apice ad costam gemmiferae ac quia arcuatae radicantes, pinnatae; pinnis alternis, latis, oblongo-linearibus, acutis vel acuminatis, pinnatifidis, acuteque serrulatis, extimis cum lateralibus confluentibus: *sori* anguste lineares, utrinque truncati, recti, inter se approximati, rachide pinnarum utrinque simplici ordine paralleli ac proximi, rufescentes.

### 420. ASPLENIUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1631.*

1. A. Adianthum nigrum. *Lin. .p. pl. 1541 — Ten. fl. nap. 5. p. 306.* Ic. *Blackw. herb. t. 220* — Dryopteris nigra. *Dod. pempt. 466.*
   Ad rupes, et ad maceries in umbrosis rarum.
   Octobri, Januario. ♃
   *Stipites* nudi, atrorubentes : *frondes* deltoideo-lanceolatae, basi tripinnatae ; pinnis a basi ad apicem frondis decrescentibus; pinnulis basi subcuneatis, acute inciso-dentatis: *sori* discreti, oblongi.
2. A. Virgilii. *Bory exped. in Mor. v. 3. p. 289* — A. Adianthum nigrum, *c. acutum. Ten. fl. nap. 5. p. 306.*
   A. stipitibus elongatis, frondibus 3-4-pinnatis, pinnis subarcuatis oblongo-lanceolatis longe acuminatis, pinnulis anguste lanceolato-linearibus acute inciso-dentatis terminalibus confluentibus, soris lineari-oblongis demum totam pinnulae paginam inferiorem occupantibus.
   Ic. A. acutum. *Poll. fl. ver. 3. p. 288. t. 2. f. 2,* optima.
   Ad maceries in umbrosis ubique obvium.
   Octobri, Martio. ♃
   Species praecedenti proxima, a qua notatis characteribus recedit.
3. A. obovatum. *Viv. nov. spec. diagn. ad calcem Fl. Lybiae p. 68—Ten. fl. nap. 5. p. 305,* an excluso a locis natalibus Aprutio?
   A. fronde ovato-lanceolata bipinnata, pinnis pinnulisque exterioribus confluentibus in rachide partiali, superioribus in rachide universali decurrentibus, omnibus oblique obovato-cuneatis dentato-crenatis, soris suborbiculatis.
   Ic. *Guss. pl. rar. p. 376. t. 61.*
   *b. cuneifolium,* frondium pinnulis magis basi cuneato-attenuatis. *Ten. l. c.*

Ad maceries, et ad fissuras rupium in umbrosis demissis.

Octobri, Aprili. ♃

*Stipites* glabri, basi atrorubentes : *frondes* 3-12-pollicares, glaberrimae : *sori* fere orbiculares, distincti, sed demum confluentes, et tunc fusci ; indusiis albido-scariosis.

4. A. Trichomanes. *Lin. sp. pl. 1540 — Ten. fl. nap. 5. p. 306.*

Ic. *Bull. herb. t. 185*—Trichomanes. *Fuchs. hist. 796 — Zuing. theatr. p. 1162.*

*b.* pinnulis dentato-incisis—Trichomanes foliis eleganter incisis. *Tourn. inst. 539 — Ten. l. c.*

Ic. *Tourn. l. c. t. 315. f. C.*

Ad maceries, ad muros, et ad rupes in umbrosis ubique obvium.

Octobri, Aprili. ♃

*Stipites* nudi, atrorubentes, subtus carinati : *frondes* late lineari-lanceolatae, pinnatae, glaberrimae: pinnulis ovalibus, crenulatis, basi oblique excisis, versus apicem decrescentibus: *sori* lineares, obliqui, alterni, atri: *indusia* oblonga, albido-scariosa—In affini A. *viridi* stipites subtus complanati, et pinnulae antice truncato-cuneatae.

## 421. PTERIS.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1626.*

1. P. aquilina. *Lin. sp. pl. 1533 — Ten. fl. nap. 5. p. 307.*

Ic. *Bull. herb. t. 207* — Pteris foemina. *Fuchs. hist. 569 — Dod. pempt. 462.*

In sylvis, et in fruticetis ubique.

Septembri, Octobri. ♃

Vulgo *Felece.*

*Stipites* annotini, aliquando orgyales: *frondes* superne glabrae supradecompositae : *pinnulae* oblongo-lanceolatae, margine revolutae, inferiores pinnatifidae, superiores aliquando crenatae : *sori* numerosi prope marginem pinnularum, sed saepe demum totam paginam inferiorem occupantes.

2. P. longifolia. *Lin. sp. pl. 1531 — Ten. fl. nap. 5. p. 307.*

Ic. *Jacq. H. Schoenbr. 3. p. 78. t. 399*, et *400* — Polypodium majus, acutioribus foliis, cordubenso. *Barr. ic. 1111 — Bocc. mus. p. 56. t. 46* — Phyllitis ramosa. *Alp. exot. p. 66*, optima.

Ad vaporaria ad g. 26 ad 30 cent. ; *fumarole della stufa del Cacciuto presso Casamiceiola, ed in quelle del Fungo sopra del Laceo*, sed nunc paucissimae tantum plantae remanent, nam a viatoribus botanicis exteris exstirpatae.

Majo, Octobri. ♃

*Stipites* basi sparse palaceo-hirti, perennantes, inter pinnas glabrati: *frondes* lanceolatae, vel obovato-lanceolatae, alterne impari-pinnatae; pinnis lineari-lanceolatis, acuminatis, integris, basi obliquo cordatis, sursum excisis, infimis abbreviatis: *sori* marginales angustissimi.

### 422. ADIANTHUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1633.*

1. A. Capillus veneris. *Lin. sp. pl. 1558 — Ten. fl. nap. 5. p. 308.*
Ic. *Jacq. miscell. 2. t. 7* — Adianthum. *Matth. comm. 2. p. 542 — Zuing. theatr. p. 1161.*
Ad muros, ad rupes, in umbrosis humentibus, nec non ad vaporaria.
Aprili, Octobri. ♃
Vulgo *Capillo vientolo*, et medico usu adhibetur.
*Stipites* graciles, glabri, atropurpurei, inter pinnas flexuosi: *frondes* tenerae, glaberrimae, 2-3-pinnatae; pinnulis obovato-flabelliformibus, basi oblique cuneatis, apice inaequaliter inciso-lobatis, lobis crenulatis: *sori* ad apicem loborum marginales, oblongo-lineares.

### 423. POLYPODIUM.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 1632.*

1. P. vulgare. *Lin. sp. pl. 1544 — Ten. fl. nap. 5. p. 303.*
Ic. *Bull. herb. t. 191* — P. majus, et minus. *Dod. pempt. 464.*
Ad rupes, ad macerics, et ad arborum truncos.
Novembri, Martio. ♃
Vulgo *Feleciella.*
*Stipites* glabri, sed rhizoma horizontaliter repens squamis tectus: *frondes* tenerae glaberrimae, oblongae, pinnatifidae; pinnis late linearibus, subcrenulatis, approximatis, rectangule patentibus, versus apicem frondis decrescentibus: *sori* rufescentes, orbiculati, approximati, juxta rachidem pinnularum opposite seriati.

### 424. GRAMMITIS.

*Swartz syn. filic. p. 21.*

1. G. leptophylla. *Swartz. l. c. p. 23*, et *218—Ten. fl. nap. 5. p. 302— Gasparr. osserv. sulla* Grammitis—Gymnogramme leptophylla *Desv. jour. bot. 1. p. 25.*

Digitized by Google

Ic. *Gosporr. l. c.* optima — Adianthum marinum, folio vario. *Magn. bot. monsp. p. 5. t. 5* — A. filicinum, leptophyllum, elatius, hispanicum. *Barr. ic. 431.*

Ad muros, ad rupes, ad agrorum margines in umbrosis ubique.

Aprili, Majo. ⊙

Laete virens, tenera, glaberrima: *stipites* virentes, vel rubentes: *frondes* oblongae, 1-2-pinnatae; pinnulae cuneiformi-flabellatae, inciso-lobatae, alternae: *sori* parvi, globosi, nigri, demum confluentes, et totam pinnulam subtus occupantes.

### 425. CETERACH.

*Bauh. pin. 354 — Dec. fl. fr. 2. p. 566.*

1. C. OFFICINARUM. *Dec. l. c.* — *Willd. sp. pl. 5. p. 136* — *Ten. fl. nap. 5. p. 302*—Gymnogramme Ceterach. *Spr. s. veg. 4. p. 38*—Asplenium Ceterach. *Lin. sp. pl. 1538.*

Ic. Grammitis Ceterach. *Webb. et Moor. filic. t. 3. f. 1, 2* — *Barr. ic. 603, 604, 143, 144, 1051, 1052*, formae vix diversae hujus speciei sistunt — Asplenium. *Zving. theatr. p. 945*, optima.

Ad maceries in umbrosis; *via da Ischia per Casalauro sotto lo Mandarino, alle case del Rotaro, Bagno alla salita del Lapillo ne' muri a secco dirimpetto al Nord.*

Januario, Martio. ♃

*Stipites* breves, et dense squamosi: *frondes* late lineares, alterne pinnatifidae; lacinae ovatae oblongaeve, obtusae, integerrimae, supra glabrae intense virentes, subtus paleaceo-squamosae; squamis scariosis, albidis, acuminatis, integerrimis, *soros* numerosos oblongo-lineares tegentibus.

Majo 1855.

FINIS.

Digitized by Google

# ADDENDA.

Pag. 28. Reseda Hookeri.
*Ad loca natalia lege sic*:

In herbosis, vel saxosis apricis: *Bagno*, *Lacco*, *Punta S. Angelo*.
In hac specie aliquando foliolum terminale in foliis inferioribus semel reliqua excedit.
*Post hanc inseratur*:

4. R. fruticulosa. *Lin. sp. p. 645*—R. fruticulosa, *a*. *Guss. syn. 1. p. 529*.
R. laete virens glaberrima, caule basi suffruticoso, foliis vix interrupte pinnatis, foliolis subdecurrentibus anguste lineari-lanceolstis acutis subundulatis, impari reliquis duplo longiore, calycibus 5-6-partitis, capsulis oblongo-ellipticis 4-5-dentatis.
Ic. *Jacq. ic. rar. 475?*—R. undata. *Reich. cent. 12. f. 4447?*, nam habitus parum alienus, et quoad istum magis icon *4449* hanc refert — Reseda maxima *Lob. ic. 222 ?*
In apricis herbosis; *Lacco a S. Restituta sopra ai muri*, sed rara.
Aprili, Majo. ♃
*Caules* elati, striati, valde fistulosi: *foliola* canaliculata, saepius acuminata, vix lin. lata, margine verrucis albidis serrulato-scabra: *calycis* 5-raro-6-partiti laciniae lanceolatae, mucronatae, anguste marginatae: *racemi* densi ut in praecedente, et demum uti in illa elongati: *petala* alba, omnia obovato-cuneata, tripartita; laciniis angustis obtusiusculis, subaequilatis, calycem parum superantibus: *styli* quatuor, virentes, divaricati; *stigmatibus* candidis, penicillatis: *capsula*, ut in praecedente.

Pag. 44. Silene Tenoreana. *Adde:*
Vulgo *Tufolilli*.

Pag. 68. Tribulus terrestris. *Adde:*
Vulgo *Vasapiedi*.

Pag. 94. Psoralea bituminosa. *Adde:*
Vulgo *Fasolara*.



Digitized by Google

Pag. 120. Rosa canina. *Adde:*
Vulgo *Rosa selvaggia.*

Pag. 153. Viburnum tinus. *Adde:*
Vulgo *Trecena.*

Pag. 160. Valerianella auricula — *Citationem Bertol. sic restitue:*
Valerianella dentata. *Bertol. fl. ital. 1. p. 189.*

Pag. 169. *Post* Achilleam ligusticam *addatur:*

2. A. Millefolium. *Lin. sp. pl. 1267 — Ten. fl. nap. 2. p. 251 — Bert l. fl. ital. 9. p. 403.*
Ic. *Bull. herb. t. 163 — Lam. ill. gen. t. 683. f. 1* — Millefolium vulgare, album. *Zannich. hist. t. 143.*
In herbosis apricis submontosis; *Piano Liguori ne' margini erbosi della selva de' Sig. Tirabelli* unico angustissimo spatio praeterito Aprili inveni, sed flores non vidi.
Quoad habitum foliorum ab *A. Millefolio* vulgari parum diversa videtur.

Pag. 170. Chrysanthemum coronarium. *Locis natalibus adde:*
*Ischia nelle rupi sotto al Castello all' ovest* inter *Opuntiam Ficum indicam.*

Pag. 172. Artemisia variabilis. *Adde:*
Vulgo *Tremalice.*

Pag. 176. Senecio foeniculaceus. *Post hanc speciem inseratur;*
2. S. crassifolius. *Willd. sp. pl. 3. p. 1982 — Ten. fl. nap. 2. p. 215 — Bertol. fl. ital. 9. p. 217,* excl. pl. syn.
Ic. *nulla.*
In cultis apricis subarenosis; *Lacco al Monte Vico all' est nelle vigne delle Schiappe di Giampietro sopra gli Varuni* satis rarus.
Februario, Martio. ⊙
*Planta* glaberrima, laete et nitide virens, semipedalis, et ultra, caespitosa: *caulis* striatus, centralis erectus; ramis ascendentibus: *folia* carnosula; inferiora oblongo-spathulata, obtuse sinuato-dentata, in petiolum attenuata; superiora oblonga, sessilia, sinnato-pinnatifida, basi dilatata amplexicaulia: *flores* corymbosi: *pedunculi* striati, in axillis flocco pilorum instructi, nonnullis bracteis intactis aut sphacelatis tecti: *anthodium* basi non incrassatum, glaberrimum; *folialis* una cum squamis apice sphacelatis, rarius intactis: *corollulae*

Digitized by Google

radii patentes, demum revelutae : *odor* tenuis, foeniculaceus — Nec cum *S. verno*, nec cum *S. humili*, vel *S. leucanthemifolio* associandus; nam habitu et characteribus non variat.

PAG. 213. HELIOTROPIUM TENUIFLORUM, et H. MACROCARPUM. *Addatur:* Decedente Majo has species florentes vidi in hortis *di Citara presso Forio.*

Pag. 250. CALAMINTHA NEPETA. *Adde.* Vulgo *Nepetella.*

Pag. 289. OSYRIS ALBA. *Loco natali adde:* Provenit quoque *nelle coste boreali della detta punta sopra Citara.*

Pag. 307. QUERCUS PUBESCENS. *Adde.* Vulgo *Cerza*, uti aliae species.

Pag. 311. SALIX CAPREA. *Adde:* Vulgo *Chiuppo*, una cum sequente; et *inde inseratur*:

2. S. CONSTRICTA. *Guss.*

S. amentis masculis sessilibus, foemineis demum pedunculatis, pedunculo bracteato inde nudo , capsulis supra basim globosam constrictis inde clongato-lanceolatis pedicellatis adpresse sericeo-pubescentibus, bracteis piloso-pubescentibus ! ( non longe ciliatis ), stigmatibus linearibus bifidis, foliis elliptico-oblongis planis serratis subtus glauco-tomentosis , supra glabratis, stipulis semilunatis.

Ic. *nulla.*

In sylvaticis umbrosis humentibus; *cava delle Nocelle, ed in quella delle Rose sotto Pietra sparaina.*

Januario, Februario. ♄

In hac specie, *folia* sunt praecociora , firmiora, oblongo-lanceolata , apice saepe latiora, 12-18 lin.lata, 2-3 poll.longa, margine regulariter crispato-serrata, subtus magis cinereo-tomentosa , una cum ramis junioribus petiolisque; dum in praecedente, et in ejus var. *b.* sunt latiora , nempe 2-poll. et ultra lata, 3 1\|2-4 poll. longa, elliptico-oblonga, irregulariter serrato-dentata, vel obiter crenata, et tenuiora: *stipulae* in utrisque semilunatae, et plus minus denticulatae; sed in hac saepius duplo minores ac integrae; *amenta* foeminea breviora, saepe pollicaria : *bracteae* brevius, non longissime ciliatae : *capsulae* minus sericeo-villosae, virentiores, ad collum constrictae , et inde attenuatae, non ut in illa ex ovata basi sensim attenuatae.

Pag. 333. *Post* MUSCARI *inseratur*:

## *bis* 353. ALOE.

*Lin. gen. pl. ed. Schreb. n. 227.*

1. A. VULGARIS. *Dec. pl. grass. p. 27* — A. vera. *Lam. Dict. enc. 1. p. 86* — A. barbadensis. *Mill.*, ex *Schult. s. veg. 7. p. 693.*
Ic. *Dec. l. c. t. 27* — Aloe, Sempervivum marinum. *Lob. ic. 374.*
In rupestribus; *Ischia sotto al Castello* inter *Opuntiam Ficum indicam* nunc spontanea.
Majo, Junio. ♃
*Caules* brevissimi, et inde planta ob multas propagines dense coespitosa: *folia* valde crassa, mollia, concoloria, viridi-glaucescentia, supra late et vix canaliculata, subtus convexa, apice attenuata, margine serrato-spinosa: *scopi* compressi, saepe ramosi, foliis longiores: *spica* densa, cylindracea; pedunculis brevibus, basi bracteatis: *corollae* flavescentes, cylindraceae, pollicares, sub anthesi pendulae.

Pag. 337. ALLIUM GASPARRINI. *Adde:*
*Umbella* sub anthesi compacta: *petala* atrorubentia uti *stylus*, qui exertus: *filamenta* rosea. Progressa florescentia *pedunculi* elongantur, ideoque umbella laxior; *petala* dilutius colorata, demum pallide rosea, ac *filamenta* albo-scariosa, uti in *l. c.* notavi.

Pag. 351. CAREX SERRULATA. *Post hanc speciem inseratur;*
6. C. EXTENSA. *Gooden. tr. Lin. soc. v. 2. p. 175* — *Ten. fl. nap. 5. p. 248.*
Ic. *Good. l. c. 1. 21. f. 7.* — *Reich. cent. 18. t. CCLXXIV.*
In humentibus; *Bagno presso al lago*, sed nunc destructa; *Casamicciola nel vallone de' Bagni del Monte della Misericordia nella costa a dritta presso l'acqua di Spennapollastro.*
*Aprili, Majo.* ♃
Dense caespitosa: *radices* fibrosae: *folia* viridi-glaucescentia, rigida, canaliculata, apice attenuata, ad margines et carinam serrulato-scabra: *bracteae* elongatae, foliis conformes: *spica* mascula solitaria; foemineae 3-4; infima remota, incluse vel exerte-pedunculata: *squamae* acutae, muticae, exquisite trinerves, fructu perfecto duplo breviores: *fructus* ovato-conici, utrinque convexi, glabri, rostro brevi bidentato terminati, juniores videntur enerves, nitide vireutes, sed maturi nervosi.

Pag. 355. GAUDINIA FRAGILIS. *Locis natalibus adde:*
*Ischia all'Arso dietro le case nel pennino di Mangialisi.*

Pag. 366. FESTUCA CILIATA. *Loco natali adde*:
*Castiglione, Casamicciola.*
*b. elongata*; valvis calycinis, et pedunculis undique pubescentibus, panicula elongata ramosiore.
In herbosis apricis; *Chiajanò, Pieo.*
An species propria ?, nam quoad paniculam *F. myurum* refert.

Pag. 373. CYNOSURUS ECHINATUS. *Post hanc speciem inseratur*:
2. ELEGANS. *Desf. atl. 1. p. 82 — Ten. syll. p. 37 — Bertol. fl. ital. 1. p. 588.*
Ic. *Desf. l. c. t. 17.*
In umbrosis herbosis; *su de'muri a secco a sinistra salendo dal ponte del Larito sotto Casamicciola a S. Giuseppe*, sed rarus.
Aprili, Majo. ⊙
*Panicula* parva, densa, secunda: *spicularum* sterilium *valvae* longe aristatae, pubescentes; *valvae* calycinae spiculae fertilis anguste lineares, pallidae: *habitus* quam in praecedente gracilior.

Pag. 384. MELICA CILIATA. *Locis natalibus adde*:
*Nella via da S. Giuseppe al Cerriglio, e da questo sito alla Croce del Capizzo sopra Forio.*
*Post hanc speciem inseratur*:
2. M. PYRAMIDALIS. *Bertol. am. ital. p. 329*, et *fl. ital. 1. p. 494—Ten. fl. nap. 3. p. 59.*
Ic. Gramen avenaceum, tenui et erecta panicula. *Barr. ic. 96. f. 1.*
In fruticetis boream spectantibus; *nelle basse coste della Punta dell' Imperatore sopra Citara presso al viottolo, che sale alla sommità.*
Aprili, Majo. ♃
*Culmi* 3-4-pedales, raro inferne ramosi: *ligula* brevis, truncato-lacera: *folia* plana, scabra: *panicula* laxa, pyramidalis ob ramos inferiores rectangule patentes ac elongatos: *spiculae* nutantes, imberbes: *valvae*, et *valvulae* acutae, albidae, sed dorso saepius rubro-maculatae.

Pag. 388. AIRA TENORII.
Varietatem undique atrorubentem inveni, *alla salita delle selve di Funnoferrato, ed alla Cava bianca presso al Rotaro.* Praetera cum denuo ac citius quam alias vices visitaverim *la Punta dell'Imperatore*, sic in loco natali notato, nec non ad illius verticem, numerosa specimina var. *b. aristatae* collegi; in quibus *paniculae* rami sub anthesi divaricati uti in specie; *valvae* ac *valvulae* in utrisque similes, et istae nitide atrorubentes, levissimae, glaberrimae; tamen *spiculae* in *b.* quidquam oblongae ac pallidiores, dum in *a.* fere globosae et intensius coloratae; interim in aliis Insulae locis varietatem *b.* adhuc non vidi.

Pag. 389. Aira capillaris. *Locis natalibus adde*:
Provenit quoque passim ad vias in umbrosis siccis, et ad apricos sylvarum margines.

Pag. id. Aira corsica. *Adde*:
In demissis aridis apricis ubique obvia, et ad margines sylvarum, una cum praecedente, a qua spiculis demum approximatis in apice pedicellorum quoque dignoscitur.

---

# ALTITUDINES MONTIUM

### ALIORUMQUE LOCORUM

# INSULAE INARIMES

#### PEDIBUS PARISIENSIBUS EXPRESSAE.

| | *Guss.* | *Hoffm.* |
|---|---|---|
| Ajetola (sopra Fontana) | 1662 | |
| Arso (Fondo del Cratere) | 405 | |
| — — (Vetta del Cratere) | 562 | |
| Barano (alla piazza) | 638 | |
| Bocca della Serra | 1686 | |
| Calimera | 1352 | |
| Campagnano (all' Annunziata) | 414 | 477 |
| Canniani (Valle) | 848 | |
| Casamicciola (Piazza di) | 370 | 344 |
| Casino de Angelis (al Bagno) | 159 | |
| —— Reale (al Belvedere) | 114 | |
| Castiglione | 215 | |
| Cava di Ba'lerino | 1029 | |
| Cercola | 282 | |
| Chiajano | 549 | |
| Crovone (all'acqoidotto) | 188 | |
| Falanche (piano delle) | 1638 | |
| Fondo di cavallaro | 143 | |
| — Ferrato (sotto al Rotaro) | 512 | |
| Fontana | 1358 | 1382 |
| Fumarole del Fasano, o del Fango | 1024 | |
| ——— del Fico | 1556 | |
| ——— dei Frassitelli | 1085 | |
| ——— del Bell'omo | 1000 | |
| ——— di Montecito | 435 | |
| Lacco superiore | 81 | |
| Marecocco | 310 | |
| Monte di Barano | 611 | |
| —— Buceto | 1161 | |
| —— Epomeo | 2407 | Capocci 2400; Borò top. 2447; Hof. 2423 |
| —— Nnovo | 1466 | |

| | *Guss.* | *Hoffm.* |
|---|---|---|
| Monte Trippiti | 1455 | |
| —— Vetta | 1682 | |
| —— Vezza | 1141 | |
| —— Vico | 309 | |
| —— della Misericordia | 47 | |
| Montagnone (Vetta all'Uvest) | 913 | |
| —— (Fondo del cratere) | 565 | |
| Moropane | 847 | |
| Mortito (o Monte Taborre) | 164 | |
| Nitroli (sorgente di) | 665 | |
| Piano Ligoori (Monte) | 1139 | |
| —— de Moori | 1312 | |
| —— del Tesaccio | 463 | |
| Pieo | 467 | |
| Pietra dell'acqua | 2074 | |
| —— Perciata | 1565 | |
| —— Sparaina (al Telegrafo) | 1051 | |
| —— Vona | 289 | |
| Ponta dell'Imperatore | 746 | |
| —— S. Alessandro | 99 | |
| —— S. Angelo | 323 | |
| —— S. Pietro | 94 | |
| Rotaro (Fondo del cratere) | 532 | |
| —— (Pianura del) | 719 | |
| —— (Trivio a Cavabianca) | 867 | |
| —— (Vetta del cratere al Sud) | 926 | 927 |
| Santa Maria del Monte | 1289 | |
| Sentinella (a Casamicciola) | 377 | |
| Serrano | 1166 | 1120 |
| Stofa di S Lorenzo (sul Lacco) | 174 | |
| Testaccio | 420 | |
| Torre di Campagnano | 968 | |
| Vateliere (al trivio) | 383 | |
| —— (Fondo del cratere) | 208 | |

# ADDENDA

## II.

Pag. 77. sub § II. Falcatae inseratur ante Medicaginem helicem:

2. a M. Falcata. *Lin. sp. pl. 1096. Ten fl. nap. 5. p. 164.* var. α. — *Bertol. fl. ital. 8. p. 261.*

Ic. *Fl. dan. t. 293* — Medica flavo flore. *Clus. his. 2. p. 243.*

Ad apricos herbosos vinearum margines; *Lacco al monte Vico nel viottolo che conduce al Cottano* unico loco, ideoque satis rara.

Junio, Julio. ♃

Planta virens, subdecumbens, et excepta corolla ac foliorum pagina superiore, pilis brevibus adpressis tecta: *foliola* in foliis inferioribus obovata, reliqua lineari-cuneata, omnia cum mucrone emarginata, versus apicem denticulata: *stipulae* superiores integrae, lanceolato-attenuatae: *racemi* breviter pedunculati, subcapitati: *pedicelli* calycem aequantes, bractea ex ovata basi setacea duplo longiores: *calycis* dentes tubum excedentes, inter se subaequales, vexillo duplo breviores: *vexillum* facie externa concolor triste lutescens, interna dilutius coloratum, a medio ad basim venis intensioribus notatum: *alae* vexillo semel breviores carinam luteam parum excedentes, obtusae, porrectae, superne remotiusculae, concavae, ad apicem livido-maculatae: *legumina* pauca in quolibet racemo, falcata, ac varie flexa, compresso-tumida, et in nostra videntur levia, non reticulata — Haec notavi, quia florum colore a speciei typo nonnihil recedit.

Pag. 106. *Post* VICIAM ANGUSTIFOLIAM *inseratur:*

21. a V. PEREGRINA. *Lin. sp. pl. 1038—Ten. fl. nap. 5. p. 118—Bertol. fl. ital. 7. p. 521.*

Ic. *Sturm. ff. germ. f. 32* — V. peregrina, angustissimis foliis, siliqua lata glabra. *Pluk. Phyt. t. 233. f. 6.*

In apricis; *Lacco al monte Vico presso alla caso del Contoriello* non satis obvia.

Majo, Junio. ⊙

Planta glabra, virescens, cirrhis scandens, sed saepe humilis: *foliola* anguste linearia, truncato-emarginata: *stipulae* semihastatae: *flores* coerulescentes, breviter pedunculati: *legumina* late linearia, incurve rostrata, pendula: *semina* compresso-globosa, grandiuscula, velutina, cinereo-rufescentia, varie lineato-maculata.

Pag. 162. SCABIOSA GRANDIFLORA *d. prolifero. Adde:*
*Lacco al Monte Vico.*

Pag. 178. CENTAUREA DEUSTA. *Adde:*
Varietas *a.* in rupestribus aridis maritimis cum var. *b.* passim occurrit.

Pag. 288. LAURUS NOBILIS.

Cum nuper parvam ac praecipitem semitam, illi qui in hac insula argillam effodiunt per acclivia latera angustissimae ac praeruptae vallis vulgo dicta *Cova della Rossa* prope balneos di *Casamicciola* perfecerint, sic brevem tractum vallis illius paucis ab hinc diebus percurrere mihi datum fuit, et inde in hac vidi, sed colligere non licuit, arbusculas plures LAURI NOBILIS provenire una cum peculiari varietate *latifolia* RHAMNI ALATERNI, POPULO AUSTRALI ac WOODWARDIA RADICANTE, quae ibi copiosissima; ideoque arbor ista potius indigena illius insulae, quam culta, uti dixi, habenda est.

Pag. 310. POPULUS AUSTRALIS. *Adde:*
*Nella cava della Rossa presso oi bagni di Casamicciola.*

Pag. 377. *Post* CYNODON DACTYLON *inseratur:*

389. DACTYLOCTENIUM.

*Willd. en. II. Ber. p. 1029.*

1. D. AEGYPTIACUM. *Willd. l. c.—Bertol. fl. ital. 1. pag. 581*—Cynosurus aegyptius. *Lin. sp. pl. 106*—Eleusine aegyptia. *Pers. syn. 1. pag. 37.* — *Ten. fl. nap. 3. pag. 71.*

Digitized by Google

Ic. *Paliss. agr. p. 72. t. 15. f. 2* — Gramen polystachyon, millepede effigie. *Bon. t. 4.*

In asperis aridisque; *al principio della valle delle Petrelle presso S. Angelo*, unico angusto spatio.

Majo, Junio. ⊙

Decumbens, glabrum: *folia* laeta virentia, flaccida, subundulata: *ligula* brevissima, truncata: *spicae* digitato-subquaternae, cruciatim dispositae, demum patentissimae.

Pag. 387. Avena sterilis.

Cum Vites *Oidii* damno adhuc laborant, sic ob latiorem inductam Cerealium culturam, in aliis insulae locis sparsim provenit species ista.

*Junio 1855.*

Digitized by Google

# SUMMA *GENERUM* ET *SPECIERUM*

## CUJUSQUE FAMILIAE.

### I. DICOTYLEDONEAE

#### 1. RANUNCULACEAE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | Clematis | 2 | |
| 2 | Anemone | 1 | |
| 3 | Ranunculus | 7 | |
| 4 | Helleborus | 1 | |
| 5 | Nigella | 1 | |
| 6 | Delphinium | 2 | |
| | *Gen. 6.* | | 14 |

#### 2. PAPAVERACEAE

| | | | |
|---|---|---|---|
| 7 | Papaver | 7 | |
| 8 | Glaucium | 1 | |
| 9 | Chelidonium | 1 | |
| 10 | Hypecoum | 1 | |
| | *Gen. 4.* | | 10 |

#### 3. FUMARIACEAE

| | | | |
|---|---|---|---|
| 11 | Fumaria | 7 | |
| | *Gen. 1.* | | 7 |

#### 4. CRUCIFERAE

| | | | |
|---|---|---|---|
| 12 | Raphanus | 2 | |
| 13 | Cakile | 1 | |
| 14 | Bunias | 2 | |
| 15 | Rapistrum | 1 | |
| 16 | Neslia | 1 | |
| 17 | Capsella | 1 | |
| 18 | Lepidium | 1 | |
| 19 | Draba | 1 | |
| 20 | Koniga | 1 | |
| 21 | Cardamine | 1 | |
| 22 | Arabis | 2 | |
| 23 | Matthiola | 4 | |
| 24 | Barbarea | 1 | |
| 25 | Alliaria | 1 | |
| | | | 31 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | | | 31 |
| 26 | Malcolmia | 1 | |
| 27 | Sisymbrium | 3 | |
| 28 | Diplotaxis | 2 | |
| 29 | Brassica | 3 | |
| 30 | Eruca | 1 | |
| 31 | Sinapis | 2 | |
| | *Gen. 20.* | | 32 |

#### 5. CAPPARIDEAE

| | | | |
|---|---|---|---|
| 32 | Capparis | 1 | |
| | *Gen. 1* | | 1 |

#### 6. RESEDACEAE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 33 | Reseda | 5 | |
| | *Gen. 1.* | | 6 |

#### 7. CISTINEAE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 34 | Cistus | 4 | |
| 35 | Helianthemum | 4 | |
| | *Gen. 2.* | | 8 |

#### 8. VIOLARIEAE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 36 | Viola | 5 | |
| | *Gen. 1.* | | 5 |

#### 9. CARYOPHYLLEAE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 37 | Dianthus | 4 | |
| 38 | Saponaria | 1 | |
| 39 | Silene | 13 | |
| 40 | Lychnis | 1 | |
| 41 | Sagina | 2 | |
| 42 | Spergula | 2 | |
| 43 | Lepigonum | 2 | |
| 44 | Alsine | 2 | |
| 45 | Moehringia | 1 | |
| 46 | Arenaria | 1 | |
| | | | 83 |



Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| | | 276 |
| 104 Rosa | 3 | |
| *Gen. 6.* | | 9 |

25. SANGUISORBEAE.

| | | |
|---|---|---|
| 105 Alchemilla | 1 | |
| 106 Poterium | 1 | |
| *Gen. 2.* | | 2 |

26 POMACEAE.

| | | |
|---|---|---|
| 107 Crataegus | 3 | |
| 108 Mespilus | 1 | |
| 109 Pyrus | 2 | |
| 110 Sorbus | 1 | |
| 111 Cydonia | 1 | |
| *Gen. 5.* | | 8 |

27. ONAGRIEAE.

| | | |
|---|---|---|
| 112 Epilobium | 3 | |
| *Gen. 1.* | | 3 |

28. LYTHRARIEAE.

| | | |
|---|---|---|
| 113 Lythrum | 2 | |
| *Gen. 1.* | | 2 |

29. MYRTACEAE.

| | | |
|---|---|---|
| 114 Myrtus | 1 | |
| *Gen. 1.* | | 1 |

30. GRANATEAE.

| | | |
|---|---|---|
| 115 Punica | 1 | |
| *Gen. 1.* | | 1 |

31. CUCURBITACEAE.

| | | |
|---|---|---|
| 116 Lagenaria | 1 | |
| 117 Cucurbita | 3 | |
| 118 Citrullus | 1 | |
| 119 Cucumis | 3 | |
| 120 Ecbalium | 1 | |
| *Gen. 5.* | | 9 |

32. PORTULACEAE.

| | | |
|---|---|---|
| 121 Portulaca | 1 | |
| *Gen. 1.* | | 1 |

33. PARONYCHIEAE.

| | | |
|---|---|---|
| 122 Corrigiola | 1 | |
| 123 Herniaria | 1 | |
| 124 Polycarpon | 1 | |
| *Gen. 3.* | | 3 |
| | | 315 |

| | | |
|---|---|---|
| | | 315 |

34. CRASSULACEAE.

| | | |
|---|---|---|
| 125 Tillaea | 1 | |
| 126 Umbilicus | 2 | |
| 127 Sedum | 4 | |
| *Gen. 3.* | | 7 |

35. FICOIDEAE.

| | | |
|---|---|---|
| 128 Mesembryanthemum | 2 | |
| *Gen. 1.* | | 2 |

36. CACTEAE.

| | | |
|---|---|---|
| 129 Opuntia | 1 | |
| *Gen. 1.* | | 1 |

37. SAXIFRAGEAE.

| | | |
|---|---|---|
| 130 Saxifraga | 1 | |
| *Gen. 1.* | | 1 |

38. UMBELLIFERAE.

| | | |
|---|---|---|
| 131 Eryngium | 1 | |
| 132 Sanicula | 1 | |
| 133 Apium | 1 | |
| 134 Petroselinum | 1 | |
| 135 Ammi | 1 | |
| 136 Pimpinella | 1 | |
| 137 Bupleurum | 1 | |
| 138 Oenanthe | 1 | |
| 139 Crithmum | 1 | |
| 140 Foeniculum | 3 | |
| 141 Ferula | 3 | |
| 142 Daucus | 6 | |
| 143 Orlaya | 1 | |
| 144 Torilis | 3 | |
| 145 Scandix | 1 | |
| 146 Chaerophyllum | 1 | |
| 147 Echinophora | 1 | |
| 148 Smyrnium | 1 | |
| 149 Coriandrum | 1 | |
| *Gen. 19.* | | 30 |

39. ARALIACEAE.

| | | |
|---|---|---|
| 150 Hedera | 1 | |
| *Gen. 1.* | | 1 |

40. CORNEAE.

| | | |
|---|---|---|
| 151 Cornus | 1 | |
| *Gen. 1.* | | 1 |

41. CAPRIFOLIACEAE.

| | | |
|---|---|---|
| 152 Sambucus | 2 | |
| | | 358 |

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| | | 358 |
| 153 Viburnum | 1 | |
| 154 Lonicera | 1 | |
| *Gen. 3.* | | 4 |

**42. RUBIACEAE.**

| | | |
|---|---|---|
| 155 Sherardia | 1 | |
| 156 Asperula | 2 | |
| 157 Crucianella | 1 | |
| 158 Rubia | 3 | |
| 159 Galium | 6 | |
| 160 Vaillantia | 1 | |
| *Gen. 6.* | | 14 |

**43. VALERIANEAE.**

| | | |
|---|---|---|
| 161 Valerianella | 3 | |
| 162 Centranthus | 2 | |
| 163 Valeriana | 1 | |
| *Gen. 3.* | | 6 |

**44. DIPSACEAE**

| | | |
|---|---|---|
| 164 Dipsacus | 1 | |
| 165 Scabiosa | 2 | |
| *Gen. 2.* | | 3 |

**45. COMPOSITAE.**

| | | |
|---|---|---|
| 166 Eupatorium | 1 | |
| 167 Tussilago | 1 | |
| 168 Aster | 1 | |
| 169 Erigeron | 1 | |
| 170 Bellis | 2 | |
| 171 Solidago | 1 | |
| 172 Conyza | 2 | |
| 173 Inula | 4 | |
| 174 Pulicaria | 2 | |
| 175 Pallenis | 1 | |
| 176 Maruta | 2 | |
| 177 Anthemis | 2 | |
| 178 Achillea | 2 | |
| 179 Diotis | 1 | |
| 180 Matricaria | 1 | |
| 181 Chrysanthemum | 2 | |
| 182 Pyrethrum | 2 | |
| 183 Artemisia | 2 | |
| 184 Helichrysum | 2 | |
| 185 Filago | 4 | |
| 186 Cineraria | 2 | |
| 187 Senecio | 5 | |
| 188 Calendula | 2 | |
| 189 Carlina | 2 | |
| 190 Centaurea | 5 | |
| 191 Galactites | 1 | |
| 192 Kentrophyllum | 1 | |
| 193 Onopordon | 1 | |
| 194 Silybum | 1 | |
| | | 385 |

| | | |
|---|---|---|
| | | 385 |
| 195 Cynara | 2 | |
| 196 Carduus | 2 | |
| 197 Cirsium | 2 | |
| 198 Lappa | 1 | |
| 199 Scolymus | 1 | |
| 200 Lapsana | 1 | |
| 201 Rhagadiolus | 1 | |
| 202 Hedypnois | 2 | |
| 203 Cichorium | 3 | |
| 204 Tolpis | 2 | |
| 205 Hypochaeris | 2 | |
| 206 Seriola | 1 | |
| 207 Thrincia | 1 | |
| 208 Leontodon | 1 | |
| 209 Urospermum | 2 | |
| 210 Helminthia | 2 | |
| 211 Picris | 1 | |
| 212 Lactuca | 6 | |
| 213 Chondrylla | 1 | |
| 214 Taraxacum | 3 | |
| 215 Crepis | 5 | |
| 216 Zacyntha | 1 | |
| 217 Picridium | 1 | |
| 218 Sonchus | 3 | |
| 219 Andryala | 2 | |
| 220 Hieracium | 5 | |
| *Gen. 55.* | | 109 |

**46. AMBROSIACAE.**

| | | |
|---|---|---|
| 221 Ambrosia | 1 | |
| 222 Xanthium | 2 | |
| *Gen. 2.* | | 3 |

**47. CAMPANULACEAE.**

| | | |
|---|---|---|
| 223 Campanula | 2 | |
| 224 Specularia | 3 | |
| *Gen. 2.* | | 5 |

**48. ERICEAE.**

| | | |
|---|---|---|
| 225 Arbutus | 1 | |
| 226 Erica | 1 | |
| *Gen. 2.* | | 2 |

**49. PRIMULACEAE.**

| | | |
|---|---|---|
| 227 Cyclamen | 1 | |
| 228 Lysimachia | 1 | |
| 229 Anagallis | 2 | |
| 230 Samolus | 1 | |
| *Gen. 4.* | | 5 |

**50. OLEACEAE.**

| | | |
|---|---|---|
| 231 Fraxinus | 1 | |
| 232 Olea | 1 | |
| | | 509 |

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| | | 309 |
| 233 Phillyrea | 2 | |
| *Gen. 3.* | | 4 |

**51. APOCYNEAE.**

| | | |
|---|---|---|
| 234 Vinca | 1 | |
| *Gen. 1.* | | 1 |

**52. ASCLEPIEADEAE.**

| | | |
|---|---|---|
| 235 Gomphocarpos | 1 | |
| *Gen. 1.* | | 1 |

**53. GENTIANEAE.**

| | | |
|---|---|---|
| 236 Erythraea | 3 | |
| 237 Chlora | 2 | |
| *Gen. 2.* | | 5 |

**54. CONVULVOLACEAE.**

| | | |
|---|---|---|
| 238 Batatas | 1 | |
| 239 Convolvulus | 3 | |
| 240 Calystegia | 2 | |
| 241 Cuscuta | 1 | |
| *Gen. 4.* | | 7 |

**55. BORAGINEAE.**

| | | |
|---|---|---|
| 242 Heliotropium | 4 | |
| 243 Cerinthe | 1 | |
| 244 Echium | 2 | |
| 245 Borago | 1 | |
| 246 Anchusa | 2 | |
| 247 Lycopsis | 1 | |
| 248 Symphytum | 1 | |
| 249 Lithospermum | 3 | |
| 250 Myosotis | 2 | |
| 251 Cynoglossum | 1 | |
| *Gen. 10.* | | 19 |

**56. SOLANACEAE.**

| | | |
|---|---|---|
| 252 Datura | 1 | |
| 253 Hyosciamus | 2 | |
| 254 Capsicum | 5 | |
| 255 Solanum | 5 | |
| 256 Lycopersicum | 4 | |
| 257 Lycium | 1 | |
| *Gen. 6.* | | 18 |

**57. SCROPHULARINEAE.**

| | | |
|---|---|---|
| 258 Verbascum | 4 | |
| 259 Linaria | 8 | |
| 260 Antirrhinum | 2 | |
| 261 Scrophularia | 3 | |
| 262 Digitalis | 1 | |
| | | 564 |

| | | |
|---|---|---|
| | | 564 |
| 263 Veronica | 9 | |
| 264 Euphragia | 2 | |
| 265 Odontites | 2 | |
| *Gen. 8.* | | 31 |

**58. OROBANCHEAE.**

| | | |
|---|---|---|
| 266 Orobanche | 7 | |
| 267 Phelipaea | 2 | |
| *Gen. 2.* | | 9 |

**59. ACANTHACEAE.**

| | | |
|---|---|---|
| 268 Acanthus | 1 | |
| *Gen. 1.* | | 1 |

**60. VERBENACEAE.**

| | | |
|---|---|---|
| 269 Verbena | 1 | |
| 270 Vitex | 1 | |
| *Gen. 2.* | | 2 |

**61. LABIATAE.**

| | | |
|---|---|---|
| 271 Lavandula | 1 | |
| 272 Mentha | 5 | |
| 273 Salvia | 2 | |
| 274 Rosmarinus | 1 | |
| 275 Origanum | 2 | |
| 276 Micromeria | 1 | |
| 277 Calamintha | 2 | |
| 278 Clinopodium | 1 | |
| 279 Melissa | 2 | |
| 280 Sideritis | 1 | |
| 281 Stachys | 4 | |
| 282 Lamium | 3 | |
| 283 Prunella | 2 | |
| 284 Ballota | 1 | |
| 285 Prasium | 1 | |
| 286 Teucrium | 5 | |
| 287 Ajuga | 1 | |
| *Gen. 17.* | | 35 |

**62. PLUMBAGINEAE.**

| | | |
|---|---|---|
| 288 Statice | 2 | |
| *Gen. 1.* | | 2 |

**63. PLANTAGINEAE.**

| | | |
|---|---|---|
| 289 Plantago | 8 | 8 |
| *Gen. 1.* | | |

**64. AMARANTHACEAE.**

| | | |
|---|---|---|
| 290 Amaranthus | 5 | |
| *Gen. 1.* | | 5 |
| | 657 | |

Digitized by Google

657

### 65. PHYTOLACCEAE.

291 Phytolacca 1
*Gen. 1.* 1

### 66 CHENOPODIEAE.

292 Salsola 2
293 Salicornia 1
294 Kochia 1
295 Chenopodium 9
296 Beta 1
297 Atriplex 8
*Gen. 6.* 22

### 67. CYNOCRAMBEAE.

298 Theligonum 1
*Gen. 1.* 1

### 68. POLYGONEAE.

299 Polygonum 8
300 Rumex 5
*Gen. 2.* 13

### 69. LAURINEAE.

301 Laurus 1
*Gen. 1.* 1

### 70. THYMELEAE.

302 Daphne 2
303 Passerina 1
*Gen. 2.* 3

### 71. SANTALACEAE.

304 Osyris 1
*Gen. 1.* 1

### 72. CYTINEAE.

305. Cytinus 1
*Gen. 1.* 1

### 73. EUPHORBIACEAE.

306 Euphorbia 12
397 Mercurialis 1
308 Croton 1
*Gen. 3.* 14

### 74. URTICEAE.

309 Urtica 6
310 Parietaria 3
*Gen. 2.* 9

723

723

### 75. MOREAE.

311 Morus 2
312 Ficus 7
*Gen. 2.* 9

### 76. CELTIDEAE.

313 Celtis 1
*Gen. 1.* 1

### 77. ULMACEAE.

314 Ulmus 1
*Gen. 1.* 1

### 78. JUGLANDIDEAE.

315 Juglans 1
*Gen. 1.* 1

### 79. CUPULIFERAE.

316 Castanea 1
317 Quercus 4
318 Corylus 1
319 Carpinus 1
320 Ostrya 1
*Gen. 5.* 8

### 80. SALICINEAE.

321 Populus 3
322 Salix 3
*Gen. 2.* 6

### 81. CUPRESSINEAE.

323 Juniperus 1
*Gen. 1.* 1

### 82. ABIETINEAE.

324 Pinus 1
*Gen. 1.* 1

## II. MONOCOTYLEDONEAE

### 83. ALISMACEAE.

325 Alisma 1
*Gen. 1.* 1

### 84. POTAMEAE.

326 Ruppia 1
*Gen. 1.* 1

753

| | | | |
|---|---|---|---|
| | | | 753 |

### 85. NAJADEAE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 327 | Zostera | 1 | |
| 328 | Phucagrostis | 1 | |
| 329 | Caulinia | 1 | |
| | *Gen. 3.* | | 3 |

### 86. LEMNACEAE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 330 | Lemna | 1 | |
| | *Gen. 1.* | | 1 |

### 87. AROIDEAE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 331 | Arisarum | 1 | |
| 332 | Arum | 1 | |
| | *Gen. 2.* | | 2 |

### 88. ORCHIDEAE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 333 | Orchis | 5 | |
| 334 | Platanthera | 1 | |
| 335 | Tinea | 1 | |
| 336 | Ophrys | 5 | |
| 337 | Serapias | 4 | |
| 338 | Limodorum | 1 | |
| 339 | Cephalanthera | 1 | |
| 340 | Epipactis | 1 | |
| 341 | Spiranthes | 1 | |
| | *Gen. 9.* | | 20 |

### 89. IRIDEAE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 342 | Iris | 3 | |
| 343 | Gladiolus | 2 | |
| 344 | Romulea | 1 | |
| | *Gen. 3.* | | 6 |

### 90. AMARYLLIDEAE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 345 | Pancratium | 1 | |
| 346 | Narcissus | 2 | |
| | *Gen. 2.* | | 3 |

### 91. AGAVEAE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 347 | Agave | 1 | |
| | *Gen. 1.* | | 1 |

### 92. DIOSCOREAE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 348 | Tamus | 1 | |
| | *Gen. 1.* | | 1 |

### 93. SMILACEAE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 349 | Smilax | 2 | |
| 350 | Ruscus | 1 | |
| | | | 790 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | | | 790 |
| 351 | Asparagus | 1 | |
| | *Gen. 3.* | | 4 |

### 94. LILIACEAE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 352 | Tulipa | 1 | |
| 353 | Muscari | 2 | |
| 353 bis | Aloe | 1 | |
| 354 | Scilla | 2 | |
| 355 | Ornithogalum | 2 | |
| 356 | Allium | 16 | |
| 357 | Asphodelus | 1 | |
| | *Gen. 7.* | | 25 |

### 95. JUNCACEAE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 358 | Luzula | 2 | |
| 359 | Juncus | 4 | |
| | *Gen 2.* | | 6 |

### 96. CYPERACEAE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 360 | Cyperus | 3 | |
| 261 | Holoschoenus | 1 | |
| 362 | Galilea | 1 | |
| 363 | Schoenus | 1 | |
| 364 | Heleocharis | 1 | |
| 365 | Carex | 9 | |
| | *Gen. 6.* | | 16 |

### 97. GRAMINEAE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 366 | Aegylops | 1 | |
| 367 | Psilurus | 1 | |
| 368 | Rutboella | 1 | |
| 369 | Lolium | 7 | |
| 370 | Gaudinia | 1 | |
| 371 | Hordeum | 3 | |
| 371 | Secale | 1 | |
| 373 | Triticum | 9 | |
| 374 | Catapodium | 1 | |
| 375 | Brachypodium | 4 | |
| 376 | Bromus | 7 | |
| 377 | Festuca | 7 | |
| 378 | Triodia | 1 | |
| 379 | Dactylis | 1 | |
| 380 | Sclerochloa | 2 | |
| 281 | Poa | 4 | |
| 382 | Eragrostis | 1 | |
| 383 | Briza | 2 | |
| 384 | Cynosurus | 2 | |
| 385 | Setaria | 3 | |
| 386 | Panicum | 1 | |
| 387 | Echinocloa | 1 | |
| 388 | Digitaria | 2 | |
| 389 | Cynodon | 1 | |
| 390 | Phalaris | 1 | |
| 391 | Phleum | 1 | |
| | | | 841 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | | | 841 |
| 392 | Crypsis | 1 | |
| 393 | Lagurus | 1 | |
| 394 | Stipa | 1 | |
| 395 | Piptatherum | 1 | |
| 396 | Gastridium | 1 | |
| 397 | Polypogon | 2 | |
| 398 | Agrostis | 3 | |
| 399 | Calamagrostis | 1 | |
| 400 | Ampelodesmos | 1 | |
| 401 | Arundo | 2 | |
| 402 | Phragmites | 1 | |
| 403 | Melica | 2 | |
| 404 | Koeleria | 3 | |
| 405 | Trisetum | 2 | |
| 406 | Avena | 2 | |
| 407 | Aira | 5 | |
| 408 | Corynephorus | 1 | |
| 409 | Holchus | 1 | |
| 410 | Sorghum | 1 | |
| 411 | Imperata | 1 | |
| 412 | Andropogon | 2 | |
| 413 | Zea | 1 | |
| | *Gen. 48.* | | 10 |

## III. ACOTYLEDONEAE VASCULARES

### 98. EQUISETACEAE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 414 | Equisetum | 2 | |
| | *Gen. 1.* | | 2 |
| | | | 943 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | | | 943 |

### 99. OPHIOGLOSSEAE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 415 | Ophioglossum | 1 | |
| | *Gen. 1.* | | 1 |

### 100. LYCOPODIACAE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 416 | Lycopodium | 1 | |
| | *Gen. 1.* | | 1 |

### 101. POLYPODIACEAE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 417 | Aspidium | 1 | |
| 418 | Scolopendrium | 1 | |
| 419 | Woodwardia | 1 | |
| 420 | Asplenium | 4 | |
| 421 | Pteris | 2 | |
| 422 | Adianthum | 1 | |
| 423 | Polypodium | 1 | |
| 424 | Grammitis | 1 | |
| 425 | Ceterach | 1 | |
| | *Gen. 9.* | | 13 |
| | Spec. | | 960 |

## EX ISTA ENUMERATIONE CONSEQUUNTUR SEQUENTIA :

SPECIES 960 hujus florulae sunt sic distributae :

| Dicotyled. | Monocotyl. | Acotyl. vascul. |
|---|---|---|
| 751 | 192 | 17 |

Ideoque sunt inter se, uti 44 ad 11, et ad 1.

FAMILIAE NATURALES

| | | |
|---|---|---|
| 82 | 15 | 4 |

FAMILIAE majorem *Generum* numerum continentes

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Compositae | 53 | Gramineae | 48 | Polypodiaceae | 9 |
| Leguminosae | 29 | Orchideae | 9 | | |
| Umbelliferae | 19 | | | | |
| Cruciferae | 20 | | | | |
| Labiatae | 17 | | | | |
| Caryophylleae | 13 | | | | |

FAMILIAE majorem *specierum* numerum habentes

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Compositae | 109 | Gramineae | 102 | Polypodiaceae | 13 |
| Leguminosae | 108 | Liliaceae | 25 | | |
| Caryophylleae | 37 | Orchideae | 20 | | |
| Labiatae | 35 | Cyperaceae | 15 | | |
| Cruciferae | 32 | | | | |
| Serophularineae | 31 | | | | |
| Umbelliferae | 30 | | | | |

GENERA unicam *speciem* continentia

| | | |
|---|---|---|
| 70 | 56 | 9 |

GENERA majorem *specierum* numerum habentia

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Trifolium | 22 | Allium | 16 | Asplenium | 4 |
| Vicia | 21 | Carex | 9 | Pteris | 2 |
| Medicago | 13 | Bromus | 7 | | |
| Silene | 13 | Festuca | 7 | | |

---

Plantarum vascularium numerus et superficies milliaria quadrata Brittanniae, totius Regni Neapolitani citra Pharum, Siciliae (insulis circumstantibus comprehensis), et Inarimes

| | Milliaria quadrata | Num. plantar. |
|---|---|---|
| Brittanniae | 66821 | 1580 |
| Regni Neapolitani | 22827 | 3350 |
| Siciliae | 7425 | 2890 |
| Inarimes | 11 | 960 |

# INDEX NOMINUM TRIVIALIUM.


**A**

Accio 140
Aglio 336
—— salvatico 333
Aglione 338
Ajale 317
Aino 252
Alga di mare 315
Amarena 118
Amennola 112
Amenta 255
Ardica 297
Arlo 310
Arova 155
Arvaniello 310
Arucola 25
—— di montagna 23
Aruta 69

**B**

Brancalupo 251
Broccolo 24

**C**

Cacapuzza fetente 221
Cajarcieri 393
Calavrice 122
Camedrio 266
—— doppio 266
Campanielli 211
Cannava selvaggia 163
Cannaferra 143
—— Femminina 144
Cannocchiara 160
Capillo vientolo 399
Caporusso 86
Carcioffa 181
Cardogna 178, 182, 184
Cardillo 175
Carota 132
Carpiniello 309
Castagno 306
Cavolo 24,25
—— selvaggio 23
Cazzabuotti 189
Cecavocchi 290
Cecere 98
Cedro 61
Cepolla 243
Ceraso 117
Cerza 402
Cetrangolo 61
Cetrulo 132
Chiappariello 26
Chiuppo 403
Cicerchia 108
Cicoria 185
—— di S. Pasquale 185
Cieuzo 298
Cimmino 208
Cinquenierví 269
Cocozza 130, 131
Cocozzelli 130
—— selvaggi 133
Coda di pecora 167
Cogliandro 152
Corriola 286
Cotone 60
Cotugno 127
Crisomolo 114,115
Cudole 311
—— bianche 310
—— salvatiche 310
Cuppitiellè 136

**D**

Dente di cavallo 346
——— mascolino 346
Doleca 109

**E**

Edera 152
Erba o Erva della tosse 259
—— di muro 298
—— di S. Giovanni 62
—— fetente 276

Erba, o erva janca 171
—— tenta 27

F

Falasco 368
Falascone 368
Fasolara 401
Fasulo 110, 111
Felece 398
—— mascolo 396, 397
Feleciella 399
Fico 301, 305
—— d'India 138
Finocchio 143
Fiorilli gialli di bosco 244
—— russi di bosco 244
Foglia molla 240
Fragola 119
—— selvaggia 119
Fumaria 10
Fuoco muorto 1

G

Garofalo selvaggto 35
Giglio di S. Antonio 326
—— di S. Restituta 328
—— selvatico 325
Gramegna 377
Granato 129
Graufa di gatta 142
—— di qnaglia 142
Grano 357
Grano d'India 393

I

Jancolella 173
Jenesta 73
Jenisco 272
Jermano 336
Jlice 307
Jojome 69
Junco 343

L

Latierno 236
Lattuca 192
Lazzerola 122, 123
Lauro 288
Limoncello 61
Limone 61
Lenticchia 107
Lentisco 70
Lupiniello 71
Lopino 70

M

Malaporone 29
Malva 89
Mellone d' acqua 131
— di pane 132
Mentastro 253
Mercorella 294
Migliarinolo 375
Milo 115
Morole 119
Mortella 129
Morviglina 84
Motta di sangue 70
Mussoporcielli 187

N

Nea 245
Nepetella 402
Nespolo 123
Noce 306
Nocella 308
Nocepersico 114

O

Ogliastro 206
Olivo 206
Orniello 206

P

Paliero 361
Papagno 6
—— dello Snonno 9
Paparacchio 163
Paparastiello 196
Pastinaca selvaggia 145
Pastinachella 144
Patata 224
Patrostace 177
Peparuolo 222, 224
Percuoco 113, 114
Persico 143
Petrosino 140
Piede di pullo 378
Pignazze 394
Pigno 312
Piro 123
Pisello 107
Pomodoro 230
—— selvaggio spinoso 214
Pomadorella selvaggia 227
Porchiacca 133
Portogallo 61
Pratilli bianchi 84

Pratilli mascoli 82
Profico 305
Pruno 115, 116
Protrca 166
Pugnienti 331

R

Radice selvaggia 16
Rafaniello 15, 16
Rapa 25
Rapicciola 23
Ravajuolo 97
—— mascolo 95
Regano 258
Rocchiella 154
Rosa selvaggia 401
Rosamarina 257
Rosecariello 305
Rosolania 29
Rostina 119
Rostinella janca 120
Ruscaja 331
Rusco 332
Rotaccio 74
—— riccio 74

S

Sanguiniello 152
Savuco 153
Scarola 186
Scaroloni 185
Sempreviva 330
Senacoli 26
Spalatro 74
Sparaci 332
Sucamele 216
Suorvo 126
—— peluso 203
Suscella 112

T

Tabacco salvatico 222
Teppe 315
Tremalice 402
Trecena 401
Trunzo 196

V

Vasapiedi 481
Verruchio 212
Vervena 252
Vezza 99
Viola 32
—— màrina 20
Vitaura 1
Viticella o Vitarelle 331
Vorraccia 217

U

Ulece 203
Urmo 206
Una 64
Uuorio 356

Z

Zecchetella 20, 374
Zecchetielli gruossi 183
—— minutoli 190
Zotta de Vuoi 163

# INDEX GENERUM

*(Nomina literis cursivis impressa synonyma indicant)*


**A**

Acanthus . . . pag. 251
Acer . . . . 63
Achillea . . . . 169, 402
Aegylops . . . . 352
Adianthum . . . . 399
Agave . . . . 330
Agrimonia . . . . 119
Agrostis . . . . 381
*Agrostis* . . . . 380
Aira . . . . 388
*Aira* . . . . 391
*Airopsis* . . . . 388
Ajuga . . . . 267
Alchemilla . . . . 121
Alisma . . . . 313
Alliaria . . . . 21
Allium . . . . 334, 404
Aloe . . . . 403
*Alopecurus* . . . . 380
Alsine . . . . 52
*Alsine* . . . . 51, 54
*Alyssum* . . . . 19
Amaranthus . . . . 273
Ambrosia . . . . 200
Ammi . . . . 140
Ampelodesmos . . . 383
Amygdalus . . . . 112
*Amygdalus* . . . . 112
Anagallis . . . . 205
Anchusa . . . . 217
Andropogon . . . 392
Androsemum . . . 62
Andryala . . . . 197
Anemone . . . . 2
*Anethum* . . . . 142
Anthemis . . . . 168
*Anthemis* . . . . 168
Anthyllis . . . . 75
*Anthyllis* . . . . 75
Antirrhinum . . . 238
*Antirrhinum* . . . 233, 278
*Agargia* . . . . 187, 188
Apium . . . . 140
Arbutus . . . . 203
*Arctium* . . . . 183
Arenaria . . . . 53
*Arenaria* . . . . 51, 52, 53
*Arnopogon* . . . . 188
Artemisia . . . . 171, 402
Arabis . . . . 19
*Arabis* . . . . 22
Arisarum . . . . 316
Arum . . . . 316
*Arum* . . . . 316
Arundo . . . . 383
*Arundo* . . . . 382, 383, 384
Asparagus . . . . 332
Asperula . . . . 154
Aspidium . . . . 395
Asplenium . . . . 397
*Asplenium* . . . . 396, 400
Asphodelus . . . . 343
Aster . . . . 163
Astragalus . . . . 95
*Athanasia* . . . . 169
Astrolobium . . . . 98
Atriplex . . . . 280
Avena . . . . 387
*Avena* . . . . 385, 386

**B**

Ballota . . . . 265
Barbarea . . . . 21
*Barkausia* . . . . 194
*Bartsia* . . . . 243, 244
Batatas . . . . 210
Bellis . . . . 164
Beta . . . . 279
Biserrula . . . . 96
*Blitum* . . . . 276
*Blechnum* . . . . 396
Borago . . . . 217
Brachypodium . . . 360

Digitalis . . . . . 239
Digitaria . . . . . 375
*Dimorphanthes* . . . . 165
Diotis . . . . . . 169
Diplotaxis . . . . . 22
Dipsacus . . . . . 161
Dolichos . . . . . 111
Draba . . . . . . 18

E

Ecbalium . . . . . 133
Echinochloa . . . . . 375
Echinophora . . . . . 151
Echium . . . . . . 216
Epilobium . . . . . 127
Epipactis . . . . . 324
Equisetum . . . . . 394
Eragrostis . . . . . 372
Erica . . . . . . 203
Erigeron . . . . . 163
*Erigeron* . . . . . 165,166
Erodium . . . . . 66
*Erophila* . . . . . 18
Eruca . . . . . . 25
Eruum . . . . . . 106
*Eruum* . . . . . 100,101
Eryngium . . . . . 139
*Erysimum* . . . . . 21,22
Erythraea . . . . . 208
Eupatorium . . . . . 162
Euphorbia . . . . . 290
Euphragia . . . . . 243
*Euphrasia* . . . . . 243

F

*Fedia* . . . . . 159,160
Ferula . . . . . . 143
Festuca . . . . . 364,405
*Festuca* . . . . . 361,385,386
*Ficaria* . . . . . . 2
Ficus . . . . . . 299
Filago . . . . . . 173
Foeniculum . . . . . 142
Fragaria . . . . . 119
Fraxinus . . . . . 205
Fumaria . . . . . . 10

G

Galactites . . . . . 179
Galilea . . . . . . 348
Galium . . . . . . 157
Gastridium . . . . . 379
Gaudinia . . . . . 355,404
*Genista* . . . . . . 74
*Gentiana* . . . . . 208
Geranium . . . . . 64
Geum . . . . . . 118
Glaucium . . . . . . 9
Gladiolus . . . . . 326
Gomphocarpos . . . . . 207
*Gnaphalium* . . . . . 172,173,174
Gossypium . . . . . 60
Grammitis . . . . . 399
*Gymnogramme* . . . . . 399,400

H

Hedera . . . . . . 152
Hedypnois . . . . . 184
Heleocharis . . . . . 349
Helianthemum . . . . . 30
Helichrysum . . . . . 172
Heliotropium . . . . . 213,403
*Helleborine* . . . . . 323
Helleborus . . . . . . 5
Helminthia . . . . . 189
Herniaria . . . . . 134
*Hesperis* . . . . . 22
Hieracium . . . . . 198
*Hieracium* . . . . . 194
Holchus . . . . . . 391
*Holchus* . . . . . 391
Holoschoenus . . . . . 349
Hordeum . . . . . 386
Hyosciamus . . . . . 221
Hypecoum . . . . . 10
Hypericum . . . . . 62
*Hypericum* . . . . . 62
Hypochaeris . . . . . 186

I

Imperata . . . . . 392
Inula . . . . . . 166
*Inula* . . . . . . 167
Iris . . . . . . 325
Juglans . . . . . 306
Juncus . . . . . . 344
*Juncus* . . . . . . 314
Juniperus . . . . . 312

K

Kentrophyllum . . . . . 180
*Kernera* . . . . . 315
Kochia . . . . . . 275
*Kohlereuschia* . . . . . 34
Koeleria . . . . . 385
*Koeleria* . . . . . 386
Koniga . . . . . . 19

L

Lactuca . . . . . 191
Lagenaria . . . . . 130
*Lagoseris* . . . . . 194
Lagurus . . . . . 378
*Lagurus* . . . . . 392
Lamium . . . . . 263
Lappa . . . . . 183
Lapsana . . . . . 184
Lathyrus . . . . . 108
Lavandula . . . . . 252
Lavatera . . . . . 60
Laurus . . . . . 288
Lemna . . . . . 316
Leontodon . . . . . 188
*Leontodon* . . . 187, 192, 194
Lepidium . . . . . 18
Lepigonum . . . . . 51
Limodorum . . . . . 324
Linaria . . . . . 233
Linum . . . . . 57
Lithospermum. . . . . 219
*Lobularia* . . . . . 19
*Logfia* . . . . . 174
Lolium . . . . . 353
Lonicera . . . . . 154
*Lophocloa* . . . . . 385
Lotus . . . . . 92
Luzula . . . . . 344
Lupinus . . . . . 70
Lychnis . . . . . 49
Lycium . . . . . 231
Lycopersicum . . . . . 229
Lycopodium . . . . . 395
Lycopsis . . . . . 218
Lysimachia . . . . . 204
Lythrum . . . . . 128

M

Malcolmia . . . . . 22
Malva . . . . . 58
Maruta . . . . . 168
Matricaria . . . . . 170
*Matricaria* . . . . . 171
Matthiola . . . . . 20
Medicago . . . . . 76
Melica . . . . 384, 405
Melilotus . . . . . 81
Melissa. . . . . . 260
*Melissa* . . . . . 259
Mentha . . . . . 253
Mercurialis . . . . . 294
Mesembryanthemum . . . . 138
Mespilus . . . . . 123
*Meum* . . . . . 142
Micromeria . . . . . 258
*Milium* . . . . . 379
Moenchia . . . . . 54
Moheringia . . . . . 53
*Mollia* . . . . . 135
*Momordica* . . . . . 133
Morus . . . . . 299
Muscari . . . . . 333
*Myagrum* . . . . . 17
Myosotis . . . . . 219
Myrtus . . . . . 129

N

Narcissus . . . . . 328
*Nardus* . . . . . 352
Neslia . . . . . 17
*Neottia* . . . . . 325
Nigella . . . . . 5

O

Odontites . . . . . 244
Oenanthe . . . . . 141
Olea . . . . . 206
Ononis . . . . . 72
Onopordon . . . . . 180
Ophioglossum . . . . . 395
Ophrys . . . . . 320
*Ophrys* . . . . 320, 323
Opuntia . . . . . 108
Orchis . . . . . 317
*Orchis* . . . 319, 320, 324
Origanum . . . . . 258
Orlaya . . . . . 148
*Ormenis* . . . . . 168
Ornithopus . . . . . 97
Ornithogalum . . . . . 334
Orobanche . . . . . 244
*Orobanche* . . . . . 250
Ostrya . . . . . 309
Osyris . . . . 289, 403
*Othanthus* . . . . . 169
Oxalis . . . . . 68

P

Pallenis. . . . . . 167
Pancratium . . . . . 328
Panicum . . . . . 374
Papaver . . . . . 6
Parietaria . . . . . 298
Passerina . . . . . 289
Persica . . . . . 112
*Peristylus* . . . . . 320
Petroselinum . . . . . 140
*Phagnalon* . . . . . 165
Phalaris . . . . . 377

*Phalaris* . . . . . 385
Phaseolus . . . . . 110
Phelipaea . . . . . 250
Phillyrea . . . . . 206
Phleum . . . . . 377
Phragmites . . . . . 381
Picridium . . . . . 196
Picris . . . . . 190
*Picris* . . . . . 189
Pimpinella . . . . . 141
Pinus . . . . . 312
Piptatherum . . . . . 379
Pistacia. . . . . . 70
Pisum . . . . . 107
Phucagrostis . . . . . 314
*Phucagrostis*. . . . . 314
Phytolacca . . . . . 274
Plantago . . . . . 269
Platanthera . . . . . 319
Poa . . . . . 370
*Poa* . . . . . 383
Polycarpum . . . . . 134
Polygonum . . . . . 284
Polypodium . . . . . 399
*Polypodium* . . . . . 399
Polypogon . . . . . 380
Populus . . . . . 309
Portulaca . . . . . 133
*Posidonia* . . . . . 318
Potentilla . . . . . 119
Poterium . . . . . 121
*Praenanthes*. . . . . 191
Prasium . . . . . 265
Prunella . . . . . 264
Prunus. . . . . . 114
Psilurus . . . . . 352
Psoralea . . . . . 94,401
Pteris . . . . . 398
Pulicaria . . . . . 167
Punica. . . . . . 122
Pyrethrum . . . . . 171
Pyrus. . . . . . 123

Q

Quercus . . . . 307,403

R

Ranunculus . . . . . 2
Raphanus . . . . . 15
Rapistrum . . . . . 17
*Rapistrum* . . . . . 17
Reseda . . . . . 27,401
Rhagadiolus . . . . . 184
Rhamnus . . . . . 69
Romulea . . . . . 327
Rosa . . . . . 120,402
Rosmarinus . . . . . 257
Rotboella . . . . . 353
Rubia . . . . . 156
Rubus . . . . . 118
Rumex . . . . . 287
Ruppia . . . . . 313
Ruscus. . . . . . 331
Ruta . . . . . 68

S

*Saccharum* . . . . . 392
Salicornia . . . . . 275
Sagina . . . . . 49
*Sagina*. . . . . . 54
Salix . . . . . 311,403
Salsola . . . . . 274
Salvia . . . . . 256
Sambucus . . . . . 153
Samolus . . . . . 205
Sanicula . . . . . 139
Saponaria . . . . . 36
Sarothamnus . . . . . 75
*Satureja* . . . . . 258
*Satyrium* . . . . . 320
Saxifraga . . . . . 139
Scabiosa . . . . . 161
Scandix. . . . . . 150
Scilla . . . . . 333
*Scirpus* . . . . . 348,349
Sclerochloa . . . . . 370
Schoenus . . . . . 349
*Schoenus* . . . . . 348
Scolopendrium . . . . . 396
Scolymus . . . . . 183
Scorpiurus . . . . . 96
*Scorzonera* . . . . . 196
Scrophularia . . . . . 238
Secale . . . . . 356
Sedum . . . . . 136
Senecio . . . . . 175,402
Serapias. . . . . . 322
*Serapias* . . . . . 324
*Serratula* . . . . . 183
Seriola . . . . . 187
Setaria . . . . . 373
Sherardia . . . . . 154
*Sherardia* . . . . . 158
Sideritis . . . . . 261
Silene . . . . . 36,401
Silybum . . . . . 181
Sinapis . . . . . 25
*Sinapis*. . . . . . 23
Sisymbrium . . . . . 22
*Sisymbrium* . . . . . 23
Smilax . . . . . 331

Smyrnium . . . . . 151
Solanum. . . . . . 223
Solidago . . . . . 164
Sonchus . . . . . 196
*Sonchus* . . . . . 196
Sorbus . . . . . . 126
Sorghum . . . . . 391
Spartium . . . . . 73
*Spartium* . . . . . 74,75
Specularia . . . . . 202
Spergula . . . . . 50
Spiranthes . . . . . 325
Stachys. . . . . . 261
Statice . . . . . . 267
Stellaria . . . . . 54
Stipa . . . . . . 378
Symphytum . . . . . 218

T

*Tanacetum* . . . . . 171
Tamus . . . . . . 330
Taraxacum . . . . . 192
*Teline* . . . . . . 74
Teucrium . . . . . 265
Theligonum . . . . . 283
*Thlaspi* . . . . . 18
Thrincia . . . . . 187
*Thymus* . . . . . 259
Tillaea . . . . . . 135
Tinea . . . . . . 319
*Toenidium* . . . . . 315
Tolpis . . . . . . 185
Torilis . . . . . . 148
*Tragopogon* . . . . . 188
Tribulus . . . . . 68,401
Trifolium . . . . . 83
*Trifolium* . . . . . 81
Trigonella . . . . . 81
Triodia . . . . . . 369
Trisetum . . . . . 386
Triticum . . . . . 357
*Triticum* . . . . . 359

Tulipa . . . . . . 332
Tussilago . . . . . 163

U

Ulmus . . . . . . 305
Umbilicus . . . . . 135
*Urachne* . . . . . 379
Urospermum . . . . . 188
Urtica . . . . . . 295

V

Vaillantia . . . . . 159
Valeriana . . . . . 161
*Valeriana* . . . . . 160
Valerianella . . . . 15 402
Verbascum . . . . . 231
Verbena . . . . . . 251
Veronica . . . . . . 240
Viburnum . . . . . 153,402
Vicia . . . . . . 98
Vinca . . . . . . 207
Viola . . . . . . 32
Vitex . . . . . . 252
Vitis . . . . . . 63
Vulneraria . . . . . 75

W

Woodwardia . . . . . 396

X

Xanthium . . . . . 201

Z

Zacintha. . . . . . 195
Zea . . . . . . 393
Zizyphus . . . . . 69
Zostera . . . . . . 314
*Zostera* . . . . . 315

| pag. | lin. | *Erruta* | *Corrige* |
|---|---|---|---|
| 2 | 2 | ab infra *nep.* | *neap.* |
| 3 | 15 | ab in. *De*, et *Ten. t.* | *Dec.* et *Ten. l.* |
| 4 | 2 et 10 | ab in. *Buba'* | *Ombrasco* |
| 8 | 20 | fovoelata | foveolata |
| | 8 | ab in. oblongi | oblongis |
| 16 | 18 | strangula | strangulato- |
| 17 | 15 | leularum | licularum |
| 30 | 11 | *Marecoc* | *Marecocco* |
| 31 | 19 | puderulis | puberulis |
| | 8 | ab in. similia | similes |
| 33 | 18 | palldias | pallidias |
| 35 | 3 | ab in. obovata | obovato |
| 41 | 8 | peduncul | pedunculi |
| 44 | 3 | ab in. inflato | inflata |
| 51 | 7 | ab in. deficianta | deficiunt |
| 74 | 7 | *Smith* | *Sibth.* |
| 79 | 7 | ab in. e | et |
| 83 | 10 | ab in. *Car.* | *Cor.* |
| 85 | 2 | sulosa | ralosa |
| 90 | 2 | *Bubu'* | *Ombrasco* |
| | 14 | ab in. ver. | var. |
| 96 | 7 | inserta | insertae |
| 97 | 15 | pedunculati | pedunculatis |
| 111 | 19 | *a Fasolilli* | *o Fasolilli* |
| 122 | 10 | ab in. Oxyantham | Oxyacantham |
| | 6 | ab in. eryocarpa | erytrocarpa |
| 129 | 13 | var. e. | var. *b.* |
| 138 | 9 | *e n' scogli* | *e ne' scogli* |
| 151 | 9 | ab in. Coantaanaum | Coatasuaum |
| 208 | 6 | ab in. post *Cacciuto* | adde, *ed* |
| 209 | 10 | 337 | 237 |
| 234 | 3 | ab in. *Chon* | *Chan.* |
| 245 | 13 | ab in. idoque | ideoque |
| 267 | 5 | vevo | vero |
| 273 | 3 | ab in. ascendentes | descendentes |
| 276 | 9 | ab in. post communi | dele ; |
| 288 | 1 | 3 | 5 |
| 297 | 3 | praetur hoc caractere | etiam hujus characteris |
| 318 | 13 | ab in. | dele *e* post *Ulicella* |
| 325 | 11 | abi | albi |
| 329 | 6 | istis | isti |
| 333 | 24 | fllores | flores |
| 338 | 24 | *peduncoli* | *pedunculi* |
| 347 | 17 | ab in. 70 | 50 |
| 560 | 7 | *Bertol* | *Berol.* |
| 361 | 3 | sipatis | stipatis |
| | 20 | Trachynia | Trachynia |
| 363 | 2 | ab in. remotioram | remotionem |
| 371 | 19 | ab in. at | et |
| 374 | 16 | ab in. rubascent | rubescant |
| 378 | 16 | OVATUS | OVATUS |
| 385 | 4 | ab in. 2 | 3 |
| 389 | 11 | seyn | syn. |

Digitized by Google

Digitized by Google

*Napoli 22 Marzo 1854.*

# CONSIGLIO GENERALE

DI

## PUBBLICA ISTRUZIONE

Vista la dimanda del Tipografo Francesco Saverio Lanciano con che à chiesto di porre a stampa l' opera intitolata : ***Enumeratio plantarum Vascularium*** ec.

Visto il parere del Regio Revisore signor D. Domenico Presutti.

Si permette che l'indicata opera si stampi; però non si pubblichi senza un secondo permesso, che non si darà se prima lo stesso Regio Revisore non avrà attestato di aver riconosciuto nel confronto esser l' impressione uniforme all' originale approvato.

*Il Presidente*
M. APUZZO.
*Il Segretario Generale*
GIUSEPPE PIETROCOLA.

SS 548173

Digitized by Google

71




G. Iannelli dis. F. 1 Ranunculus Chius. G. Imperato inc.

F. 2 Silene Giraldii

Digitized by Google

Digitized by Google




G. Jannelli dis. G. Imperato inc.

F.1. Fumaria Jordani

F. 2. agraria.

Digitized by Google

Digitized by Google

T. III.




*Fumaria serotina*

Digitized by Google




G. Jannelli dis. G. Imperato inc.

*Daucus setulosus.*

Digitized by Google

T. V.




Jannelli. dis. P. Imperato. inc.

*Daucus nitidus*

Digitized by Google

Tab. VI.a




Calendula micrantha

Digitized by Google

T. VII




*F. 1. Heliotropium tenuiflorum ! F. 3. — europeum*
*2. — macrocarpum !  4. — Bocconi !*

Digitized by Google




F. 1. Linaria acutangula b. inarimenses
F. 2. Veronica cuneata




G. Iannelli dis. F. 1 Linaria Prestandreae. G. Imperato inc.

F. 2. Linaria graeca.

Digitized by Google

T. X.




F. 1. a Mentha inarimensis
F. 2. a M. viridis b. neapolitana

Digitized by Google




F. 1. Mentha ambigua
F. 2. Stachys marrubiifolia

Digitized by Google




G. Jannelli. dis. Pas. Imperato. inc

Fig. 1. Statice inarimensis

Fig. 2. Polygonum gracile

Digitized by Google




G. Jannelli dis. Pas. Imperato inc.

*Kochia Saxicola*

Digitized by Google

Digitized by Google

T. XIV



*Gladiolus inarimensis.*

Digitized by Google

Digitized by Google

T. XV.




F. 1. Narcissus canaliculatus.
F. 2. Tazetta.

Digitized by Google

Digitized by Google

T. XIV.



1 Allium Gasparrini
2 " Ampeloprasum

Digitized by Google

T. XVII.




*Allium commutatum.*

Digitized by Google

Digitized by Google




G. Jannelli. dis. Pas. Imperato. inc.

*Poa sylvicola*

Digitized by Google

Digitized by Google




G. Jannelli dis. G. Imperato inc.

F. 1 Polypogon ascendens

F. 2 Digitaria gracilis

Digitized by Google

Digitized by Google




G. Tarrelli dis G. Imperato inc

F. 1 Aira Capillaris
2 —— Corsica
3 —— Cupaniana

Digitized by Google

Digitized by Google

PREZZO DELL'OPERA

[illegible]